ectatiões:bonoꝛ ⁊ gloꝛia ⁊ preſidẽtia etiã appetunt̃ ꝓpter diuerſos fines. Circa illa bona vtilia: eſtimatiua virtus eliciendo de ſenſatis nõ ſenſata: apprehẽdit arduitatem ⁊ difficultatem: ⁊ ergo ſunt obiectum appetitus iraſcibilis. Res etiã inaiate tendunt ꝑ appetitum naturalem inditum ad bonum dumtaxat eis vtile ſicut ad loca ſui conſuatiua ⁊ ad opationes ſuas: ſine q̃bus eſſe vel bene eſſe nõ poſſunt: ſed de delectabili bono nihil habere dicunt̃: ſicut nec de triſtibili: niſi per tranſſumptionẽ voluimꝰ loq̃ nimis ample: ⁊ iſte appetitꝰ dicit̃ amoꝛ naturał: q̄ eſt naturalis inclinatio ad ꝯſeruationem ſui: hinc eſt q̄ aqua fluminũ q̃ntum põt fluit in mare: quia ibi melius cõſeruatur lapis in altum ꝓiectus: q̄citius reuertit̃ in terram: vbi ꝯſeruat̃. Eſt etiam ille naturalis amoꝛ ⁊ appetitus in rebus ſenſibilibꝰ. Vitulus enĩ agnꝰ poꝛcellus cũ ducunt̃ ad macellũ renitunt̃ inq̃ntum pñt.

Secũdo appetit̃ bonũ vt quies in re deſiderata: ⁊ tale eſt bonũ delectabile qđ appetit̃ ꝓpter complacentiam ⁊ delectationem: ⁊ hoc appetũt iuuenes paſſionũ inſecutoꝛes: ꝓut ſunt delectatiões ciboꝛum: venereoꝝ ⁊ ludoꝛũ ⁊ delicie ⁊ delectationes omniũ ſenſuũ. Unuſq̃ſq; enĩ ſenſus delectat̃ ð obiecto ſibi ꝓpoꝛcionato. Propoꝛcio aũt conſiſtit in q̃dam medietate. Senſus enĩ triſtat̃ in extremis: ⁊ in medijs delectatur: viſus in videndo pulcra: auditꝰ in audiẽdo ſuaues ſonos ⁊ cantus: olfactus de fragrãtia odoꝛum: floꝛũ ⁊ aromatũ: guſtus in dulcedine ſapoꝝ: tactus delectat̃ in mollibꝰ ⁊ lenibꝰ ſibi ⁊ maxime invenereis: ⁊ hoc bonũ eſt obiectũ appetitꝰ concupiſcibilis: ⁊ appetitur tam ab hominibꝰ q̄ a brutis. Res enĩ aiate ꝑ foꝛmã ſenſitiuã in actu fundatam: tendũt q̃dem in bonũ vtile: qđ duz ꝯſequunt̃ ⁊ illud eis cõiũgit̃ ſentiũt delectationẽ: ita vt iam ferunt̃ in ꝓpriũ bonũ ſcʒ delectabile: imo ſi non eſſet vtile: ſepe eſſet nociuũ eis. Natura tñ plus indidit delectationeʒ in aialibus ꝓpter opationẽ vtilem q̄ ꝓpter delectatõem ſuauẽ: vnde ſi haberet aial nutrimentũ ſufficiens ſibi ꝯiũctum. Si pterea ſine ꝯpari generaret ſibi ſimile ad conſeruatõnem ſue ſpẽi: nã nõ curaſſet adiũgere delectatõem in ſenſibus guſtus ⁊ tactus: pluſq̄ in igne qui fert̃ ad ſuũ locũ ⁊ generat ſibi ſimile ſine delectatione. Tertio appetit̃ bonũ vt q̃daʒ res terminãs appetitũ intellectiuũ ⁊ tale bonũ vocat̃ honeſtũ. Bonũ enĩ vtile oꝛdinat̃ in finẽ extra ſe: ſʒ bonũ delectabile eſt finis appetitus ſenſitiui. Bonum vero honeſtũ eſt finis appetitꝰ intellectiui. ſcʒ volũtatis. Bonũ enĩ honeſtũ (ſm Tuliũ) eſt q̄ ſua vi nos trahit: ⁊ dignitate ſua nos allicit. Hoc enĩ ꝓpter ſe appetit̃ etiã ſi nulla alia dignitas inde ſeq̃ret̃. Bonũ.n. honeſtũ plurimas hʒ ſibi adiũctas vtilitates: ſicq; q̃dã vi ⁊ violentia ⁊ poteſtate trahit affectũ: ⁊ hoc appetũt viri ſapiẽtes: ⁊ hoc bonũ ſm ſanctũ Bonauenturã diſt. j. ſup ꝑmũ ſentẽ. dr̃ dupliciť aut qđ eſt pure bonũ: vt deus: aut in q̃ relucet eiꝰ ſilitudo: vt grẽ ⁊ ꝟtutes. Primo modo honeſto bono ẽ fruendũ: ꝓprie accepto frui ꝓut dicit motum volũtatis cum delectatione ⁊ quietatiõe: q2 ſummũ bonũ ſolũ termiat: quietat ⁊ delectat aĩe appetitũ rõnalẽ: q̄ creata ẽ ad ꝑcipiẽduʒ ſummũ bonũ ⁊ infinitũ qđ deus ẽ: iđo in eo debet ſolũ q̃ſcere ⁊ ipõ frui. Non enĩ beatitudo hoĩs cõſtituta eſt in diuitijs vtilibus: non in delitijs ſuauibus ⁊ delectationibus: nõ in honoꝛibus: vel gloꝛia tp̃alibus. Patet q̃m ſi oĩa hec affuerit remanet indigentia: ſeu vacuitas: ſeu inanitas: quia principalioꝛ pars hoĩs ſcilicet imago dei ad quaʒ creatꝰ eſt hõ: ſm memoꝛiam: intelligẽtiam ⁊ voluntatem: q̄ ꝑceptiua ẽ boni honeſti: nõ replet̃: hoc aũt fit i btitudine: dũ erit mẽorie repletõ eťnitat̃ ⁊ vnitat̃. erit intelligẽtie repletio veritat̃ ⁊ lumis erit volũtati repletio dilectõis ꝑfecte ⁊ fruitiõis: a ſũmo ꝟo ifinito ⁊ honeſto bono. Nulla.n. creatura irrõnalis ad hoc attingit: q2 nec ad illud creata eſt: memoꝛandũ intelligendũ ⁊ amãdum. Creature enim inanimate tendũt in ſolum conueniens eis ⁊ vtile abſq; delectabili: ſcʒ ad loca ſua pꝛo conſeruatione. Creature ſenſitiue tendũt vltra bonũ ſuũ vtile ad bonum delectabile ſed non ad honeſtum. Creature intellectuales tendunt ad bonum honeſtũ. Eſt enĩ ſingulariter ⁊ euidẽs ꝓprietas anime rationalis vt appetentiſſima ſit honeſtatis que dicit̃ honoꝛis ſtatus terminus et finis honoꝛis. Scđo bono honeſto in q̃ relucet ſimilitudo veri et eterni honeſti boni etiam fruendum eſt: capiendo frui communiter ꝓut dicit motum cum delectatione tñ: ⁊ non quietationem appetitus intellectiui. Et ſic omnibus que ſpũaliter delectãt: cuiuſmodi ſunt fructꝰ dona beatitudines ⁊ ꝟtutes poteſt frui homo. Huiuſmodi enim ꝓpter aſſimilationem ad deum habent pulcritudinẽ qua nos delectant ⁊ alliciunt In his enim reperitur vtilitas magna hominem alliciens: quia conſecutio ſalutis: pax mentis: ⁊ edificatio ⁊ dilectio ꝓximi: ac etiam delectatio ꝑcipua. Delectãt enim ſuos poſſeſſoꝛes ſincera ⁊ ſancta delectatione: et in eis pariunt gaudium ſpũale: tñ in ipſis non eſt quieſcendum: quia tũc amittunt pulcritudinem: q2 cum virtutes ad ſe referunt̃ ſuperbe ſunt ⁊ inflate: ideo referẽde ſunt ad ſummum bonum cui ſoli inherendum eſt: quia illud eſt ꝓpter ſe tm̃ amandum ⁊ vltra illud nihil eſt querendum: illud enĩ eſt ſupmus finis omniũ.

M Sanctus etiã Augꝰ. quẽ etiã ſequit̃ magr̃ in. ij. diſtinc. xxvij. etiam diſtinguit triplex bonum: in libꝛo retractationũ dicens. Bonoꝛum quedam ſunt: minima quedam media: quedam maxima.

Minima bona ſunt bona tp̃alia exterioꝛa: vt diuitie: ſiue naturales: vt poſſeſſiones: animalia: victualia: ſiue artificiales: vt pecunie: veſtes: honoꝛes tp̃ales. Gloꝛia mundialis ptãs: preſidẽtia: dominium humana libertas: cui opponit̃ ſeruitus fama. Sunt enim bona in ſua natura: ſunt etiam bona bene vtenti: quia vt ait phs: oꝛganice. i. inſtrumẽtaliter deſeruiũt felicitati: ſed cõmuniter homies male eis vtunt̃ cum copiam habent.

Bona media ſunt bona naturalia: vt potentie anie intellectiua: volitiua ⁊ ſenſitiua: ſanitas pulcritudo: ⁊ alia naturalia: q̃bus poſſumꝰ vti bene ⁊ male Gen̄. j Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Neq; enĩ melioꝛa in ſuo eſſe naturali ⁊ ſpecifico eſſe potuerũt. Poterat quidẽ equo dare melioꝛem naturam deus: puta naturã hoĩs: ſed nõ remaneret equus: ſed eſſet alterius nature ſcilicet humane: ſic homini vt haberet naturam angeli: ſed nõ eſſet homo. Bona maxima ſũt bona ſpũalia ſcʒ grã ⁊ virtutes neceſſarie ad ſalutẽ: et his bonis nemo male vtit̃ foꝛmaliter conſideratis: q2 actus q̄ pꝛocedit ab habitu virtutis non põt eſſe malus: ſic nec ipa ꝟtus põt eſſe mala. Sed ꝟtutibꝰ mãliter ꝯſideratis cõtingit hoiem male vti inq̃tũ hõ de ipſis ſupbit: vt de abſtinẽtijs ieiunijs: vigilijs: actibus iuſticie et foꝛtitudinis. Sanctus etiã Bonauen. quadruplex bonum diſtinguit homini a đo collatũ. Parauit enĩ deꝰ homini. Bona nature: bona foꝛtune: bona gratie: ⁊ bona gloꝛie: bona nature ſunt creature vniuerſe huiꝰ mundi. Nihil enĩ eſt in mũdo a deo factũ qđ nõ ſit ad hoiem oꝛdinatũ. Oĩa enĩ nr̃a ſunt dicit apl̃s. Non ſolũ inferioꝛa: ſed etiam ſuperioꝛa: q̃dam ad cuſtodiendũ: vt angeli: q̃dã ad paſcendũ: vt vegetabilia et aialia eſibilia: q̃dã ad admirandũ: vt aialia q̄ nõ deſuiũt ꝑ cibo. Parauit etiã đs hoi oĩa coꝛpa mũdi: ſiue ſint lũioſa: vt celeſtia: ſiue trãſpentia vt ignis aer ⁊ aqua ſiue opaca: vt terra: q̄ omnia ſunt perpetue duratura ſm eſſentiam: lʒ non ſm figuram. Parauit ſecundo deus homini bona foꝛtune: ⁊ licet hec bona que dicunt̃ foꝛtune ſint etiam bona nature. In

Beatitud[o]

Bonum triplex

Q Bonũ quadruplex

hoc tñ differũt a pmiſſis: qꝛ illa ſcȝ bona nature ſcȝ corpa pncipalia mũdi: luminoſa vicȝ ꝛ opata ſunt pmanẽtia: hec autẽ bona fortune cũ tpe trãſeuntia: nec in ſuo eſſe ſtabilia. Et ideo denominant̃ a fortuna: q̃ depingit̃ cum rota: nũc deprimẽs iſta: nunc eleuãs illa. Hec eñ bona fortune dedit deꝰ hoi ad humanoꝝ ſenſuum ſolacia ꝛ in nature adiumẽta. Dedit eñ hoi: viſum: auditũ: guſtũ: odoratũ ꝛ tactũ cũ varijs obiectis in ſolacium

Dedit etiã hoi bona grẽ: dedit deꝰ humane anime potentiam cognitiuam qua deum cognoſceret: dederat ꝛ affectiuam qua poſſet per amorem ſuo principio adherere: dedit et operatiuã qua ſuo poſſet regi ſeruire. Attẽde igit̃ hõ q̃t tibi dederit genera ſciarũ cõtẽplatiuarũ ꝛ actiuarũ ꝑpter intellectiuã: attẽde q̃t tibi genera dederit grãrũ virtutũ: donoꝝ btitudinũ: ꝛ fructuũ ſpũaliũ: ꝑpter potentiam affectiuã. Attende q̃t genera dedit pceptoꝝ: conſilioꝝ: exẽploꝝ: pmiſſionum ꝛ cominationũ ꝑpter opatiuã. Dederat etiã deus hoi bona glie: aiam vicȝ ꝛ corpus: vt ergo hõ totus btũs fiet: factꝰ eſt deus hõ: vt dũ ipſius diuinitatẽ in ſua eſſentia ꝛ glia cõtemplaret̃ btificaret̃ i aia ꝛ mẽte: ꝛ dũ carnẽ aſpiceret: fieret beatꝰ in corpe ꝛ carne.

P Septimum dubium

Septimũ dubiũ eſt de ſenſualitate. Primo querit̃ de eiꝰ diſtinctione. Scdo de eiꝰ diffinitõe. Tercõ de eiꝰ ad rationẽ ſubiectione. Circa pmũ pncipale dicit̃ ſenſualitatis diſtinctione.

Conſiderandũ ꝙ ſenſualitas q̃tuȝ ad ꝑpoſitũ tripliciter accipit̃ a doctoribus. Primo mõ cõiter: ꝓut ſub ſe cõprehendit oẽs vires ſenſitiuas: tã apprehẽſiuas deforis: vt ſunt ſenſus exteriores: q̃ appheſiuas deintus: vt ſunt ſenſus interiores: q̃ etiam appetitiuas ꝛ motiuas ſenſuales: vt eſt appetitus ſenſitiuus cõcupiſcibilis ꝛ iraſcibilis Senſualitas vt ſic ſumpta a quibuſdam nominat̃ Senſibilitas a quibuſdam vero nominat̃ homo exterior. vide ſm San. Bonauen. in. ij. ſentẽ. diſt. xxiiij. parte. ij. in vltimo dubio litterali.

Homo duplex interior et exterior

Homo eſt duplex interior et exterior. Dicit̃ eñ. ij. Choꝝ. iiij. Et ſi is q̃ exterior eſt nr̃ homo corrumpit̃: interior tamen renouatur de die in diem. Exterioꝛem autem hominem vocat non ipſum corpus tm̃: ſed corpus cum viribus anime per quas habet ſenſibilibꝰ intẽdere ꝛ eis inherere. Interiorẽ aũt hoiem vocat ipm ſpm̃ rõnalẽ: ſm quẽ hȝ circa celeſtia ſeipm occupare. Scdm hoc intelligẽdũ eſt ꝙ hõ hȝ potẽtias aie ꝑ quas cõuertit ſe ad ſpũalia: ꝛ hȝ potentias ꝑ q̃s cõuertit̃ ad ſenſualia. Et ille potẽtie et ṽtutes ſiue vires per q̃s cõuertit̃ ad ſpũalia in ſimul collecte: vnũ poſſe pfectũ aie integrant. Ex his quedã ptãs reſultat interioris hois regitiua. que quidẽ vocat̃ liberũ arbitriũ ſiue libertas arbitrij: in q̃ conſiſtit laus ꝛ vituperiũ: de q̃ dicetur infra de potẽtijs aie rõnalis. Scdm aũt ꝙ hõ habet conuerti ad hec ſenſibilia ſic habȝ ꝛ ſuas potentias: que ſimiliter in vnum cõcordantes: integrãt q̃ſivnũ perfectum poſſe circa iſta ſenſualia: ꝛ h̃ noie ſenſualitatis cenſet̃ i ſcriptura: que ſimul comprehendit potentias ſenſibiles cognitiuas ꝛ affectiuas ſiue motiuas.

Scdo mõ accipit̃ ſenſualitas magis ꝓprie: pro illa tm̃ parte ſenſitiua affectiua ſiue motiua per quã mouet̃ hõ carnalis aialis ꝛ ſenſualis in aliqḋ appetendũ vel fugiendum: qḋ delectabile vel triſtabile conueniẽs vel diſcõueniẽs ꝑ ſenſus apphenſum eſt. Et ſic ſenſualitas eſt eadẽ cum appetitu ſenſitiuo: de q̃ ſupra dictũ eſt. Senſualitas tñ vt ſic a theologis ꝛ pſertim a. S. Aug. magis attribuit̃ homini q̃ brutis. Theologi eñ conſiderãt ſenſualitatẽ q̃tum ad rebellionẽ ad rationem: ſed ratio in brutis nõ reperit̃ ideo nec ſenſualitas eis attribuitur.

Differunt tamen ſenſualitas a concupiſcibili ꝛ iraſcibili: qꝛ ſenſualitas magis coniungit̃ corpori. Et ſicut in brutis appetitus ſenſitiuꝰ: ita ꝛ in homine ſenſualitas nulla lege ſtringit̃ quin ſemꝑ in appetitus rerũ ad corpꝰ ꝑtinentiũ moueatur. Sed ꝯcupiſcibilis ꝛ iraſcibilis i homine iungunt̃ rõni: ꝛ ꝓut ſunt in homine fruant̃ rõne: ꝛ regunt̃ ṽtutibus q̃ in ipſis fundunt̃. Eſt eñ temperãtia in cõcupiſcibili: ꝛ fortitudo in iraſcibili et ſic de alijs.

Tercio noie ſenſualitatis in in ſcriptura ſepe inferior portio rõnis intelligit̃: vt dicit mgr̃ in. ij. diſ. xxiiij. ca. vltimo. Et hoc ideo qꝛ inferior portio rationis ꝑ pctm̃ multũ trahit̃ a ſenſualitate ꝛ hõ cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus ꝛ ſimilis factus eſt illis. Jḋ inferior portio rõnis aliqñ in ſcriptura noie ſenſualitatis cenſet̃: ꝑpter nimiã ꝯuerſionẽ ſui ad ſenſibilia. Ex quo ſequit̃ ratio cur phi ad cognitionẽ ſenſualitatis nõ ꝑuenerũt: quia ſenſualitas non tm̃ nominat ipſam potentiã ſenſualẽ q̃tum ad ꝓpriã naturã: ſed etiã inquantũ reſpectu rationis habet quandã rebellionẽ q̃ ex peccato originali in hoie traducitur. Et qm̃ phi non ꝑuenerũt ad cognitionẽ originalis: nec lapſus hois: ideo non vtunt̃ hoc noie.

Q

Circa ſcdm pncipale vicȝ de diffinitione ſenſualitatis Notandũ ꝙ magr̃ in. ij. diſt. xxiiij. ſic diffinit ſenſualitatem.

Senſualitas

Senſualitas eſt quedã vis anie inferior ex qua eſt motus qui intendit̃ in corpis ſenſus: atqȝ appetitus rerũ ad corpꝰ pertinentium. Pro huius diffinitionis intelligentia conſiderandũ ꝙ ſenſualitas ſm ſan. Tho. in. ij. ſcripto ſen. diſt. xxiiij. arti. v. hic diffinit̃ ꝓut accipit̃ ꝓ appetitu ſenſitiuo ꝓ ſcdã eiꝰ acceptione: ſicut ſupra oñſum eſt. Dicit̃ nãqȝ pmo in diffinitione ſenſualitatis: eſt quedã vis inferior. Senſualitas eñ ſiue appetitꝰ ſenſitiuus eſt medius inter appetitũ naturalem qui infimus eſt: et appetitũ rationalẽ qui ſuperior dicit̃. Superior eñ eſt appetitu naturali: qꝛ appetitꝰ naturalis (vt ſupra dictũ eſt) q̃ eſt inclinatio nature in rẽ vel opus ſibi ꝯueniẽs abſqȝ ꝓpria apphẽſione: ſcȝ ipſius appetẽtis: licȝ ſeqt̃ur apphenſionẽ inſtituentis naturã ſcȝ dei: ſicut appetitus naturalis lapidis eſt inclinatio vel motus deorſum. Sed appetitus ſenſitiuus ſiue ſenſualitas fert̃ in aliqḋ mediante ꝓpria ꝛ ꝯiuncta apphenſione ſeu cognitione: ſcȝ noticia ſenſitiua. Eſt tñ iferior appetitu rõnali ꝛ volũtate: qꝛ appetitus rõnalis fert̃ ꝛ inclinat̃ in bonitatẽ rei abſolute: ſed appetitus ſenſualitatis fert̃ ſub tali vel tali cõſideratione: puta vel qꝛ delectabile vl̃ qꝛ vtile.

Scdo dicit̃ in diffinitione: q̃ intendit̃ (hoc eſt extendit̃ vel deriuat̃ ſeu tendit) in corpis ſenſus ꝛc̃. Vñ nota ꝙ motus ſenſualitatis in duo tendit: ſcȝ in ea que ſm ſenſus exteriores ſũt delectabilia: ſicut color pulcer eſt delectabilis viſui ad videndũ. Et ſonus moderatus eſt delectabilis ꝛ conueniẽs auditui ad audiendũ ꝛ ſic de alijs. Et ꝑpterea dicit̃ in diffinitione: eſt motus q̃ intendit̃ in corporis ſenſus.

Scdo tendit in ea q̃ nociua vel conueniẽtia ſunt corpi q̃ ſm ſolam eſtimationẽ apphendunt̃. Et ſic dicitur in diffinitione ꝙ ex ſenſualitate ꝓcedit appetitꝰ rerũ. i. inclinatio rerũ tpalium ad corpus ꝑtinentiũ: vt ſunt diuitie: poſſeſſiones ꝛ ſic de alijs. Sic igitur ſenſualitati duo attribuunt̃ ſcȝ motꝰ et appetitus: vt patet ex eius diffinitione. Senſualitas enim licet ſit vna potentia eius tamen plures ſunt actus. Motus enim ſenſualitatis eſt quedam inclinatõ ad ſenſus corporis: dum ſcilicet appetimus ea que ꝑ ſenſus corpis apphendũt̃ vt colorẽ pulcrũ: ſonũ moderatũ: cibum potũ: ꝛ venerea ꝓ ꝯſeruatione ſpẽi. Et illa ſũt bona delectabilia: qꝛ pbẽt delectationẽ ſenſibꝰ. Attribuit̃ etiã ſenſualitati appetitꝰ rerũ ad corpꝰ ꝑtinentiũ: q̃ de ſe nõ afferunt delectationẽ ſenſui carnis: ſ; ſm eſtimationẽ ſolã ſunt delectabilia: vt pecunie poſſeſſiones diuitie: ornatus veſtiũ: ꝛ ille dicunt̃ bonum vtile: ſiue bona exteriora: ſine q̃bus hõ bñ eſſe non põt. Et ſic inclinatio ſenſualitatis ad proſe

quedum bonū vtile: ꝯns apphenſionem virtutis eſtimatiue: dicit᷑ appetit⁹ rerum ad corpus ꝑtinentium. Conſiderandū etiā ꝙ ad ſenſualitatē: ſiue ad appetituꝫ ſenſitiuū requirunt᷑ ſenſus corporis exteriores vel interiores ꝑambuli: apphendentes vel cognoſcētes bonū ⁊ malū delectabile ⁊ triſtabile: vtile ⁊ nociuū. Senſus eñ exteriores ⁊ interiores ſcꝫ fantaſia ⁊ eſtimatio: dn̄r motiui et appetitiui diſpoſitiue: q̄r diſponunt ad motū ꝑ modum cognitionis boni ⁊ mali: inclinātis appetitū ſenſitiuū vel ſenſualitatē ad ꝓſecutionē vel fugā. Differēter tñ: q̄r ſenſus exteriores ⁊ fātaſia diſponūt ad motum ſenſualitatis ex apphenſione forme ſenſibilis delectabilis vel triſtabilis preſentis vel abſentis. Eſtimatiua vō diſponit ad motū appetitus ſenſualitat̄ ex apphenſione intētionis elicite ex ſenſatis: ꝑ modū vtilis vel nociui: ardui vel difficilis: ꝯueniētis vel diſcōuenientis: vt ſupra declaratum eſt de eſtimatiua. Verbi grā. Specioſitas mulieris ꝑn̄tis apphēſa: viſu auditu vl' tactu: mox ſenſualitas in vi ꝯcupiſcibili afficit᷑ ⁊ mouetur amore ꝯcupiſcentie ⁊ delectatione. Pariformiter muliere abſente: fantaſia cōuerſa ad imaginationē vbi ſpecies ſenſate reſeruant᷑ cogitando de muliere: mouetur amore libidine ⁊ delectatione. Qn̄qꝫ etiam mulier turpis forme ꝑſens ⁊ etiā abſens ſola eſtimatione apphēditur vt conueniens libidini extunc ſenſualitas i ei⁹ ꝯcupiſcentiā exardeſcit. Patet ex dictis q̄liter ſenſus ſunt ꝑambuli ⁊ diſpoſitiui appetitus ſenſualitatis ad ꝓſecutionē alicuius boni delectabilis vel vtilis vel ad fugam mali triſtabilis ⁊ nociui.

Patet etiā ꝙ ſenſualitas (que ydēptificatur cū appetitu ſenſitiuo) diuidit᷑ in duas vires: vicꝫ concupiſcibilem et iraſcibilē: de q̄bus ſufficienter dictum eſt in quarto dubio huius capituli. Q̄tum ad tercium ꝑncipale de ſubiectione ſenſualitatis quam habet ad rationem. Cōſiderandū ꝙ ſenſualitas debet ſubici rationi ⁊ obedire deo: cuius ratio eſt: quia motor inferior obedit ſuperiori et regulatur ab eo: ſed inter partes anie: ratio eſt motor ſuperior: ſenſualitas vero motor inferior: ergo ſicut ratio inferior obedit rationi ſuperiori ⁊ regulat᷑ ab ea: ita ſenſualitas rationi: inquantum ſenſualitas mediante fantaſia cōuerſa ad imaginationē mouetur ad gaudium vel triſticiam: ſm̄ ꝙ ratio oſtendit mediante fantaſia rē aliquā: ſiue ſit triſtabilis ſiue delectabilis ſm̄ ꝙ ei videtur. Item ſicut in corporibus celeſtib⁹ ſpera ſuperior mouet inferiorem: vt dicitur .iij. de anima. ſic appetitus ſuperior ſcꝫ voluntas mouet appetitum inferiorem ſcꝫ ſenſualitatem. Item per rationem dirigentē ⁊ volūtatem imꝑantē: vel retinent᷑ vel mouētur exteriora membra ne pctm̄ ſenſualitatis perficiatur: ſicut in exercitu ꝓgredi ad bellum vel non ꝓgredi ex imperio ducis dependet.

¶ De principatu diſpotico ⁊ politico. Conſiderādum etiam vt dicit ph̄s ꝑmo politicoꝝ. In homine eſt cōtemplari duplicem principatū: ſcꝫ diſpoſitum ⁊ politicuꝫ. Diſpoticus dicitur quo aliquis principat᷑ ſeruis: qui nō habent facultatē in aliquo reſiſtendi imperio ꝑcipientis: q̄r nihil habent ſui. Principatus autem politicus et regalis dicit᷑ quo aliquis principatur liberis: qui et ſi ſubdantur regimini principis: habēt tamen aliquod ꝓprium vnde poſſunt reniti ꝑcipientis imperio. Sic ergo aīa dominatur corpori ⁊ membris eius principatu diſpotico: quia corporis mēbra in nullo poſſunt reſiſtere anie imperio: ſed ſtatim ad appetitum anime mouetur manus pes ⁊ quodlibet membrum qd̄ datum eſt moueri voluntario motu. Quod ꝓpterea dicit᷑: quia ſicut digeſtiuū: nutritiuum: ⁊ augmentatiuū: ita et gn̄atiuū q̄ ad membra genitalia: et pulſatiuum qd̄ eſt vitale: non obedit rationi ⁊ voluntati. Intellectus autem ſiue ratio dr̄ principari concupiſcibili ⁊ iraſcibili politico ꝑncipatu: quia appetitus ſenſitiuus habet aliquid ꝓprium vnde poteſt reniti impio rōnis. Natus eſt eñ moueri appetitus ſenſitiuus nō ſolum ab eſtimatiua in animalibus ⁊ cogitatiua in hoibus quā dirigit ratio vniuerſalis: ſꝫ etiā a fantaſia ⁊ ſenſu. vnde experimur iraſcibilem ⁊ cōcupiſcibilem rōni repugnare: ꝑ hoc qd̄ ſentimus vel fantaſiamur aliqd̄ delectabile quod ratio vetat: vel triſte qd̄ ratio precipit: per hoc tamē nō tollit᷑ q̄n concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis rōni obediāt ſubiacent eñ rōni ſed nō totaliter. Et ꝓpter hoc dicit aplus ad Roma. vij. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis mee. ſcꝫ rōnis: ⁊ captiuam ducentē in lege peccati. Iſta lex dicit᷑. Fomes. ⁊ lex membroꝝ. id eſt. cōcupiſcētia nobis innata. Inclinatio vicꝫ ſenſualitatis in malum ⁊ ad delectationem ſenſuū: etiam que ſunt ꝯtra rōnem

Correlariū pulcrum ſequit᷑ ex dictis. Ex quo in carne puriſſime virginis matris domini: nūq̄ fuit languor nature. vl' lex membroꝝ: vel fomes peccati. Nec in ea fuit dominiū politicū: reſiſtentia ſcꝫ ⁊ rebellio ſenſualitatis ad voluntatē. Sed fuit in ea dominiū: ſeu ꝑncipatus diſpoticus. Nam ipſius ſenſualitas in nullo reſtitit volūtatis impio: ſicuti fuit in ſtatu innocētie in ꝓthoplaſtis. Correlariū ſcōm. Ratio triplicē regulam adhibꝫ ſenſualitati. Prima eſt: q̄r ꝓponit ei ⁊ oſ̄dit obiectuꝫ ad qd̄ moueat᷑. Scōa regula: q̄r rō ⁊ voluntas impetuoſe ferri pn̄t in aliud: ⁊ ſic trahit᷑ ſenſualitas ab actu ſuo. Patet hoc de ſancta Agatha que leta: ⁊ quaſi ad epulas īuitata iuit ad martyrium: quod fuit ꝯtra ſenſualitatis ſue inclinatiōem. Tertia regula: quia per rationem ⁊ voluntatem retinent᷑ membra exteriora ne ꝑficiat᷑ peccatū ſenſualitat̄. Unde ſenſualitati humane naturale eſt moueri ſm̄ regulam voluntatis ⁊ rōnis Quod etiā petimus in dn̄ica orōne. Dimitte nobis debita noſtra ⁊c̄. Ego dimitto ſic debitoribus meis: ꝙ licꝫ ſenſualitas offenſa ex dictis vel factis remurmuret ⁊ in vindictā exardeſcat. Nihilominus deſidero ſm̄ iudicium ſupioris rōnis et volūtatis innitētis legi eterni tue: ꝙ pacatior eſſet huiuſmodi ſenſualitas. Et ꝙ in tranquillitate inimicos ſuos ſicut ⁊ amicos ſuſtineret patient᷑ ⁊ benigne. Sicut charitas ſine q̄ nemo tibi placet patiens eſt benigna eſt. Neqꝫ irritat᷑ h̄ Cācell'. Correlarium tertiuꝫ: voluntas eſt tanq̄ regina ⁊ impatrix actuum aliaruꝫ potentiarū ⁊ membroꝝ corpis: ⁊ in hoc differt hō a brutis: q̄r hō dn̄iuꝫ habet ſuorū actuū. qd̄ nō hn̄t bruta. vn̄ ⁊ Senec. Vis vt dem tibi magnū impiū impa tibi Rō vō habet ſe ſicut ꝯſiliari⁹ dirigēs voluntatē in ſuo impio. Nā voluntas hꝫ triplex imperiū ſup triplex genus ponē Primo apphēſiue ſiue extioris: ſiue interiori. Scōo appetitiue ⁊ ſenſualitat̄. Tertio executiue ſiue motiue impate d' q̄ nūc dicendū ē. Correlariū q̄rtū. Quicqꝫ ſūt q̄ rōnis ⁊ volūtat̄ nō ſbdunt᷑ impio obediēdo eis. Primū eſt gn̄atiuū. Scōm eſt nutritiuū. Tertiū ē augm̄tatiuū. Rō vnica ē: q̄r hoꝝ act⁹ ꝓcedūt ab appetitu nāli: q̄ nō ſequit᷑ aliquā apphēſiuā ꝯiūctā: vt ſformatio corpis ꝑ gn̄atōnē: ⁊ digeſtio ⁊ corpis in debitā q̄ntitatē extēſio: ⁊ aliȷ̄ act⁹ illaꝝ viriū: de q̄bus ē dictū ē. c. viij. circa ꝑncipiū. Sunt tamē q̄daꝫ actus gn̄atiue: ⁊ nutritiue ꝑambuli qui ꝓcedūt ab apprehēſione fantaſie ⁊ appetitu ſenſitiuo ſiue ſenſualitate. Apprehenſio eñ fantaſie cum ſit ꝑticularis: regulat᷑ in homine ad apprehenſionē rōnis q̄ eſt vl'is ⁊ illi act⁹ ſubiacēt volūtat̄ impio. In poteſtate nr̄a nāqꝫ eſt abſtinere a coitu ⁊ a nutrimēto. Qr aūt fetus in coitu ꝯcept⁹ format᷑ ⁊ augmētet᷑. vel ꝙ cibus ꝑ comeſtionem ſuſceptus paſcat ⁊ digerat᷑: nō eſt in poteſtate noſtra: Scōm hunc intellectum dictu eſt ſupra. ca. viij. In primo dubio ꝙ generatiua et nutritiua ſubia

Fomes

De principatu diſpotico ⁊ politico.

cent impio volūtatis. ſcʒ quo ad actus
ꝑambulos. Quartū eſt motus cordis
ſcʒ pulſatiuū: ⁊ manifeſtat̃ ꝑ venas pul,
ſatiles: ⁊ ille motus nō obedit volūtatis
impio: ſed eſt ſm naturam: eo ꝙ motus
cordis ꝯſequat̃ vitam: que eſt ex corꝑis
⁊ anime vnione. Quintū eſt mot⁹ mē,
broꝝ genitaliū qui nō ſubijcit̃ volūtatis
impio. Et hoc fit ex pena peccati: vt ſcilʒ
aīa rōne ſue inobediētie ad deū: in illo
ꝑcipue membro ꝑ qđ ꝑmi ꝑntis eſt tra,
ductū peccatū: penā inobediētie ⁊ reſiſtē
tie patiat̃. ¶ De potētia motus executi,
ua. Caplm xxvj

A — De potētia motus executiua.

In ſuꝑiori caplo. xxv. determina
tum eſt ſub ſeptem dubijs de ap
petitu ſenſitiuo: ⁊ ſenſualitate: ſi
ue de potētia aīe ſenſitiue motiue ſpiri
tuali: ab intra motū imꝑante. Nunc di,
cenduʒ eſt de virtute motiua corꝑali ab
extra motū exequēte: que dicit̃ potentia
executiua motus imꝑati. Conſideran
dum ꝙ virtus motiua ē duplex. Quedā
eſt motiua motu nālī: ⁊ hec non mouet
ſm apꝑhēſionem: nec eſt ſubiecta impio
rōnis ⁊ volūtatis. Et hec eſt virtus natu
ralis motiua humoruʒ: ⁊ vitalis motiua
pulſuū: de qbus nō eſt hic ad ꝓpoſitum.
De his dictum eſt ſ. cap. ix. in ꝑncipio.

Alia eſt motiua: motu animalis: ⁊ hec
ſimiliter eſt duplex. Nam qdam mouet
motu dilatationis ⁊ conſtrictōis. Et hec
eſt in aīalibus imꝑfectis. Ut in conchis
⁊ aīalibus affixis petris. Cum eñ ꝑben,
tur eis obiecta ꝯuenientia tūc dilatant̃.
Si aūt abiecta triſtia ⁊ diſcōueniētia tūc
conſtringūt̃ ⁊ fugiunt ſicut eis aduerſuʒ
⁊ contrariū. Et hec nō eſt potentia moti
ua: vt hic ſumit̃ potentia: quia talia ani,
malia nō mouent̃ motu ꝓgreſſionis: qa
potentia motiua: vt hic ſumit̃ conſtituit
ſpālem modū viuendi: ⁊ diſtinguitur ab
alijs potentijs aīe. Alia eſt potētia mo,
tiua que motu ꝓgreſſiuo mouet. Et iſta
tm̄ cōuenit aīalibus ꝑfectis q gradiun
tur ⁊ mouent̃ de loco ad locum. Et talis
potentia conſtituit ſpālem modū viuen
di diſtinctum ab alijs. Sequit̃ correla
rie ꝙ iſte due potentie habent ſe ſicut in
ferius ⁊ ſuꝑius. Quicqd eñ mouet̃ mo
tu ꝓgreſſiuo etiam pōt moueri motu di
latationis ⁊ conſtrictionis: ſed non econ
uerſo. ¶ Notandū ꝙ ſm phm. ij. de aīa
Quatuor ſunt modi viuendi Quibus
aīatū diſtinguit̃ ab aīato. Primus mo
dus viuendi eſt vegetabilium q augent̃:
nutriunt̃ ⁊ generant̃. Scđs modus vi,
uendi eſt animaliū imꝑfectoꝝ: q licʒ ſen
tiunt (dicit̃ eñ. iij. de aīa. Anīal dicitur
animal: ꝓpter ſenſuʒ tactus) tamen non
mouent̃ de loco ad locū. Terti⁹ modus
viuendi eſt aīaliū ꝑfectoꝝ q ſentiūt ⁊ ꝓ,
greſſiue mouent̃: vt natatilia: volatilia ⁊
greſſibilia. Quartus modus viuendi eſt
mortaliū hominū q habent intellectū: q
vegetant̃: ſentiūt: mouent̃ de loco ad lo
cum: ⁊ vltra hoc intelligūt. Sed dice,
ret qs Cum qnqʒ ſint potētie aīe: vt ve
getatiuū: ſenſitiuum: appetitiuū: ſm lo,
cū motiuū: ⁊ intellectiuū: ergo etiaʒ gra,
dus viuendi debēt eſſe qnqʒ. Quare er,
go appetitiuū nō conſtituit ſpālem gra,
dum ⁊ modū viuēdi. Dicendū ꝙ ideo
qꝛ gradus viuēdi ſumunt̃ ex hoc ꝙ vnū
ꝑncipiū viuendi pōt reꝑiri ſeꝑatim ſine
alio in viuente: ſ appetitiuū nō reꝑitur
ſine alijs: qꝛ in oībus eſt. Qđ ꝓbat Ari,
ſtote. ij. de aīa. Ubicūqʒ eñ reꝑit̃ ſenſiti,
uum ibi eſt appetitiuū: nam ibi ē ſenſus
alimēti: ⁊ ꝑ ꝯñs eſuries: ⁊ ſitis. Eſuries. n.
eſt appetit⁹ calidi ⁊ ſicci. Sitis ē appeti,
tus frigidi ⁊ humidi: vt ꝑʒ. ij. de aīa: er,
go vbicunqʒ eſt ſenſitiuū: ibi eſt ⁊ appeti
tiuū. Item vbicūqʒ reꝑit̃ ſenſitiuū: ibi re
ꝑit̃ leticia ⁊ triſticia. Leticia orit̃ ex cō,
iunctione alimenti cōuenientis. Triſti,
cia vo ex cōiunctione alimēti diſcōueniē
tis: ſed illa non reꝑiunt̃ ſine deſiderio ⁊
appetitu: tam in animali perfecto ꝙ im,
ꝑfecto. Ubicūqʒ etiam reperit̃ vegetati,
uum etiam appetiuū. Nam anima vege
tatiua per vim nutritiuam ⁊ augmenta,

Quatuor modi viuendi.



tiuam appetit conſeruare indiuiduum:
ſed per generatiuam appetit conſeruare
ſpeciem. Intellectiua anima eſt volūtas
B — que eſt appetitus boni honeſti. Conſi,
derandum vlterius ꝙ vis motiua aīalis
vt dictū eſt ca. ꝑcedēti nominat̃ cōi noīe
appetitiua ſiue deſideratiua ſiue appeti
tus ſenſitiu⁹ aīalis: ⁊ ꝯuenit oīm aīali. tā
ꝑfecto qđ habet oēs vel plures ſenſus:
ꝙ imꝑfecto qđ ad min⁹ habet duos ſen
ſus ſcʒ guſtū ⁊ tactū. In hoīe vo dicitur
ſenſualitas. Et hec vis motiua aīalis
eſt duplex. Imperās ⁊ Imꝑata. Impe
rans eſt duplex ſcʒ Iraſcibilis ⁊ Concu
piſcibilis. Concupiſcibilis eſt appetit⁹ bo,
ni delectabilis. Iraſcibilis eſt appetitus
boni ardui. Ab his oriunt̃ oēs paſſiones
⁊ affectus anime: vt dictū eſt ꝑcedēti ca,
pitulo. Intellectus eñ practicus ⁊ fan,
taſia nō ſunt potentie motiue principa,
les ſed diſpoſitiue. Nā intellectus pra,
cticus in hoībus ⁊ fantaſia cum ſenſib⁹
exterioribus et eſtimatiua in brutis: diſ,
cernūt ad qđ ſit mouēdum. Quo cogni,
to: appetitus rōnalis ſiue volūtas in ho
mine: ⁊ appetitiua ſiue appetitus ſenſiti
uus: iraſcibilis vel concupiſcibilis in bru
tis: afficitur ⁊ inclinat̃ ad hoc qđ intelle
ctus practicus ⁊ fantaſia cognouerūt: et
tandē potētia motiua executiua mouet
membra ad ꝓſequēdum qđ imperatum
eſt. De quo plenius dictum eſt ca. prece,
denti dubio. vij. circa mediū. Imperata
vis motiua dicit̃ motus executiua: quia
efficit ⁊ exequit̃ motuʒ ab intellectu pra
ctico vel a fantaſia imꝑatum. Et hec ſi,
militer eſt duplex Nam quedam eſt vis
motiua membroꝝ: et eſt vis infuſa ner,
uis lacertis ⁊ muſculis: ꝯtrahēs et rela,
xans cordas ⁊ ligamenta coniuncta mē
bris officialibus. Nota ꝙ membra cor
poris ſunt triplicia. Sunt eñ quedā ra,
dicalia in quibus vita animalium velut
in radicibus conſeruatur ⁊ in totum cor
pus deriuatur: vt epar cor cerebrum: et
genitalia. Inter que prima tria ſunt de
eſſe indiuidui i quibus (vt ſupra dictum
capitulo nono) ſedem habet ſpirit⁹ Na
turalis Uitalis ⁊ Aīalis. Sed membra
genitalia ſunt ad conſeruationē ſpeciei.

Alia ſunt membra deſeruientia: vt ve
ne Arterie: ⁊ Nerui: per que vehitur ille
triplex ſpūs: vt dictum eſt caplo nono.

Tercia ſunt membra officialia diuer,
ſis officijs in corpore animalis deputa,
ta: ſicut manus pes oculus ⁊ huiuſmōi.
Nunc dictum eſt ꝙ vis motiua eſt in la,
certis. Dicitur autē lacertus brachium. — Lacertus
Et deriuat̃ a lacero ras. eo ꝙ ſit ad lace,
randum abilis: et eſt ꝓprie lacertus ſupe
rior pars brachij a cubito ſurſum: vł mu
ſculus. Dicuntur etiam muſculi: capita — Muſculus
neruorum ex ſanguine ⁊ neruis copula,
ta: ſcʒ illa nodoſa caro que eſt ex tibijs ⁊
brachijs. Et dicitur muſculus a muriuʒ
ſimilitudine: quia latet in membris ſicut
mures ſub terra. Uel quia diſpoſita eſt
ad ſimilitudinem muris. Uis nāqʒ infu,
ſa neruis lacertis ⁊ muſculis mouet mē
bra officialia. Hec aūt vis motiua ſita in
neruis: eſt virtus aīalis que mouet mem
bra mediantibus neruis: qui radicantur
in poſteriori parte capitis. i. cerebri. Et h̄
virtus per ſpiritū animalem (qui eſt ſub
ſtantia ſubtilis aerea vi caloris genera,
ta) per medullam ſpine dorſi: que a phi,
ſicis nucha vocatur: penetrat̃ ad neruos
motiuos: vt ſic motus voluntarius in oī
bus partib⁹ corporis generetur. De ſpi,
ritibus animalibus plenius dictum eſt
ſupra capitulo nono. Et hec vis motiua
membroꝝ ineſt omni animali tam perfe
cto ꝙ imperfecto. In omni animali eſt
ſenſus diſcernens conueniēs ⁊ diſcōue,
niens: ⁊ appetitus inclinans et imperās
virtuti membroꝝ motiue. Uidemus eñ
ꝙ animalia imperfecta vt conche mari,
ne: dilatant ⁊ conſtringunt ſe ⁊ membra
ſua in pñtia cōuenientis: vel diſconueni
entis. Et licet in eis non ſit diſtinctio mē
brorum ſicut in perfectis animalib⁹: ha,
bent tamē quaſdam partes corporis ſo,

to membrorum. Animalia etiam perfecta mouent caudas: alas aures: roſtr a: mandibula: vngulas: ⁊ hmōi. Homo inſuper mouet manus linguā palpebras.

C Alia eſt vis motiua q̄ anīal mouet de loco ad locum. De hac eſt hic ad ꝓpoſitum: ⁊ data eſt aīali ꝑfecto. Nā cum animal nō habeat oīa neceſſaria ſibi cōiuncta: oportet ꝙ moueatur motu ꝓgreſſiuo ad diſtantia: vtpote ꝓ alimēto: multiſq; alijs delectationibus ⁊ vtilibus ꝓſequēdis: ⁊ nociuis fugiendis. Et h̄ vis dicitur virtus executiua ſiue motiua de loco ad locum. Cuius organum ſicut et virtutis motiue membrorꝫ (vt phiſici volunt) eſt poſterior pars capitis ſiue cerebri. Vn̄ dicit Auicenna ꝙ in habentibus caput virtus motiua ꝑ ſpinam dorſi: ⁊ ꝑ nuchā: mediātibus neruis: deriuatur in ſingula membra: ⁊ mouet ad oēm differentiā poſitionis ſcꝫ ante retro ſurſum: deorſum: dextrorſum ſiniſtrorſum. Natura vero non ſic mouet: quia ſolum determinata eſt ad vnum: vt patet in grauibus ⁊ leuibus. Sequiť correlarie ꝙ virtus ꝓgreſſiua ſm̄ locum diſtinguiť a vi motiua membrorꝫ. Nā cū in oībus aīalibus ꝑfectis ⁊ impꝑfectis ſit ſenſus et appetitus motum impꝑantia. In multis tamen animalibus vt in oſtreis marinis: cōchilibus et animalibus affixis petris: reperiť vis motiua membrorꝫ: in quib⁹ tamē nō rperiť vis motiua de loco ad locum.

Oſtreum Eſt aūt oſtreum trei. piſcis marinus: qui in oſtra. i. in teſta latet: nā oſtra grece diciť teſta latine. Sed oſtrea tree: in feminino genere: diciť caro oſtrei: de quibus carnibus cancri viuūt miro ingenio. Nam q̄ validā oſtream. i. teſtā oſtreorum aperire nō pn̄t: expectat ꝙ oſtrea clauſtra teſtarū aperiūt: ⁊ tunc cancer lapillū inicit: et impedita cōcluſione oſtreorum carnes corrodit. Diſtinguiť etiā vis motiua a potentia vegetatiua: quia vegetatiua nihil apprehendit ꝓpter eius materialitatē: ſed potentia motiua principiat motum de loco ad locum propter aliquod bonum particulare apphēſum impꝑatum ꝓſequendum. Diſtinguitur etiam virtus motiua executiua ab appetitiua: quia non ſemper ad appetitum ſequitur motus: vt patet in viris continētibus qui aliq̄n habēt appetitū ad malū. Illum tamē appetitum nō ꝓſequuntur ſed regulanť rōne: que ſemꝑ deprecatur ad optima. j. Ethicorꝫ. Sequiť etiam correlarie: ꝙ ꝑpotentia appetitiua ⁊ fugitiua non diſtinguunť realiter: quia diciť appetitiua inquantū ꝓſequiť ꝯueniētia ſed diciť fugitiua inquantū fugit ꝯtraria

O ⸿ Animalia ſe mouentia ſunt triplicia.

Animalia mouentia ſūt triplicia Conſiderandū etiam vt colligiť ex textu Geneſeos. c. j. Animalia ꝑfecta q̄ habēt virtutē motiuā de loco ad locum ſūt triplicia. Nam quedam dicuntur natatilia quedā volatilia: quedam greſſibilia. De his. S. Bonauen. in. ij. diſt. xv. ſic dicit.

Natatilia Natatilia ſunt piſces qui in aquis q̄buſdam pēnulis ſe trahunt ⁊ ꝓtenduntur anterius: ⁊ extendendo ſe ad anterius quaſi tenendo ſe ad ſoliditatem: vľ groſſiciē aque trahūt corpus ſuum: ⁊ ſic mouenť de loco ad locū. Sub natatilibus etiā cōprehenduntur quedā aīalia die in terra gradientia: ſed nocte in aquis morantia

Crocodilus vt Crocodilus: qui ſm̄ Iſidorꝫ. Eſt aīal quadrupes. Longitudine fere. xx. cubitorum: dentiū ⁊ vnguiū immanitate armatum: tanta eſt ei duritia cutis q̄uis fortium lapidūꝫ ictus in tergo recipiat nihil oīno curat: habet aūt corium ita durū ꝙ vix gladio ꝑforať: habitat i terra de die: nocte in aquis: quia aqua calidior eſt de nocte q̄ de die. Retinet eīm radios ſolis ⁊ ibi agitantur ⁊ ſic ſit calida ipſa aqua. Quidam autem dicunꝫ. Crocodilus. Et cōponiť ſm̄ catholicon a croco. quia croceum habet colorem: ⁊ dilus ꝙ eſt met⁹: quia timendus eſt ꝓpter ſuam ferocitatem: quia homines manducat. Vn̄ vſus Herba crocus diluſq; metus: venit hinc crocodilus. Nam croceis maculis variatur ⁊ eſt metuēdus r. poſt. c. pmū dās. l. ſcribito ſolo.



Volatilia. Volatilia ſūt aues ꝑ aerem alis ſe de loco ad locum mouentia: magis impulſu: q̄ tractu. Dum eīm auis volat. claudiť aer in cōcauitate alarū: et dum ale applicanť ad corpus: violenter aer ꝓpellitur ex parte alarum a parte poſteriori: ⁊ ex illo impulſu corpus auis ꝓcedit anterius.

Greſſibilia Greſſibilia ſunt animalia pedibus in terris ſe de loco ad locūꝫ mouentia. Et hec ſunt in triplici differentia: put diciť Geneſ. j. Producat terra: iumenta ⁊ beſtias ⁊ reptilia. Quorꝫ numerus ⁊ ſufficientia accipiť ex parte motus. Oīne nanq; animal quod mouetur in terra: aut moueť tractu: ⁊ ſic eſt reptibile.

Reptilia Diciť enim reptibile quod ſe rapit Et diciť a repo. pis. Et reptile diciť tripliciť. Primo modo qꝺ ſe trahit vi oris: vt quedam vermes qui ore fixo in terraꝫ totū corpus poſt ſe trahunt. Scd̄o modo ꝙ ſe trahit vi coſtarū: ſicut animalia annuloſa: quorūꝫ corpora in circuitu ad inſtar annuli: ⁊ coſte formata: ſerpendo corpore ⁊ ventre ſe trahunt ſuꝑ terram. vt ſerpentes. Tertio modo diciť reptile large quod in mouendo ſe magnam partem corporis applicat terre: q̄uis habeat pedes. Et generaliter oīa animalia habentia pedes breues: reptilia dicunť: vt lacerte ⁊ ſtelliones.

Lacerta Lacerta eſt reptile: ſimile crododilo: ſꝫ minus. Et diciť a lacertus qꝺ ſignificat brachiūꝫ: quia brachiorum ad inſtar habet membrꝫ.

Stellio Stellio lionis vt dicit Iſidorus: eſt beſtiola ſimilis lacerte: tergo depicta: lucentibus guttis in modo ſtellarū. Aut animal moueť pulſu: ⁊ ſic eſt: greſſibile. Et hoc dupliciť Aut eſt animal natuꝫ ſeuire ⁊ furire: aut manſueſcere.

Beſtia Primo modo diciť beſtia q̄ntum ad nimalia ſilueſtria: que manifeſte homini nocent: ſed reptilia occulte nocent homini ⁊ inſidianť calcaneo ei⁹. Leo enim beſtia apte iraſciť. Draco vo reptile occulte inſidiať. Et dicitur beſtia quaſi vaſtia: a vaſtando, id eſt, diripiendo dentibus: vngulis: vel cornibus. Vel diciť beſtia quaſi vas ire. Sub beſtijs cōprehenduntur fere: ⁊ ſunt animalia ſilueſtria non ſeuientia.

Fera Et dī fera a fero. fers quia naturali vtitur libertate ⁊ ſuo proprio deſiderio ferť: nec hominis voluntati ſubijciť. Omnis tamē beſtia fera eſt ſed non econuerſo.

Iumentum Scd̄o modo diciť iumētum. Sub iumentis comprehendūtur pecora. Iumenta enim pecora ſunt ordinata ad vſum hominū: vel ad labores: vel ad comeſtionem: vel ad veſtituꝫ Et dicitur iumētum: quaſi iuuamentū.

E Correlarium. ſequiť ex oībus dictis Ad potentiam motus executiuā tria cōcurrunt. Primum eſt apprehenſio alicuius boni vtilis vel delectabilis ad proſequendum: vel mali damni vel pene ad fugiendum. Et illa apprehenſio fit ꝑ intellectum practicum in homine: vel per fantaſiam in brutis q̄ diſcernunt ad qꝺ ſit mouendū: coopꝑantibus ſenſibus exterioribus ⁊ interioribus: ꝓ̄ſertim eſtimatiua. Scd̄m ſunt paſſiones ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: q̄ mouent ⁊ inclinant ad ꝓſecutionē vel fugam. Tertiū eſt vis motiua in mēbris exequēs qꝺ ꝑ priores potentias apphēnſum inclinatū ⁊ impꝑatum eſt. De hoc Cancellarius piſien. ſuper magnificat i tractatu ſuꝑ vſu. Quia fecit mihi magna. ꝑmo deſcribēs paſſionē: familiare ponit exemplūꝫ.

Paſſio deſcribitur. Paſſio eſt apphēſio ſenſualis ꝯueniētis vel diſconueniētis pn̄tis vel abſentꝫ. Inuenim⁹ eīm in aīa ſenſitiua: apphēſionē ⁊ motioneꝫ ⁊ executioneꝫ: ⁊ h̄ in actu vel in potentia vel in hitu. Sꝫ loq̄mur de actu ⁊ exēplificem⁹ in vſu. Puer nāq; dum mř oñdit vbera apphēdit ꝑ viſum ⁊ ꝑ ſenſum cōmunē ⁊ ꝑ fantaſiā. Deinde ſi eſuerit: ſeq̄tur ad hāc apphēſionē motio q̄daꝫ deſiderij: nedū nālis: ſꝫ ſenſualis ⁊ aīalis. Et ſi nō eget cibo: ſequiť aliq̄n motio faſtidij cuiuſdā. Tādē terť o ſi nō fuerit impedimētū: ꝯſequiť executō ad mouēdū mēbra ad ſugēdū vbera vľ ab eis diuertēdo

Quotidie videmus hec tria: taȝ in aīalibus ꝙ in pueris. Mediū eñ ſcȝ motio eſt formaliter paſſio. Illa eñ motio interior ſequit̄ naturaliter apphēſionē. Sed apprehēſio non eſt formaliter paſſio: ſed cauſaliter: qꝛ paſſio formalis cauſat̄ ab apprehenſione. Sicut paſſio riſus exterior ponit̄ ꝓ effectu paſſionis interioris ſcȝ gaudij. Ita patet ꝙ nomē paſſionis aliqñ ſumit̄ a cauſa formali: vel etiaȝ exemplari extrinſeca vel a materiali: vel obiectali: vel a ſigno. Nihilominꝰ paſſionis deſcriptio formalis eſt ꝑ motionem ꝯſurgētem ex apprehēſione cōueniētis vel diſcōueniētis: pñtis vel abſentis qđ abſens apprehendit̄ tanq̄ preſens: ſi nō re: tñ intentione vel ſpecie reſeruata in imaginatione vel memoria. Executio ſequens in opus ꝑ vim motiuā executiuā dicit̄ effectus eius. Ex q̄bus patet intellectus verborū beati Auguſti. Non ē in poteſtate noſtra q̄bus viſis nō tāgamur Accipit̄ itaqȝ viſus ꝓ apprehēſione: ⁊ tactus ꝓ ipſa ſequēti motione: de qua dicunt doctores ꝙ ꝑmi motus ſunt in poteſtate noſtra. ¶ De potētijs anīe rōnalis. Caplm. xxvij. De origine rōnal' aīe.

A
De potētijs aīe rōnalis.

s

Umma naqȝ bonitas oīpotēs deus trinus ⁊ vnus: ſue diuinitatis ineffabilē dulcedinē charitatis: que in ipſo ē: ⁊ ipſe eſt Sūmūqȝ incōprehenſibilē beatitudinē: qua eternaliter ⁊ eſſentialiter beatus eſt: vidit cōicare poſſe: ⁊ minui non poſſe: alios voluit eſſe participes: non ꝓpter ſui vtilitatis indigentiā (qꝛ ſcriptū eſt. Bonoꝝ meorū nō indiges) Sed ꝓpter ſui gloriā. Nō augendā (qm̄ perfectus ⁊ ſumma bonitas: beatitudine plenus: nec augeri nec minui poteſt) Sed manifeſtandā: Et ꝓpter bonitatē ſuā cōicandā. In cuiꝰ manifeſtatione ⁊ ꝑticipatōne attēdit̄ ſūma vtilitas: non creatoris: ſ; creature. vicȝ creature glorificatio ⁊ btificatio. Produxit triplicē drn̄tiā creature: nam ꝓduxit creaturā pure corpalem: vt eſt mūdialis machina. Creaturā pure ſpūalē: vt ē natura angelica: q̄ in ſua puritate ꝑmanſit ne corpi vniret̄: eiqȝ ſurſum in celo manſionē ꝯſtituit: regulāqȝ ei imponēs obediētie: q̄tenus ab eo loco vbi erat nō caderet. Produxitqȝ deus poſtremo creaturā ex vtriſqȝ compoſitā: vt eſt nā hūana: q̄ ex aīa rōnali ⁊ carne ſubſiſtit: corpus de terra fingēs. Aīam ex nihilo faciens: eāqȝ corpi vniēs: vt ſic totus hō in aīa ⁊ corpe btificaret̄. Cum eñ deus ſit beatiſſimus ⁊ benigniſſimꝰ ac beniuoliſſimus. Ideo ſumma beniuolentia beatinē ſuam cōicare voluit. Nō tm̄ creature ſpūali ꝓxime ⁊ ꝓpe ſe. ſcȝ ſube ſpūali ⁊ intellectuali ⁊ incorporee: vicȝ nāe angelice (que ꝓpe deū eſt: qꝛ ei ſimilima ꝑ ſpūalitatē ⁊ ſimplicitatē: qꝛ deus ſpūs ē ſimpliciſſimus) ſed etiam creature corpali longinq̄ ⁊ ꝓpe nihil. ſcȝ nature corporee q̄ longinq̄ eſt a deo: nō loco: ſed diſſimilitudine: qꝛ diſſimilis deo rōne corporeitatis ⁊ cōpoſitōis. Et ꝓpe nihil: qꝛ māam vt vt alterā ꝑtem compoſiti includit: q̄ ꝓpe nihil eſt: qꝛ vltra materiā q̄ eſt pura potentia paſſiua: nihil eſt: corpali tm̄ creature ⁊ longinq̄. vicȝ corpi hūano: deus beatitudinē cōicat mediate. ſcȝ ꝑ aīam rōnalem: q̄a lex diuinitatis hec eſt: vt infima ꝑ media reducant̄ ad ſumma. Et ideo nō tm̄ ſpm̄ angelicum fecit beatificabilē: ſed etiā ſpm̄ humanū ꝯiunctū. vicȝ aīam rōnalē. De cuius origine nōnulli philoſophantiū ⁊ hereticoꝝ peſſime ſenſerunt: quorū errores breuius hic ſubnectunt̄. Qui aūt latius de his informari voluerit: legat lecturas catholicoꝝ tractatoꝝ ſup. ij. ſenten. ꝑſertim doctoris ſeraphici diſt. xviij. Doctorqȝ irrefragabilis errores de aīa reprobat in. ij. ꝑte ſūme. q. lx.

B
Ex libro ecclesiastic gmatibus

¶ Ex libro de eccleſiaſticis dogmatibus Credimus aīas nō eſſe ab initio: neqȝ cū angelis ſimul creatas: ſicut Origenes fingit: nec cū corporibus ꝑ coitū ſeminant̄ ſicut Luciferianꝰ ⁊ Cirillus ⁊ aliq̄ latinorū ꝑſumptores affirmant. Sed dicimus harū creationē ſolum omniū creatorem noſſe: corpus tm̄ ꝑ cōiugū copulam ſeminari: dei vo iudicio coagulari in vulua ⁊ cōpingi atqȝ formari: aīamqȝ creari corpore iam formato ⁊ infundi: vt viuat in vtero homo ꝯſtans ex aīa ⁊ corpore: ⁊ egrediat̄ ex vtero viuus plenus hūana ſubſtātia ⁊c. Hec verba ponunt̄ in libro de eccleſiaſtic[is] dogmatibꝰ. Et ea recitat magiſter in. ij. ſen. diſt. xviij. ca. ix. In quibus vbis error de aīa repudiat̄: ⁊ vitas colligit̄. Multos nanqȝ errores ⁊ hereſes de aīa reprobat ſctūs Bonauē. in. ij. ſen. ſub diſtinctionibus. xvij. xviij. ⁊. xix. Et hij errores breuius inferius recitant̄

Primus error: intellectus humanus nō eſt aliud ꝙ intellectus diuinꝰ: ſed diuinus intellectus dicit̄ ꝓut ꝯſiderat̄ in ſe. Hūanus vo ꝓut ꝑficit corpus: quod falſum eſt: quia cum deus nullius ſit ꝑs cōſtitutiua ꝓpter ſuam ſummā ꝑfectionem ⁊ abſolutionē: poſitio illa eſt ſtulta ⁊ erronea. Scđs error eſt impioꝝ manicheoꝝ. vicȝ ꝙ aīa ſit de dei ſubā ⁊ natura. Huius erroris falſitas patet: qm̄ ſi aīa eſt ex deo. Aut igit̄ per generationeȝ aut ꝑ ſpirationē. Si ꝑmo mō tunc aīa nihil aliud eſt ꝙ verbuȝ. Si ſcđo mō tūc aīa non eſt aliud ꝙ ſpūſſctūs: ſic igit̄ ois homo eſſet deus: qđ eſt falſiſſimū. Item aīam nō eſſe ex ſubſtātia dei: nec ꝑtē dei: ſed creaturā dei: ꝓbat eius mutabilitas Deus eñ immutabilis eſt: hec ſepe mutata ꝓ culpa: qñqȝ dānata ꝓ pena: quādoqȝ fit miſeria. Eſt eñ aīa mutabilis de bonitate in maliciā: de veritate in errorē de gaudio in triſticiā. Tertius error ē quorūdam phoꝝ dicentiū eandē aīam eſſe in oībus hoībus. Crediderunt eñ aīam nō eſſe aliud ꝙ deū: ⁊ huiꝰ poſitionis fuit Pitagoras et Varro. Sicut dicit Auguſti. de ciuitate dei. de Varrone Maxime aūt putauerūt hoc de aīa humana ꝓpter ſui dignitatem ⁊ ſpūalitatē q̄tum ad intellectū agentem. Q̄tum vo ad intellectū poſſibilem crediderunt aīmā idem eſſe quod yle. Eſt eñ Yle. les feminini generis. ꝑmordialis materia medium inter aliquid ⁊ nihil ⁊ eſt ꝓpe nihil Nam vltra eam nihil eſt: ſicut videndo tenebras: nihil videmus: ⁊ nihil audiendo: audimus ſilentiū. Sic nihil intelligēdo: intelligimus ylem. vnde Auguſt. Cū aliquid informe concipio prius nihil intelligo ꝙ intelligam: ſic crediderūt ꝑfati philoſophi aīam q̄tum ad intellectum poſſibilem eſſe yle: quia anima poteſt recipere oīa: ⁊ ita denudata eſt a formis omībus. Hoc aūt ponere non eſt philoſophia: ſed manifeſta inſipiētia. Cum. n. anima vt dictum eſt ſit variabilis ⁊ trāſmutabilis ⁊ bonitatis ⁊ malicie ſuſceptibilis: oīno deus eſſe non poteſt. Cum iterum ſit forma nobiliſſima inter naturales formas. dans actum ⁊ complementū corpori ⁊ diſtincta ab alijs formis naturalibus: yle eſſe non poteſt.

Yle

Quartus error eſt ipſius maledicti Auerrois: hoc nanqȝ cognomēto eu nominat Scotus in. ij. ſentē. diſt. iij. q. vj. Dicebat eñ in cōmento ſup libro de aīa. Qꝛ anima humana ſiue intellectualis: eſt vna in oībus nō ſolum q̄tum ad intellectū agentē: ſed etiam q̄tum ad intellectū poſſibilē. Illa opinio peſſima eſt ⁊ heretica. Eſt eñ cōtra xp̄ianā religionē: dum aufert meritorum retributionē: q̄ non eſſet: ſi oīm aīa vna eſſet. Eſt etiam cōtra rectam rōnem planū eſt eñ ꝙ anima intellectiua eſt ꝑfectio hominis ſm ꝙ homo. Si ḡ homines non ſint diuerſi ſolum ſm ꝙ aīalia ſed ſm ꝙ hoies: nō ſolū habēt diuerſas imaginatiōes ⁊ aīas ſenſibiles: imo etiā diuerſos intellectus ⁊ aīas rōnales. Eſt etiā ꝯtra ſenſibilē experientiā. quoniā diuerſi homines: diuerſas habent ⁊ cōtrarias cogitatōnes. Dicendū ergo ſm fidē ⁊ veritatem: ꝙ diuerſi homines diuerſas habent animas rōnales. Quintus error eſt aliquoꝝ philoſophoꝝ: ꝙ anime ſimul fuerunt create in cōparibus ſtellis. Dicunt̄ aūt ſm tales errantes: ſtelle cō-

pares.i.ſiles quo ad animas : q̃a anima
magis illuminata in clariori ſtella ſibi ſi
miliori fuit locata: ⁊ poſt formatis corpo
ribus ſibi idoneis: ad hec corpa viuificā
di deſcēdūt ꝑ lacteū celū : ⁊ alios orbes
planetarū: ⁊ poſtmodū corruptis corpo
ribus illuc reuertunt̃ : ⁊ poſtmodū loco
ſuo ⁊ tēpore iterū deſcendūt: ⁊ cū deſcen
dunt obliuiſcunt̃ prius cognitorū: ⁊ cū
aſcendunt obliuiſcunt̃ malorū q̃ in cor
pore habuerūt. Hec aūt eſt poſitio pla
tonis ⁊ ſuorū ſequaciū: ⁊ hanc multū ni
titur approbare Macrobius explanās
ſomniū ſcipionis: ſ; vere poſitio iſta plus
eſt ſomnium ꝙ aliqḋ dictum autenticū.
Primū q̃dem q: talis circulatio deſcen
ſus ⁊ aſcenſus nullā oīno poterit habere
certitudinē: cum nemo poſſit hoc cōuin
cere rōcinando . Nemo etiā ſit q̃ poſſit
dicere ſe talium recordari. Scdm vō:
quia manifeſtā continet abſurditatē: q̃a
dum ponit talem animarū circulationē:
ponit ꝙ anima nō ſit verā corpis ꝑfectō:
cum ꝓprius actus in ꝓpria materia hab;
fieri. Ponit etiam ꝙ nulla poſſit eſſe bea
titudo: cū illa ſit vbi eſt ꝑpetuitas ⁊ cer
titudo: ſicut oñdit Aug. de trinitate.xiij.

Sextus error ē hereticorū qui dicunt̃
Manichei: ꝙ anie humane ſimul fuerūt
create in celo cum angelis : vtpote quia
ſunt eiuſdem nature . Et poſtmodū ad
ſuggeſtionē dei tenebrarū peccauerūt : et
merito illi⁹ peccati in corpa ſunt diuer
ſe tanꝙ in carceres : vt ibi purgent̃ : ⁊ cū
purgate fuerint ad celeſtē patriam reuo
cent̃. Hec poſitio nō ſolum eſt contra fi
dem catholicā: ſ; etiam cōtra rōnē ⁊ etiā
ſenſibilem experientiā. Contra fidem ca
tholicam cum ponit anias ante peccaſſe
ꝙ corporibus eſſent vnite . Ponit etiā
nullam animā damnari finaliter: ⁊ ita ti
morem dei aufert de corde. Cōtra phi
loſophiam : dum ponit animas circuire
diuerſa corpora : cum ꝓpria forma circa
ꝓpriam materiā habet fieri. Dum etiam
ponit ꝙ corpus compat̃ ad aniam nō ſi
cut ꝑfectibile: ſed ſicut carcer: qḋ ſi verū
eſt: homo nō eſt vera ſpecies: cum ex aīa
⁊ corpe vt ſic non fiat vnum. Contra
rationē ⁊ ſenſibilem experientiam: q: vide
mus aiam quātūcunq; bonā nolle a cor
pore ſeparari: ſm qḋ dicit apls.ij. Corinth.
.v. Nolum⁹ expoliari.i. diſſolutionē aīe
a corpe: ſ; ſupueſtiri.i. induiveſtimēto glo
rie. Qḋ nimirū eſſet: ſi aia ad corpus na
turalē aptitudinē ⁊ inclinationē nō hret
ſicut ad ſuū ſodalē: ſed ſicut ad carcerē.
Videmus etiā quod nihil nouimus niſi
ea que poſtꝙ nati ſumus didicimus: qḋ
non eſſet ſi aie nature a primordio crea
te fuiſſent: ⁊ in celo peccaſſent: multa eñ
alia ſcirent. Septimus error eſt: ꝙ aīa
rum ꝓductio eſt mediante intelligentia:
vt ſicut corpus celeſte ad ꝓductionē fa
cit humani corpis : ſic ad ꝓductionē aīe
rōnalis facit intelligētia.i. āgelus. Quos
eñ theologi angelos: philoſophi intelli
gentias vocant. Eſt eñ intelligentia ſub
ſtantia incorporea ſemꝑ intelligens . Et
hoc plures ſenſerūt philoſophi . Et ſen
ſiſſe videt̃ autor.li. de cauſis . Ratio aūt
que mouit eos ad hoc ponendū: fuit ⁊ di
uina vnitas: q̃ non patiebat̃ vt deus im
mediate ꝓduceret multa. Et diuina im
mutabilitas: q̃ nō patiebat̃ vt deus pro
duceret noua. Dicebat eñ deus cum ſit
vnus ⁊ ſumme ſimplex cuius actus ē in
telligere: nō ꝓduxit niſi intelligentiā pri
mam ⁊ vnicā. Illa vō ꝓpter diſtantiā a
primo intellexit ſe ⁊ ꝑmum et ita aliquo
modo fuit compoſita: ⁊ ita ꝓduxit orbē
ſuū ⁊ intelligentiā ſcdi orbis : ⁊ ſic dein
ceps vſq; ad orbem lune ⁊ intelligentiā
decimā: que ꝓduxit aiam rōnalē: ⁊ etiā
irradiat ſuꝑ aias rōnales. Nā ſicut ē or
do in ꝓducendo: ita in irradiando ⁊ illu
minando. Sed iſte error falſā habet rō
nem. Dicit quia deus eſt ſimpliciſſimus:
ergo non ꝓducit niſi vnum: ſed hoc ma
gis eſt ad oppoſitum: quia q̃nto aliquid
eſt ſimplicius tanto potentius : ⁊ q̃nto
potentius : tanto in plura poteſt: ergo ſi

C

Intellig



deus ſimpliciſſimus: hoc ipſo pōt in oīa
ſine medio. Rurſus hec ratio repugnat
eis: ſi eñ ꝓpter ſimplicitatē deus non ꝓ
ducit niſi vnū: cū intelligētia ſcda ſit ſim
plicior inter oēs alias inferiores ſe. Un
de venit in orbem eius ſc; in celo ſtella
to: maior varietas ſtellarū ꝙ in aliquo or
be inferiorū: ⁊ ita ratio eorū cōtradicit ſi
bijpſi. Itē impoſſibile eſt creaturā agere
ꝑ potentiā infinitā ſicut fit in creatione:
ſed inter oīno nihil ⁊ aliq̃d eſt diſtātia in
finita: ergo aīa rōnalis nō pōt ꝓduci de
nō eſſe in eſſe: niſi ab agēte virtutis infi
nite: tale aūt ſolus deus eſt: ergo ⁊c. Uñ
poſitio autoris li. de cauſis tanꝙ hereti
ca eſt reſpuenda. Niſi quis intelligat: ꝙ
anima dicit̃ creari ab intelligētia in hoc:
ꝙ aliquā illuminationē ſuſcipit median
te ipā: Intelligētia eñ ſm phm excedit
aiam in claritate cognitionis. Et ideo di
cit quidā phs: ꝙ aia rōnalis creat̃ i vm
bra intelligētie: ⁊ ſenſibilis in vmbra rō
nalis: hoc aūt dictum eſt: ꝙ vna deficit a
ꝑfectione alterius nō ꝙ vna ꝓducat̃ ab
altera. De hoc infra plenius dicit̃.c.xxx.

Octauus error: ꝙ aiarū ꝓductio ē ex
Traduce vic; per traductionē vt anima
traducat̃ ex anima ſicut caro ex carne: ⁊
ſicut ab vna candela accendunt̃ multe:
ſic ab vna aīa ꝑ ſui m̃ltiplicationē abſq;
diminutione ſui multe aie ꝓpagant̃: ⁊ h̃
dicunt fieri ex traduce. Ex traduce ſunt
due partes: ex eſt ꝑpoſitio: traduce ē ab
latiuus caſus: a tradux cis: qḋ deriuat̃ a
traduco qḋ cōponit̃ a tranſ. ⁊ duco cis:
et abijcit̃ n s. Uñ tradux dicit̃ quaſi ab
altero ducta ꝓpago radix vel origo. Sed
hec opinio eſt tanꝙ falſa abijcienda. Si
eñ anima eſſet ex traduce: aut ergo ani
ma ex carne: aut anima ex anima Ex car
ne eſſe non poteſt: quoniam impoſſibile
eſt ex corpore fieri niſi corpus. Aīa au
tem nō eſt corpus ſicut multipliciter ꝓ
bat phs ⁊ Aug⁹. Si ex anima: aut er
go ex tota aut ex parte. Ex parte non: q:
anima eſt ſimplex: nō habēs partes quā
titatis. Si ex tota: ergo cum aliquis ge
neret aliquē cum det ei totam aiam ſuā:
deſinit habere aiam: ⁊ deſinit viuere: ſed
hoc manifeſte patet eſſe falſum. Eſt ergo
modus dicēdi catholicus ⁊ verus: ꝙ ani
me non ſeminant̃ ſed formatis corpori
bus a deo ex nihilo creant̃: et creādo in
fundunt̃: ⁊ infundendo ꝓducuntur.

Animarū eñ creationē deus ſibi ſoli
debuit ſeruare. Tū ꝓpter aiarum digni
tatem: q: cum aīa ſit imago dei: et nata
immediate ferri in deum ⁊ beatificari in
ipſo: diligendo eū ex toto corde: totū ſuū
eſſe debuit ab ipſo habere: vt ipm ex to
to corde teneret̃ diligere. Tū ꝓpter ani
marum immortalitatem. Cum enim ſo
lus deus ſit qui habeat vitā in ſemetipō
⁊ vitam indeficientē: ſolus eſt qui poſſit
ꝓducere ꝑncipium vite ꝑpetuum. Cum
igit̃ res incorruptibilis ſubſtātificari nō
pōt in materia trāſmutabili: ⁊ operatio
creature ſit ſuper materiā trāſmutabilē
Impoſſibile eſt aliquā creaturā aiā ra
tionalē ꝓducere: ⁊ ideo eius ꝓductionē
deus ſibi ſoli debuit reſeruare. Non⁹
error eſt: ꝙ aia rōnal' ſit mortal' et ꝑ nāmͣ
corruptibilis. Hoc eſt ꝯ fidē catholicā: q̃
dicit ꝙ aia rōnalis ē immortal': cui ꝯcor
dat oīs rō recta ⁊ phīa. Licet aūt in co
gnitionē immortalitat̃ aie multiplici via
poſſem⁹ manuduci. Potiſſim⁹ tñ mod⁹
deueniēdi i ei⁹ immortalitatē ē ex ꝯſidera
tiōe finis: et hūc modū ꝑcipue approbat
be. Aug. in.xij. de tri. nec īmerito: q: finis
īponit neceſſitatē his q̃ ſunt ad finē. Hec
igr̃ poſitio ſupponēda ē tāꝙ vera: ꝙ aīa
rōnal' fctā ſit ad ꝑticipādā ſūmā btitudi
nem. Hoc eñ adeo certū eſt ex clamore
oīs appetit⁹ nālis ꝙ nullus de eo dubi
tat: niſi cui⁹ rō oīno eſt ſubuerſa. Certiſ
ſimū eñ eſt nobis ꝙ oēs volum⁹ eſſe be
ati. Si igr̃ btūs eſſe nō pōt q̃ bonū quod
habet pōt amittere: q: hoc ipō iam hab;
vnde timeat: et vnde doleat: ⁊ ita vnde
miſer exiſtat. Neceſſe eſt igit̃ ꝙ ſi aia fa
cta eſt capax btitudinis ꝙ ipſa ſit ꝺ natu
rā immortalis. Pōt etiā aie rōnal' imor
talitas ꝓbari ex ordine diuine iuſticie.

O

Tradux

Nullũ bonũ irremuneratũ ⁊ nullũ malum impunitũ eſt apud deũ q̇ iuſte iudicat: ſed multa bona remanēt irremunerata: et multa mala impunita in p̄nti vita: ergo eſt ponere aliā vitā q̄ hāc: ſ hoc nō eēt niſi aīa remaneret imortalis poſt corpus. Decimus error eſt. De ſimplicitate aīe. de qua catholici tractatores diuerſimode ſenſerūt. Quidā dicūt aīaʒ eſſe ſimplicē: p̱ p̱uationē parciū ſubſtantialiū: vtpote materie ⁊ forme. Et eſſe ſolum cōpoſitā ex quo eſt ⁊ qđ eſt. Cū em̄ aīa eſt non ſeipa: ſed dependēs ſm̄ ſuuʒ

De ſimplicitate anime

eſſe a deo: ⁊ dicunt differre in ea qđ eſt ⁊ quo eſt. Alij dicūt q̧ aīa ſit cōpoſita ex forma ⁊ materia. Et huius opinionis eſt richardus ⁊ etiā Scotus ſup ſcđm ſen. diſt. xvij. qui dicit. Q̧ aīa eſt ex materia nō p̄iacente: ſed eius materia ⁊ forma ſimul creata ſunt ex nihilo. Poſt ſcotū idē p̱bat petrus de aq̄la in ſuo ſcotello: q̧ nō ſolū aīa: ſed etiā angelus ſit cōpoſitus ex materia ⁊ forma: ſup. ſ. ſen. diſ. iij.

Alexander de ales. ij. parte ſumme. q. lxj. mēbro. j. dicit. Q̧ aīa humana ē cōpoſita ex forma et materia intellectuali. Nullatenus aūt hʒ ſic materiā ⁊ formā ſicut dicunt corpa habere materiā ⁊ formā. Materie em̄ corpalis termin⁹ ē magnitudo. Sp̄ualis aūt materie nō eſt terminus. Sanctus etiā Bonauētu. ſup ij. ſen. diſt. iij. in p̄mis tribus q̄onib⁹ probat angelū ⁊ aīam humanā cōpoſitā ex materia et forma. Specialius tamē diſt. xvij. ar. j. q. ij. Aīam dicit cōpoſitā ex materia et forma. In queſtionibus et in primis argumētis. Dicit em̄ aīa rōnalis cū ſit hoc aliq̄d: ⁊ p̱ ſe nata ſubſiſtere ⁊ agere ⁊ pati: mouere ⁊ moueri habʒ itra ſe fundamentū ſue exiſtētie: ⁊ p̄ncipiū materiale a quo habet exiſtere: ⁊ formale a quo habet eſſe. Cum igitur principium a quo eſt fixa exiſtētia creature in ſe: ſit p̄ncipium materiale. Concedendum eſt animam humanam materiam habere. Illa tamen materia ſubleuata eſt ſupra eē extenſionis ⁊ ſupra eſſe priuationis et corruptionis: et ideo dicit materia ſp̄ualis. Et p̱pterea illi qui locuti ſunt de materiali principio q̄tum ad eſſe extenſionis: ⁊ p̱ut habet eſſe ſub priuatione: dixerunt animā rationalē non habere materiam: non attendentes de materia in ſua generalitate: ſed p̱ut ad eā ſtat reſolutio phiſica. Non tamē quia aīa rationalis cōpoſita ſit ex materia ⁊ forma: ex hoc ſequit q̧ non ſit ſimplex. Eſt em̄ multiplex genus ſimplicitatis ſm̄ q̧ multiplex eſt genus cōpoſitionis parciū. Sunt em̄ partes ſubſtantiales: ⁊ ſunt partes quantitatiue. Et cōpoſitio ex partibus ſubſtantialibus: ⁊ cōpoſitio ex partibus quantitatiuis. Sic ſimplex dicit dupliciter: aut q̧ caret partibus ꝯſtitutiuis ſcʒ materia ⁊ forma. Sic anima nō eſt ſimplex: quia tales partes habere ſpectat ad complementum et perfectionē. Hoc em̄ facit rē eſſe per ſe: quia aīa non tm̄ eſt forma ſed etiā hoc aliquid per ſe exiſtens ſeparata a corpore. Simplex tamē eſt aīa rōnalis q̄tum ad priuationē partiū q̄titatiuaꝝ. Ipſa em̄ nec habet extenſionem per ſe: nec habet extenſionem per accidēs: nec q̄tum ad ſubſtantiā: nec q̄tum ad actuʒ p̱prium. Alie autem pure forme per accidens poſſunt habere extenſionē ⁊ ptibilitatē. Vn̄ dicit phs in p̄dicamētis: tm̄ albū eē dixeris: quāta eſt ſuperficies eius.

Patet ergo ex dicti de ſimplicitate aīe ⁊ angeli duplex opinio p̱babilis. Vna q̧ ſit cōpoſita ex mā ⁊ forma. Eſt alexandri de ales Bonauen. ⁊ Scoti. Alia opinio q̧ nō eſt. S. Tho. aq̄natis: ⁊ alberti magni: ⁊ alioꝝ ordinis p̄dicatorū: ſiue vna opinio teneat ſiue alia nullū p̄iudiciū

Nota

fit: nec fidei: nec moribus: quelibet auteʒ opinionuʒ ſuos habet defenſores. Licet em̄ catholici tractatores in his ⁊ in pleriſq̧ alijs diſſentire vident: nō tm̄ diſſentiunt. Aliq̄d em̄ dicunt aſſertiue ⁊ aliquid opinando. Q̄tum ad illud quod aſſertiue dicunt: in hoc non diſcordant: quia



quod aſſerunt: p̱ reuelationē ſp̄ūſſancti dicūt: q̇ nō eſt ſibi ꝯtrarius. In eo vero in quo opinantur: conſentire poſſunt: ⁊ aliquādo diſſentire: q: opinio venit aliquādo ex p̱babili ꝯiectura rationis: in qua homo freq̄nter decipit deceptione que potius eſt pena q̄ culpa: a q̄ vt dicit ſanctus Bonauētura: vix aliq̇s tractatorū immunis fuit: p̱pter qđ Hiero. Auguſti. Ciprianus ſibi cōdicunt ſepe: in his que nō ſimpliciter cōtra fidem ⁊ bonos mores. Et ideo talis q̄ pena eſt nō culpa ar reprehēſibilis nō eſt: q̄uis em̄ decordant aliquo modo iudicia nō tamē deſideria. Omēs em̄ catholici tractatores veritatē

Errores philoſophorū de anima.

dicere volunt. ¶ Errores phoꝝ de aīa Nunc circa finē. xxvij. cap. ſup eſt enarrare phoꝝ dubitationes circa aīe quiditatem. Nam cū philoſophi aliquā veritatem cognouerūt de mūdo maiori: nō tm̄ de minori mūdo (cuius aīa rectrix ē) plene aliq̇s nouit niſi p̱ reuelationē ſpiritusſancti. Recitat nāq̧ phs p̄mo libro de anima q̧ Plato dixit aīam eſſe numerū vel eſſentiam ſe mouētem: ⁊ hic nūerus componit ex q̄tuor nūeris. ſcʒ vnitate: dualitate: ternario: ⁊ quaternario. Vocabat vnitatē intellectū: dualitatem ſciam: opinionē ternariū: ſenſuʒ q̄ternariū. Sed ſp̄ūſſctūs aliter intellexit. Naʒ aīa eſt vna in eſſentia: ⁊ ſic rn̄det vnitati cōpoſita ex materia ⁊ forma: ⁊ h̄ reſpondet dualitati. Eſt ad imaginē dei p̱ triplicem potētiaʒ memoriā: intelligētiā ⁊ volūtatē: ⁊ hoc rn̄det ternario. Et creata ē vt informet corpus compoſitū ex q̄tuor elemētis: ⁊ ſic rn̄det q̄ternario. Democrit⁹ dixit q̧ aīa eſt ex athomis q̄ vident in aere in radijs ſolis: que athomi ſemp ſunt in aere ſ nō vident niſi ſole adueniente (Athomus ē corpus puū indiuiſibile. Et dr̄ ab a. i. ſine: ⁊ thomus diuiſio) ſ ſp̄ūſſanctus aliter intellexerit. Nam aīa in nobis eſt: ſ nō cognoſci poteſt niſi adueniēte lumie diuie gratie. Empedocles dixit aīam eſſe: ex igne: aere: aqua ⁊ terra ⁊ lite ⁊ amicicia. Hic recipit aīam p̱ toto homie cōpoſito ex corpe ⁊ aīa. Corpus em̄ cōponit ex quatuor elementis. Et anima ſm̄ eū conſtat ex lite ⁊ amicicia: ⁊ dicit cogit ex inclinatione quā habet ad corpus ex fuga ⁊ odio. Nam aīa iuſti diligit ſuū corpus: ⁊ ſic ibi eſt amicicia. Et dānata odit ſuū habitaculū: ⁊ ſic eſt ibi lis: p̱ut dicit ſctūs Auguſ. ſup Gene. ad lrām. Heraclitus dixit aīam eē ſcintillam ſtellaris eēntie: hic ex hoc motus fuit: q: de celo eſt ſolum a deo infuſa. Alius heraclitus cognomēto ponticus: dixit animā eſſe lucem: hic de eēntia eam dixit angeloꝝ. Nam aīa ſm̄ Auguſti. eſt de eſſentia angeloꝝ vt decimus ſit ordo: ⁊ angeli per lucem intelligunt. Geñ. j. Dixit deus: fiat lux: ⁊ facta ē lux. i. multitudo angeloꝝ. Pitagoras dixit animā eſſe armoniā p̱pter officiuʒ qđ habet in corpore. ſcʒ corpus regere ⁊ mouere ſine tedio ⁊ labore. imo regit cū cōſonantia: vt patʒ in cunctis tpatis motibus corporis: ⁊ maxime lingue: que melodiam gratam facit. Dyogenes dixit animā eſſe aerem: eo q̧ homo nec p̱ momentū ſine aere viuere poteſt. Yparc⁹ dixit: q̧ anima eſt igneus vigore: iuxta illud Virgilij. Igneus eſt illi vigor ⁊ celeſtis origo: hic tetigit eius effectū. ſ. amare. Nam amor igni compat: vnde Hugo de arra anie: ſcio anima q̧ vita tua dilectio eſt. Ypocras dixit aīam eſſe ſpiritum tenuē p̱ om̄e corpus diſpſuʒ. Hic tangit eius incorpalitatem ⁊ modū exiſtendi in corpore: quia ē tota in toto corpore ⁊ in qualibet eius parte: vt dicit infra. capit. lj. Pampilomius dixit animam eſſe ydeam. Hic tāgit anime capacitatem: q̧ ſcʒ anima apta eſt cognoſcere omnia: et habere in ſe ſimilitudinem omniū rerum: prout dicitur infra. ca. lj. Cum ergo tot ⁊ tam diuerſa de ſubſtantia anime a diuerſis ſint relata: hoc ad p̄ſens ſufficit: q̧ ſm̄ ſanctorum dicta. Anima eſt quedam ſpiritualis ſubſtantia in

tellectualis ⁊ rationalis: ad viuificandū ⁊ perficiendum corpus humanū: a deo ex nihilo creata. vnde quia ſubſtantia eſt contrarioꝝ eſt ſuſceptiua. Suſceptilis ē enim: ſciētie ⁊ ignorantie: virtutis ⁊ malicie: ⁊ hoc ſine ſue ſubſtantie deꝑditiōe. Item quia incorporea eſt: non eſt ſenſu corporali peruia. nec ſm dimenſionē extenſiua. Item quia ſimplex eſt in natura: ideo nec augmenti: nec detrimenti eſt in ſua eſſentia receptiua: ⁊ idō nec in corpore maiori eſt maior: nec in minori minor. Item quauis ſimplex ē ⁊ inuariabilis in ſubſtantia: eſt tamen in potentia ſua multiplex. Nam multitudo virtutis et potentiaruʒ: non ponit maioritatē in natura anime. vł minoritatem: ſed quo ad varios effectus eſt potentialis ⁊ virtualis multitudo in anima. ¶ De potentijs anime rationalis generaliter.

Capitulum xxviij

A De potētijs anime rōnalis gnaliter.

a Anima rationalis inter omnes creaturas: diuine imaginis ⁊ ſimilitudinis eſt expreſſius repreſentatiua: ⁊ hoc quia vnica ⁊ ſimplex eſt in natura: trina tamē in potentia. ſcʒ vegetabilis: ſenſibilis: rationalis: imo in diuerſis ſubiectis triplex dicit̄ anima. ſcʒ vegetabilis que eſt in plantis ⁊ radicibus. Senſibilis que eſt in brutis ⁊ animalibus: rationalis in hominibus. vnde anima vegetabilis appetit eſſe: ſenſibilis appetit bene eſſe. Rationalis autē affectta optimum eſſe. Et ideo nunq̄ quieſcit. niſi cū optimo cōiungat̄. Locus eñ anie rationalis eſt deus: ad quem mouet̄ vt in eo quieſcat: nō per diſcenſiōem ſed potius per deſiderium ⁊ amorem. Quod eñ facit pondus in corporibus: hoc facit amor in ſpiritibus. vnde Auguſt. Amor meus pōdus meum: eo feror quo feror. Ex predictis colligit̄ ꝙ anima rōnalis oēs potentias habet anime vegetabilis ⁊ ſenſibilis: ſed nō inq̄ntum rōnalis. Uerum inq̄ntum rationalis addit intellectum ⁊ voluntatem: que differunt ab alijs potētijs ſcʒ vegetabilibus ⁊ ſenſibilibus. Nā oēs alie potētie ſunt organice. i. affixe organo corꝑali: ⁊ eo mediante exercent operationes ſuas: ſicut potentia viſiua mediante oculo. Eſt eñ organum: pars totius ab alijs partibus totius ſitu ⁊ figura diſtincta: ad exercendum oꝑa vite deputata. Sed potentie intellectiue nō ſunt cōiuncte alicui organo corporali: ſ ſunt ſeꝑate ⁊ eleuate ⁊ immixte: vt dicit̄ .iij. de aīa. Utunt̄ tamē potentie intellectiue ſeu potentia rōnalis vtēte corpore: ſcʒ fantaſia: que ſic ſe habet ad intellectū vt ait phus ſicut color ad viſum: ⁊ hoc ē verum inq̄ntuʒ potentia rōnalis eſt anima intellectiua ⁊ rōnalis: q: ſic nō determinat ſibi aliquod organū in corpore ad exercēduʒ ſuas oꝑationes. Sed inq̄ntū eſt anima ſenſitiua: vel quo ad potētias ſenſitiuas: tunc vtit̄ corpore: oculo ſciliʒet ad videndum: auribus ad audiēduʒ. Potētia eñ rōnalis ſeu intellectus vtit̄ vtēte corpore: quia vtit̄ virtute organica. ſcʒ ipſa fantaſia: quia dicit̄ .iij. de aīa. Oportet quēcunq; intelligētē fantaſmata ſpeculari. Et ſic potentia rōnalis ſiue intellectiua vtitur fantaſia ſiue imaginatiua (que eſt reſeruntiua ſpecierum ſenſibilium) preſuppoſitiue: quia ſcʒ ꝓſupponit eam ad intelligendum. Et illa habet ſe ad intellectū ſicut color ad viſum: quia ſicut color actuat viſum: ducendo viſum de potentia videndi vt actualiter videat ꝑ ſpecies multiplicatas ꝑ mediū ſic fantaſia actuat intellectum: ſcʒ vt ꝑ ſpecies intelligibiles abſtractas a fantaſmatibus actu intelligat: vt infra dicetur de intellectu agente. B Scd̄o differūt potētie rationales a potentijs vegetabilibus ⁊ ſenſibilibus: quia potentie ad partem vegetatiuam ⁊ ſenſitiuam ꝑtinentes dicunt̄ naturales. Potentie vero ad parteʒ anime intellectiue pertinentes ſcʒ intellectus ⁊ voluntas dicuntur rationales. Primuʒ patet: quia naturale dicit̄ illud quod conſequit̄ cōmuneʒ modū nature.



Modus autem cōmunis nature eſt eſſe determinatum ad vnum: ſicut lapis habet a grauedine ſua determinatum motum: ſcʒ ferri deorſum ⁊ non ſurſum. Similiter potentia calidi in igne nō poteſt ad oppoſitum ꝑ ſe: ſcʒ ꝙ frigefacit. Nec ad oppoſitum: ſcʒ ꝙ non calefaciat: ⁊ idō ſemꝑ agit ſuam determinatam actionē: et eſt ad vnum determinata: ſicut eſt in homine ꝙ quedam potentie determinate ſunt ad vnum: ⁊ dicunt̄ naturales. Et ille ſunt pertinētes ad partē vegetatiuā et ſenſitiuam anime: ⁊ omēs que nō ſūt nate obedire rationi. De quib⁹ ſupra dictum eſt cap̄. xxv. dubio ſeptimo in fine. Alie ſunt potētie indeterminate que nō ſunt determinate ad vnum quin poſſūt ad oppoſitum. Et ille potentie dicuntur rationales: vel per eſſentiam vel ꝑ participationem. Dicit̄ aūt rationale ꝑ eſſentiam ipe intellectus: vel ratio que idem ſunt. Sed rationale per participationeʒ eſt ipſe appetitus: qui vt ſupra dictū eſt ca. xxv. dubio quarto. Diſtiguit̄ in appetitum intellectiuū qui dicit̄ voluntas. Et dicit̄ rōnalis ꝑ participationeʒ: quia ſequit̄ rationē: qd̄ enim ratio indicat ad eligendum: hoc voluntas eligit et acceptat. Doctores tamen aliquādo voluntatem vocant per eſſentiam: aliquando per participationem reſpectu diuerſorū nā voluntas dicit̄ rōnalis per eſſentiam inquantū cōparat̄ ad appetitū ſenſitiuū non ꝙ ſit ipſa ratio eſſentialiter: q: ratio et voluntas differunt: vt infra dicet̄. Sʒ quia eſt in parte intellectiua ⁊ rationali: ſed appetitus ſenſitiuus eſt in parte ſenſitiua. Sed volūtas dicit̄ rōnalis ꝑ participationē in compatione ad ipm intellectū ⁊ rationē: q: ſcʒ non eſt eſſentialiter ratio ſ participat aliq̄d cuʒ rōne ſcʒ ꝑtē ſuperiorē aie q̄tum ad ſubiectū. Et etiā q: ſequit̄ actū ⁊ iudiciū rōnis. Scd̄us appetitus dī ſenſitiu⁹ vel ſenſualitas: et etiam eſt rōnalis ꝑ participationē: quia aptus natus eſt regulari a rōne. Et talis apdetitus diſtinguit̄ in iraſcibilē ⁊ cōcupiſcibilē: ⁊ vterq; dicit̄ rōnalis ꝑ participationē. Ulterius notandū ꝙ potētie ſenſitiue q̄ dicunt̄ naturales etiā dicuntur rōnales ꝑ participationē ſm duplicem ꝯſiderationē. Uno mō ꝯſiderantur ꝓut operant̄ inſtinctu nature: ⁊ ſic ordinant̄ ad vnū ſicut natura ⁊ determinantur ad vnū: et ſic dicunt̄ naturales ⁊ nō rōnales ꝑ ꝑticipationē. Alio mō cōſiderant̄ ſm ꝙ operant̄ ex impio rōnis et ei ſubijciunt̄: q: ſic rō pōt cohibere viſuʒ ⁊ auditū: ⁊ ſic de alijs ab illicitis: ⁊ ſic pñt ad diuerſa ordinari: ⁊ nō ſunt determiāte ad vnū. Et ſic dicunt̄ rōnales ꝑ participationē. Potētie aūt rōnales maxie aūt intellect⁹ ⁊ volūtas nō ſic ſunt determinate ad vnū q̄n pñt ad oppoſita. Poteſt ergo intellect⁹ ad oppoſita q̄tum ad exercitiū actus: q: pōt ꝯſiderare vel non cōſiderare. Lapis aūt nō pōt nō deſcēdere ceſſante impedimēto: pōt etiā intellectus ad oppoſita q̄tū ad detetermīnationē actus: q: pōt ꝯſiderare de albedine vel nigredine. Lapis aūt ex potētia nāli nō pōt moueri ſurſuʒ dextrorſum ⁊ ſiniſtrorſum: ſed ſolū deorſuʒ. Cōſiderandū tñ ꝙ nāle dī dupliciter: vno mō dī nāle illud qd̄ ineſt hoi a ꝑncipijs nālibus. Et ſic oēs potētie q̄ ſunt in hoie tā vegetatiue q̄ ſenſitiue dnr nāles ⁊ etiā rōnales. de q̄bus dictū eſt ca. iiij. Q: hō factus eſt ad imaginē dei ex pte naturaliū potentiarū aie: ſcʒ memorie intelligētie ⁊ voluntatis: q̄ potētie dicunt̄ naturales: q: nāliter ſunt cōplantate oī rōnali aie ex hñficio creatoris. Alio mō dī nāle qd̄ ꝯſequitur cōem modū nature: ⁊ ſic potētie vegetatiue ꝑncipaliter ⁊ potētie ſenſitie dicunt̄ potētie nāles ſolū: ⁊ nō potētie rōnales: vt ſ dictū eſt. ¶ De potētiaꝝ aie rōnalis diuiſione.

C De potentiarum aie rationalis diuiſione

Phs ꝑncipaliter diuidit aie potētias inq̄tū rōnal' in cognitiuā ⁊ motiuā. Quas theolog⁹ appellat intellectum ⁊ affectū. Ipm aūt affectuʒ nominat voluntatem. Potentia anime

rõnalis dicit cognitiua ſiue intellect⁹ dũ
eſt appbẽſiua: inquãtũ cognoſcit ſuũ ob
iectũ ſub rõne boni vel mali ibi ſiſtendo
ſicut cognoſcẽs ꝙ diligere deũ bonũ eſt.
odire ꝓrimũ malũ eſt. Sed dicit volun
tas dũ eſt motiua inquantũ ꝓcedit vlte
rius indicans bonũ per intellectũ appre
henſum eē faciendũ: ⁊ malum eſſe fugiẽ-
dum. Verbigra. Potentia rõnali cogni-
tiua ſeu intellectu aliqs cognoſcit ꝙ de-
um diligere ſit ſupra oia bonũ. Illam co
gnitionem ſequitur quidam appetitus
ad hoc bonũ: ⁊ ille appetitus dicitur ra-
tionalis intellectiu⁹ ſiue voluntas: vt di
ctum eſt ſupra ca. xxv. dubio quarto. Et
vltra illam appetitũ ſiue voluntatem ſe-
quitur motus ſiue vis motiua corporal'
membroꝝ executiua: ad ꝑficiendũ illam
dilectionem. Et ſic diligẽs deum: per vir
tutem motiuam vadit ad eccleſiam faci
endo ibi opa deo placentia. Potẽtie
aie rõnalis multis nominib⁹ nominãtur
que claret ex hac diuiſiõe extracta ex di-
uerſis opuſculis. S. Bonauen. Anime
rationalis potentia diuidit in intellecti-
uam ⁊ affectiuam: ſiue in intellectũ ⁊ af-
fectum: ſiue in cognitiuã ⁊ affectiuã: Si-
ue in cognitiuã ⁊ motiuã. Siue in poten
tiam cognoſcẽdi ⁊ amandi. Que omnia
membra reducunt ad rõnem vel ad vo-
luntatẽ: ⁊ oim noim rões declarabunt
in ſequentib⁹. Potentiarũ dictarum
actus ſunt Cognitio ⁊ Amor: ſiue noti-
cia ⁊ affectio. Nam ſicut ſe habẽt lumen
⁊ calor in corꝑib⁹: ſic cognitio ſiue ſcien-
tia intellect⁹ ⁊ amor volũtatis in ſpiriti-
bus. Lumini eñ ſiue luci ⁊ calori in cor-
ꝑalibus corrñdet cognitio ⁊ amor in ſpi-
ritualib⁹: vnde aie ſancte ⁊ angeli lucent
cognitione ⁊ ſciẽtia: et ardẽt amore dei.
Unde theologi luce ſiue lumine vtũtur
ꝓ cognitione: ⁊ calore ꝓ amore. vñ dicit
Aug⁹. ſup Geñ. ad lrãm. Q: lux magis
ꝓprie dicit de ſpũalib⁹ ꝙ̃ de corꝑalibus
Propriiſſime eñ de⁹ lux eſt: ⁊ q̃ ad ipm
accedunt plus habent de natura lucis.

Unde ⁊ ſcriptura vocat deum ſiue xp̃m
ſolẽ iuſticie: q: ſicut ſol iſte materialis in
fluit lumẽ corꝑale. Sic a ſole ſpũali qui
deus eſt influitur lumen ſpũale. i. cogni-
tio in aiam: qua aia formaliter illumina-
tur: vñ di Ioh. j. Illuminat oẽm hoiem
venientẽ in hunc mundũ. Et licʒ lux ꝑn-
cipalius cõueniat nature ſpũali quo ad
ꝓprietatem vocabuli: non tamen q̃tũ ad
vſum cõem. Noiata eñ luce niſi deter-
minetur per antecedentia ⁊ ꝯſequentia.
lucem intelligim⁹ corporalẽ: ꝑ quam ta-
men ꝑducimur ad intelligendũ lucẽ ſpi-
ritualem: q: cognitio nr̃a incipit a ſenſu.
Ex ꝑdictis igitur patet ꝙ queãdmoduʒ
potentia cognitiua aie aſſimilat lumini:
pariformiter potẽtia affectiua aſſimilat
calori: ſicut eñ ſol eſt illuſtratiuus alioꝝ
eorũ inſuꝑ q̃ alterabilia ſunt calefactiu⁹
Quoꝝ duoꝝ ꝓporcionalia gerit in ſe na
tura q̃libet rõnalis: qm̃ lucet in intelle-
ctu per cognitionẽ: ⁊ caleſcit in affectu ꝑ
amorẽ. Idcirco ſcribit in euãgelio Io-
hãnis. v. de Iohãne baptiſta. Erat lucer
na ardẽs ⁊ lucẽs. ¶ Aia ꝑ act⁹ ſuarũ po
tentiarũ beatificat. Factus eſt homo
ꝓpter dei bonitatẽ et ꝓpter ſuã ꝓpriã vti
litatem ad imaginẽ dei in ſuis naturali-
bus potentijs ſm memoriã intelligenti-
am ⁊ voluntatem. Et ſimilitudinem dei
ſm ſcientiã illuminantẽ intellectũ: ⁊ cha
ritatem que inflamat affectum.

Anima ꝑ
actus ſu
potentia
beatifica

Ad videndũ deũ per actum rationis in
proteſtationem prime veritatis.
Ad amandum deum ꝑ actũ voluntatis
in proteſtationem ſumme bonitatis.
Ad inherendum deo per actum memo-
rie in ꝑtexatione inamiſſibilis dignitat̃
Ad laudandũ deũ ꝑ actũ ſermonis in ꝓ
teſtationem immenſe maieſtatis.
Ad ſeruiendum deo per actũ operis in
ꝓteſtationem vniuerſalis dominationis
In his ꝓficit homo nõ deus vtile ẽ eñ
homi videre amare laudare deũ inhere-
re: ſeruire ⁊ frui eo: q: in hoc homo bea-
tificatur. Eſt autẽ duplex btitudo. Una



creata q̃ nos in patria beatificat formali
ter: ⁊ eſt tãq̃ finis q̃ quieſcit. Alia eſt be-
atitudo increata que nos beatificat effe
ctiue ſcʒ ipſe deus ⁊ eſt tanq̃ finis in q̃
quieſcit qui eſt ⁊ obiectum beatitudinis
create ⁊ formalis. Beatitudo ex ꝑte ani
me cõſiſtit in deiviſione aperta: tentione
ſecura: dilectione ſeu fruitione ꝑfecta.

Beatitudo in viſione apta: nã bti deũ
vident facie ad faciem qm̃ deus eſt rati-
onum plenitudo lucis. Et hec perficitur
dote anime q̃ eſt aperta viſio ſummi ve-
ri in quo etiã perficit vis rõnalis ⁊ eſt ꝑ-
mium fidei: cuius actus eſt credere aſſẽ-
tiendo ſummeveritati ꝓpter ſe ⁊ ſuꝑ om
nia: qm̃ ſummũ veruʒ eſt obiectum fidei
cui datur in gloria in premiũ cognitio ſi-
ue intelligentia veritatis infallibilis.

Beatitudo in tentione ſecura: nã bea
ti deum poſſidebunt ſempiternalit: qm̃
deus eſt memorie cõtinuatio eternitat̃.
Et hec perficit dote anime que eſt certa
tentio ſummi ardui in quo etiam perfici
tur via iraſcibilis: ⁊ eſt premiũ ſpei: cui⁹
actus eſt ſperare in nitendo ſumme lar-
gitati ꝓpter ſe ⁊ ſuper oia: qm̃ ſummum
arduum eſt obiectum ſpei: cui dat i glo-
ria premiũ: poſſeſſio ſiue ꝑmanentia di-
gnitatis inamiſſibilis. Btitudo in di-
lectione ſeu fruitione ꝑfecta: nam beati
deo fruentur auide ⁊ delectabiliter: qm̃
deus eſt voluntati multitudo pacis. Et
hec perficit dote aie que eſt perfecta di-
lectio ſummi boni in quo etiã perficitur
vis concupiſcibilis: ⁊ eſt premiũ charita
tis cuius actus eſt diligere complacẽdo
ſumme bonitati ꝓpter ſe ⁊ ſuper omnia.
Qm̃ ſummũ bonum eſt obiectum chari
tatis cui datur in gloria in premiũ cõpla
cẽtia ſiue fruitio bonitatis infatigabilis.

Ex dictis duabus theoricis (quarum
vna eſt doctoris irrefragabilis altera do
ctoris Seraphici) patet ꝙ btitudo actu
lis conſiſtit in actibus potentiarũ anime
rationalis: vicʒ intellectus voluntatis: ⁊
memorie. Idcirco non incongrue in ſe-
quẽtibus determinabit de potẽtijs ani-
me rationalis. ¶ De intellectu poſſibili
⁊ agente. Caplm xxix

De intelle-
ctu poſſibi-
li ⁊ agente
A

Icto de potentijs anime ratio-
nalis generaliter: nunc dicendũ
eſt de eis ſpecialiter. Uñ conſide
randũ ꝙ in parte anime rationalis ſolũ
ponunt tres potentie realiter diſtincte:
vicʒ intellectus poſſibilis. Intellectus
agẽs ⁊ voluntas. Intellectus enim ⁊ af
fectus: ſiue ratio ⁊ voluntas non ſũt vni
ca potentia: ſed diuerſe. Et hoc ſenſerũt
ꝑdeceſſores noſtri. Senſiſſe etiam vide-
tur Aug⁹. in pluribus ſuis libris. Dicit
eñ in. xj. de trinitate. Animã eſſe ad ima
ginem dei: quo ad vnitatẽ eſſentie ⁊ tri-
nitatem potentiarum: ergo ſi vera eſt ibi
trinitas: vera eſt ibi potentiarum diſtin-
ctio. Item ſi eadẽ potẽtia per eſſentiam
eſſet ratio ⁊ voluntas. Sicut vna eſſen-
tia eſt in patre ⁊ filio: ergo ſicut pater nõ
per filium dicit intelligere: ſed etiam per
ſeipm: ergo etiam voluntas non ſolũ in-
telligeret per intelligentiam: ſed etiam ꝑ
ſeipam. Falſum ergo diceret Aug⁹. xv.
de trinitate cum dicit: ꝙ nihil volum⁹ ni
ſi per voluntatem. Nihil intelligim⁹ niſi
per intelligentiam. Omnes etiã quotq̃t
diuidunt anime potentias ꝑma diuiſio-
ne: diuidunt in cognitiuã ⁊ affectiuam ſi
ue motiuam. Pariformiter intellectus
agens ⁊ poſſibilis non ſunt vna potẽtia
ſed diuerſe. Materialis enĩʒ cauſa ſicut
vult phs nunq̃ ſimul coincidit in idẽ cũ
alijs cauſis. Sed ſicut ſe habet materia
ad formam vel efficientem ita ſe habʒ in
tellectus poſſibilis ad agentem ſic phus
dicit: ergo intellectus agens ⁊ poſſibilis
ſunt diuerſe potentie. Item impoſſibile
eſt idem ſm eſſentiam eſſe illuminans et
illuminatũ. Sed intellectus agẽs eſt ſi-
cut lux. Intellectus vero poſſibilis hʒ ſe
ſicut illumiatũ luce: ergo ⁊c. hec. S. Bo
nauen. in. ij. diſt. xxiiij. Ex his cõcludi
tur ꝙ in parte rationali anime intellecti
ua apprehenſiua: non ſunt niſi due potẽ

tie realiter diſtincte: ſcʒ intellectus agẽs ⁊ intellectus poſſibilis. Sed intellectus poſſibilis nominat̃ diuerſis nominibus a ſuis diuerſis cõditionibus. Vñ eadem potẽtia exiſtens dicit̃ intellectus vel intelligentia: dicitur memoria intellectiua: dicitur ratio ſuperior: ⁊ ratio inferior: dicitur intellectus ſpeculatiuus: et intellectus practicus: dicit̃ intellectus poſſibilis: intellectus diſpoſitus ſiue inhabitu: intellectꝰ in actu ſiue in effectu. Intellectus adeptus: dicitur vis rõnalis: ſicut vnus et idem doctor põt dici inquantuʒ docet: et cantor inquantũ cãtat: faber in quantũ fabricat cultelluʒ. Pariformiter volũtas diuerſis nominat̃ nominibꝰ ſm̃ diuerſa eiꝰ officia. Dicit̃ eñ volũtas theleſis .i. naturalis: ſiue ſyndereſis: dicitur buliſis .i. deliberatiua: dicit̃ appetitus intellectiuꝰ ſiue rõnalis: dicit̃ vis concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: dicit̃ etiã liberũ arbitriũ: dicit̃ electio vel appetitus electiuus dicit̃ appetitus dñatiuus: dicit̃ ꝓpoſitũ de quibus infra dicit̃ per ſingula. Et qꝛ de potẽtijs partis rõnalis anie ſepiſſime fit mẽtio in theologica facultate. Placuit hic de eiſdem ꝑ q̃ſtiones ptractare ſiue argumẽtis

B Primo q̃rit̃

¶ Primo querit̃. De multiplici acceptione intellectus. Rñdet̃ ꝙ intellectus ꝑmo accipit̃ ꝓ dono ſpũſſcti dona autẽ enumerant̃ Eſaie .xj. De dono intellectus dicet̃ in .iij. parte huiꝰ opuſculi. Scd̃o accipit̃ intellectus ꝓ habitu intellectuali: nã phs .vj. ethicoꝝ: q̃nqꝫ habitus enumerat intellectuales: q̃ potẽtiam intellectiuã: ſiue intellectũ perficiunt in cognitione: viʒ ſapiẽtia intellectꝰ ſcientia prudentia ars. De quibus habitibus etiã infra dicet̃ in tercia parte huius tractatus. Tercio ſumitur intellectus pro vi cognitiua angelica: ⁊ ſic diſtinguũtur ↄtra ratione: qꝛ ratio ẽ ipſius hominis qui ratiocinãdo ⁊ diſcurrendo de cauſa ꝓcedendo ad effectum: cognoſcit. Sed angeli intelligũt intuitiue ⁊ ſine diſcurſu: vt ſic angelus dicitur ſcd̃m phos ſubſtantia intellectualis: ſed hõ anial rationale. Et licet Gregorius in Omelia de epiphania dicit angelũ rõnale anial: hoc dicit ſm̃ oſtenſionẽ ſiue apparentiã: qꝛ angelus apparet eſſe anial rationale cũ aſſumit corpus. Non tñ eſt aial rationale ſm̃ exiſtentiã ⁊ veritatẽ. De intellectu angelico ⁊ humano infra dicit̃ .c.xxx. Quarto accipit̃ intellectus ꝓ operatione anie intellectiue: et ſic dicimꝰ ꝙ ꝑma operatio aie ſcʒ ſimpliciũ appꝛhenſio vocat̃ intellectus. Quinto ſumit̃ intellectus ꝓ potẽtia appꝛhenſiua aie rational̃ qua aia abilis eſt ad cognoſcendum aliquid infra ſe ſupra ſe in ſe: ⁊ iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidẽ deum ſupra ſe: quia nihil eſt humane mente ſuperius ꝑter deum. Per quẽ iuſtificat̃: purgat̃: illuminat̃ et perficit̃ ꝑncipaliter. Licet angeli hoc faciunt excitatiue ⁊ miſterialiter. Et ſic ab Augꝰ. intellectus alio noie nominat̃ intelligẽtia: q̃ eſt vis aie q̃ immediate ſupponit̃ deo. Cernit quidem ipm̃ ſummuʒ bonum verũ ⁊ incõmutabile: ſpm̃ increatum qui deus eſt. Sumit̃ tñ intelligẽtia q̃nqꝫ etiã ꝓ actu ⁊ opatione intellectus quarto mõ ſumpti: vñ ſic non differt intelligẽti ab intellectu: niſi ſicut actꝰ a potentia ſua: in quibuſdã libris de arabico trãſlatis: vt dicit .S. Tho. Subſtãtie ſeparate quas nos angelos dicimꝰ intelligẽtie nũcupant̃: forte ꝓpter hoc ꝙ ſemꝑ hmõi ſube intelligunt: vñ intelligẽtia eſt ſuba incorporea ſemꝑ intelligẽs. Et ſic patet ꝙ nomẽ intelligentie equiuocat̃ in ſcripturis. Cognoſcit ſiquidẽ aia per intellectũ: angelũ iuxta ſe: tanq̃ equaleʒ ſibi. Nam vtriqꝫ a deo immediate ſuſcipit tria: que ſunt natura gratia et gloria. Ad eundẽ etiam finẽ ſcʒ ad eternã beatitudinem immediate ordinant̃: ⁊ etiã eadem eſt mẽſura hoĩs et angeli: ſcʒ Euiternitas: nec homo ꝓpter angelum: nec angelus ꝓpter hominem. Loquendo tamen q̃tum ad nature dignitatem. Angelus eſt creatura ſuperior homine et in ſu



periori gradu. Spũale eñ nobilius ẽ corporali: qꝛ deo ſimilius qui ſpũs eſt. Ergo nobilius eſt illõ qd̃ pure ẽ ſpũs: nihil habens de corpore: vt eſt angelus: q̃ quod eſt ſpũale ⁊ corpori cõiunctum: qualis ẽ anima: nec obſiſtit. Maior eſt qui recumbit q̃ qui miniſtrat teſte dño Luce .xxij. Sed angeli miniſtrant homini Hebre .j. Oms ſunt adminiſtratorij ſpũs. Reſpõdet ſctũs Bonauẽn. diſtin. j. ſcd̃i. Qd̃ aliquid alicui miniſtrat dupliciter. Aut propter ſe: ſicut regi ⁊ dño: ⁊ talis eſt nobilior. Aut ꝓpter aliuʒ: ſicut miniſtrat miles gartioni regis. Angelus miniſtrat anie ⁊ homini ꝓpter deum: ſicut diues pauperi ⁊ fortis egrotanti. Ex quibus ſupra dicq̃ patet ꝙ intellectus ꝓꝑie ſm̃ Auguſti. eſt vis anime q̃ inuiſibilia ꝑcipit. vt angelũ demonẽ ⁊ oẽm ſpm̃ creatũ: vt animã rõnalem. Cognoſcit etiam aia vt ſic per intellectũ: ſe in ſe. Seipſam viʒ ⁊ ea que ſunt intra ipſam: ſicut ſunt ſciẽtie ⁊ virtutes: ⁊ ſpẽs intelligibiles a fantaſmatibus abſtractas. Cognoſcit etiam aia quicquid celi ambitu ↄtinet̃: infra ſe. Ea ſcʒ que ſunt infra rõnem. Oĩa eñ que ſpectant ad corꝑa ſunt infra intellectum ⁊ rõnem: vt ſunt nature: forme: differentie: ꝓprietates: ⁊ accidentia corporũ: ſed non extra corpora realiter niſi rõne ſubſiſtentia: vt ſic intellectus nomiat̃ ratio: que eſt vis anie: que rerum corꝑeaꝝ: formas: naturas: differẽtias: ꝓpria ⁊ accidẽtia: oĩa ꝑcipit incorꝑea: ſed non ex̃ corpora niſi rõne ſubſiſtentia. Abſtrahit eñ a corporibus que fundant̃ in corporibꝰ non actione ſꝫ cõſideratione. Et ſic ratio eſt vis anime ſupra corꝑalia ⁊ infra ſpiritualia collocata. Diſcernit eñ vera a falſis quod eſt logice: vtutes a vitijs qd̃ eſt ethice. Et ꝑ experimenta: rerum inueſtigans naturas: quod eſt phiſice. In his vero tribus tota philoſophia conſiſtit: totam ergo philoſophiã ratio compꝛehendit. Ex ſupra dictis patʒ qualiter anima per intellectum omnia cognoſcens. Diuerſa nomina intellectus ſortiat̃. Sed horum alterum pro altero ſepe ponitur

C Scd̃o q̃rit̃

¶ Secundo querit̃. Qualiter differunt intellectus agens ⁊ poſſibilis. Reſpondetur q̃ntum ꝓpoſito deſeruit: tripliciter differũt. Primo ſicut dicit philoſophus .iij. de aia. Intellectus agentis eſt ſicut oĩa facere: ſed intellectus poſſibilis eſt ſicut omnia fieri. Secundo differũt ſicut perficiens ⁊ perfectibile. Tertio differũt ſicut lux ⁊ illuminatũ. De his tribꝰ differentijs in hac ſcd̃a queſtione determinabitur. De prima differentia conſiderandum: ꝙ ſicut dicit Ariſtoteles .iij. de aia. In omni natura in qua eſt reꝑire aliq̃d quod eſt omnia fieri: oportet dare aliq̃d ab illo: quod eſt omnia facere. Illud eñ quod eſt oĩa fieri: vt ſic eſt in potentia. Fruſtra aũt eſt potentia que non reducitur ad actum: vt patet ꝑmo celi. Et quia nihil ducit ſeipſum de potentia ad actuʒ vt dicitur .ix. Metaphi. Concluditur ꝙ neceſſe eſt preter illud qd̃ eſt omnia fieri ponere aliquid quod eſt omnia facere.

Quod poteſt videri in naturalibus ⁊ artificialibus. In naturalibus eñ eſt dare materiã q̃ eſt omnia fieri: ex quo eſt in potentia ad oẽs formas nãles. Oportet ponere aliq̃d qd̃ eſt oĩa facere: quo mediante materia põt duci in actum ad cuiuſlibet forme ſuſceptiõeʒ: in quo ſunt omnes forme: ſicut in potentia actiua: queadmodum in materia ſunt oẽs forme: ſicut in potentia paſſiua ſm̃ rationes ſeminales. In artificialibus ſimiliter oportet dare aliquid vt materiã artificialium: que eſt omnia fieri: et que eſt in potentia ad cuiuſlibet forme artificialis ſuſceptionem. Oportet etiam preter illud dare aliquid cuius eſt omnia facere: quo mediante forma artificialis reducatur ad actum. Hoc autem eſt ars in mente artificis. Similiter eſt in anima noſtra intellectiua: ſcilicet ꝙ in anima inueniat̃ quedã virtus q̃ eſt oĩa fieri que ſcʒ in potentia eſt ad ſuſcipiendum

omnem ſpẽm cuiuſlibet intelligibilis. Et hanc vocamus intellectũ poſſibilem: q̄ eſt in potentia ad omĩa intelligibilia. Et dicit̄ poſſibilis: q̄ꝛ poteſt in ſe recipe ſpecies omniũ rerum intelligibiliũ: vnde ex iſto elicit̄ iſta famoſa auctoritas. ſcꝫ intellectus eſt quodãmodo oĩa. Non ꝑ eſſentiam: quia intellectus nõ eſt eſſentialiter lapis: nec aſinus: ſed intellectus eſt quodãmodo omĩa ſm̃ receptionẽ ſpẽꝝ: q̄ꝛ poteſt recipe ſpẽs omniũ rerum intelligibilium. Ergo dicit̄ notãter quodãmodo omĩa: ad innuẽdum ꝙ intellectus humanus nõ ſit oĩno oĩa. Et ſĩliter eſt aſſignare in aĩa noſtra virtutẽ que eſt oĩa facere: qua ſcꝫ mediante intellectꝰ poſſibilis poteſt intelligere ⁊ ducit̄ in actum intelligẽdi: ⁊ cuius virtute mediãte intelligibilia poſſunt mutare intellectũ noſtrũ: cuius virtute intelligibilia in potẽtia fiũt actu intelligibilia ⁊ potentia vniuerſalia fiunt actu vniuerſalia: et hᷓ vtus vocat̄ intellectus agens: q̄ꝛ agit ⁊ cauſat vniuerſalitatẽ in rebus. Scđo diñt intellectꝰ agẽs ⁊ poſſibilis ſicut ꝑficiẽs ⁊ ꝑfectibile. Nã ſicut forma ꝑficit materiã: ſic intellectus agens ſuo actu ꝑficit intellectũ poſſibilẽ. Intellectus nanq̄ꝫ agens habet ſe ad intellectum poſſibilẽ ſicut forma ſe habet ad primã materiã. Sicut eñi materia prima ſm̃ ſe eſt impura potentia: ⁊ non determinat ſibi aliquã certam formã actu. Sic intellectus poſſibilis in ꝑncipio ſue creationis in pura potentia eſt ad recipiendum ſpẽs. Et fit in actu ꝑ intellectum agentẽ abſtrahentẽ ſpecies a fantaſmatibus: ſic materia prima fit in actu per formã. Unde intellectus poſſibilis in. iij. de aĩa aſſĩlat̄ tabule nude: q̄ non habet aliquam picturã in ſe: apta tñ nata ẽ habere picturã. Eſt tñ differentia inter receptionem materie ꝑme ⁊ intellectꝰ poſſibilis: q̄ꝛ intellectus poſſibilis ſolum recipit formas accidentales. ſcꝫ ſciẽtias ſpeculatiuas ⁊ practicas: ſꝫ materia prima recipit formas ſbſtãtiales. Item intellectus poſſibilis recipit formas vniuerſaliter ⁊ intẽtionaliter cum cognitiõe: ſꝫ materia prima recipit in ſe formas ſubſtantiales particulariter ⁊ ſine cognitione.

Tertio differũt intellectus agẽs ⁊ poſſibilis ſicut lux ⁊ illuminatũ. Intellectꝰ eñi agens compat̄ lumini: ideo q̄ꝛ ſicut nihil eſt viſibile ſine lumine: ſic nihil ẽ intelligibile ſine intellectu agente. Et ſicut lumen corꝑale requirit̄ ad viſionẽ corꝑalem: ita lumen ſpũale qđ eſt intellectus agens qui eſt verus doctor interius mẽtem illuſtrans: requirit̄ ad intellectionẽ: dans intellectui poſſibili vim intelligendi: ⁊ facit eum actu intelligere q̄ ꝑus fuit in potentia ad intelligendum. Facere aũt intelligere ⁊ cognoſcere: eſt illuminare. Non tñ eſt ſĩle inter lumen corꝑale: ⁊ intellectus agẽtis illuſtrationẽ. Nam lumen corꝑale requirit̄ ꝓpter mediũ tm̃ et nõ ꝓpter obiectũ. ſcꝫ colores. Sed intellectus agens non requirit̄ ꝓpter mediũ: ſꝫ ꝓpter obiectum ⁊ etiã ꝓpter potentiã. id eſt. intellectũ poſſibilẽ illuſtrandũ. ¶ Intellectus eſt lumen aĩe. Conſiderãdum tñ eſt ꝙ intellectus agens nõ ſolũ cõpat̄ luci: ſed etiam ſm̃ ſuam nãm eſt lumen.

D
Intellect[us]
eſt lumi[ne]

Dictum eſt eñi ꝑcedenti capitulo: ꝙ cognitio intellectus ⁊ amor affectus in ſpiritualibus: corr̃ndent lumini ⁊ calori in corꝑalibus: ⁊ ſm̃ Auguſti. lux magis ꝓprie dicit̄ de ſpũalibus q̄ꝫ de corꝑalibus. Et inter ſpũalia ꝓpriiſſime deus lux eſt: ⁊ hoc ꝑ eſſentiã. Intelligẽ nanq̄ꝫ vniuſcuiuſq̄ꝫ ſpũs eſt lux ſua. Sicut eñi potentia ſe habet ad oꝑationẽ ſuam: ita ſe habet eſſentia ad ſuum eſſe: ſed in ſolo deo eſſentia eſt ſuus intellectus: ⁊ intelligere qđ eſt lux dei: ergo deus ẽ lux ꝑ eſſentiã. Sed angeli ⁊ homines lumẽ cognitionis a deo ꝑticipant: q̄ꝛ qđ eſt tale ꝑ eſſentiã: eſt cauſa oĩm alioꝝ: ſicut ſol eſt cauſa lucis in ceteris planetis. Idcirco dicit Auguſti. Lux q̄ nos illuminat: magr̄ q̄ nos docet: veritas que nos dirigit: deus eſt. Iuxta illud Ioh. j. Erat lux vera q̄ illuminat oẽm hoĩem ⁊c. Nihilominus tamen aĩe noſtre data eſt potẽtia ad intelligendum: ſicut alijs creaturis data ẽ potentia ad alios actus. Sic deus licet eſt ꝑncipalis operans in oꝑatione cuiuſlibet creature. Dedit tñ cuiuſlibet creature vim actiuã ꝑ quã exit in operationem ſuam: ſic dedit aĩe intellectũ agentem et poſſibilẽ ſic ꝙ vtriq̄ꝫ eſt aliq̄d aĩe: et ſic intelligit̄. Illuminat oẽm hoĩem venientem in hunc mundũ. Nõ q̄ꝛ oĩs cognitio ſit infuſa: ſed q̄ꝛ lumẽ creatũ intellectꝰ nõ põt ꝑficere oꝑationẽ ſuã: abſq̄ꝫ cooperatione luminis increati: ꝑ quod illuminat̄ oĩs hõ veniẽs in hunc mundũ. Deꝰ eñi dedit hoĩ naturale lumẽ intellectꝰ agentis qđ eſt quedã impᷓſſio ⁊ ſigillatio luminis diuini. Intellectus eñi agẽs eſt q̄dã ꝑticipata ſĩlitudo luminis increati: ꝑ qđ põt videri q̄d bonũ ſit ⁊ q̄d ſit malũ: q̄d agendũ ⁊ quid fugiendũ. Et ꝓpter hᷓ dicit̄ in pſ̃. iiij. Multi dicũt q̄s oſtẽdit nobis bona. Et ſubdit ꝓpha ꝑ modũ riñſionis. Signatum eſt ſuꝑ nos lumẽ vultus tui dñe: q̄ſi diceret ad eoꝝ queſtionẽ riñdendo: ꝑ hoc ꝙ lumẽ intellectus in q̄ põt videri bonũ ⁊ malũ: eis dediſti. Et hoc lumen eſt ſignatũ. i. ſigillatũ ⁊ impꝛ̃ſſum ſuper nos. i. in ſuperiori parte aĩe: ſcꝫ i imagine q̄ eſt ſuꝑma pars aĩe reſpectu ſenſitiue partis ⁊ vegetatiue. Et hoc lumẽ eſt lumẽ vultus dñi. i. appropriat̄ filio in diuinis. Per faciẽ eñi ⁊ vultũ deſignat̄ noticia ſm̃ Grego. ſuꝑ Ezechielẽ. Ea aũt q̄ ad noticiã ꝑtinent in diuinis filio dei appropriant̄. A quo eſt omnis ſapientia ⁊ intelligentia: q̄ꝛ ſine ipſius gratuita influentia ꝑ quã oẽm creaturã cõſeruat ⁊ adiuuat vt cõpleat operationes ſuas: nõ põt agere aliqua virtus creata.

E
Tercio queritur.

¶ Tercio q̄ritur Qualiter intellectus agens abſtrahit ſpecies intelligibiles a fantaſmatibꝰ.

Reſpondet̄ pro huius queſtionis terminatione oportet ꝑmittere quid ſit fantaſma ⁊ quid ſpecies intelligibilis. Unde fantaſma ſm̃ cõmentatorẽ ſic deſcribitur. Fantaſma eſt ſimilitudo rei ſenſate: exiſtens reſeruata in ſcđo ſenſu interiori ſcꝫ fantaſia: quã nos imaginationem appellamꝰ que illud reſeruat quod ſenſus cõmunis a rebus exterioribus recipit.

Fantaſma

In hac deſcriptione cõmẽtator fantaſiam ꝓ imaginatione accipit: quia fantaſia non eſt virtus cõſeruatiua ſpecierũ ſenſibiliũ: ſed imaginatiua: vt ſupra dictum eſt in. xix. et. xx. caplis. Ex quo ſeq̄tur ꝙ fantaſma nominat̄ ſpecies: ſeu ſimilitudo rei ſenſate vel imago ab imaginatione que eſt theſaurus ↄſeruans imagines ⁊ intentiones ſiue ſpẽs: que ꝑ ſenſum communẽ (vt ſupra dictum eſt) accipiunt̄ a ſenſibus exterioribus. Nã dicitur imaginatio quaſi imaginũ conſeruatio. Et ille imagines et ſimilitudines alio noĩe vocant̄ fantaſmata a fanos grece qđ eſt apparere latine: q̄ꝛ imago et ſimilitudo rei ſenſate relucet ⁊ apparet tã q̄ꝫ in ſpeculo in virtute imaginatiua: obiectis ⁊ rebus ſenſatis abſentibus. Ex dictis ſequitur ꝙ imagines ſiue fantaſmata a quibus intellectus agens abſtrahit ſpecies intelligibiles ſunt ſimilitudines ſenſibilium tam ꝓprioꝝ q̄ꝫ cõmuniũ. Sẽſibilia ꝓpria (vt dictum eſt ca. xviij. in fine) ſunt obiecta quinq̄ꝫ ſenſuum exteriorum: ſcꝫ color ſonus ſapor odor tangibile. Senſibilia cõmunia ſunt etiam q̄nq̄ꝫ: vicꝫ motus: quies: numerꝰ: figura: ⁊ magnitudo. Oĩm hoꝝ ſĩltudines imagines ſiue fantaſmata reſeruant̄ in vtute imaginatiua: tanq̄ꝫ in theſauro et memoria. Omnia hec fantaſmata ſunt conditiões indiuiduantes. Circumſtantie ⁊ appendicie materie: conſequẽtes formã ſubſtãtialem vniuerſalem et quidditatem rei materialis indiuiduatam ⁊ particulariſatam. Ad que reducunt̄ tempus et locus: que etiam ſunt appendicie materie. vnde ſicut dicit San. Bonauentu. in. ij̃. diſt. iij. Qꝫ indiuiduum eſt hoc aliquid.

Indiuiduu[m]

Qꝫ ſit hoc principalius habet a materia ratione cuius forma habet poſitionẽ in

loco ⁊ tēpoꝛe. Qꝛ ſit aliquid habet a foꝛma. Indiuiduum enim habet eſſe: habꝫ etiam exiſtere. Exiſtere dat materia foꝛme: ſed eſſendi actum dat foꝛma materie Indiuiduatio igitur in creaturis conſurgit ex duplici ꝓncipio: vicꝫ ex actuali cōiunctione materie cum foꝛma: ex qua cōiunctione vnum ſibi appꝛopꝛiat alterū. Sicut patꝫ cum impſſio fit multoꝛum ſigilloꝛum in cera que pꝛius fuit vna: nec ſigilla pluſificari pñt ſine cera: nec cera numeratur: niſi quia fiunt in ea diuerſa ſigilla. Dicitur enim indiuiduum quaſi indiuiſuꝫ in ſe: quia per inferioꝛa ſue nature diuidi non poteſt: vt Socrates: et diuiſum a quolibet alio. Ipſa eñi rei ꝓncipia ſcꝫ materia ⁊ foꝛma dum coniūguntur inuicem: ſe appꝛopꝛiant ⁊ faciūt indiuiduum. Sed ad hoc conſequit̄ eſſe diuiſum ⁊ diſcretum ſiue diſtinctū ab alio: ⁊ ſurgit ex hoc numerus: ⁊ tm̄ de fantaſmate.

Species intelligibilis

De ſpecie vero intelligibili ē notandum. Qꝛ ſpecies intelligibilis eſt illud quo noſter intellectus intelligit. Intellectus eñi noſter poſſibilis: quia non habet ſpecies ſibi cōcreatas ſicut angelicus intellectus: ſed intellectus nr̄ agens a rebus ⁊ a fantaſmatibus eos abſtrahit quas intellectui poſſibili ingerit: qui poſtea factus i actu: intelligit. Spēs igit̄ intelligibilis ſm̄ cōmentatoꝛē ſic diffinitur Species intelligibilis eſt ſimilitudo rei: a fantaſmate ⁊ intellectu agentu cauſata in intellectu poſſibili: repſentatiua rei vniuerſaliter. In qua diffinitione pꝛimo tangit ſubiectū ſpeciei intelligibilis cum dicitur intellectu poſſibili. Dicit̄ eñi .iij. de anima. Intellectus eſt locus ſpecieꝝ. Sicut eñi locus coꝛpalis recipit et retinet locatum. Sic intellectus poſſibilis colligit in ſe ſimilitudines ⁊ intentiones reruꝫ: dicitur enim .iij. de anima. Lapis non eſt in anima ſed ſpecies et ſimilitudo lapidis. Res enim cognita non eſt in anima ſm̄ eſſe reale: ſed ſm̄ eſſe ſimilitudinis. Cum enim dicitur a fantaſmate ⁊ intellectu agente cauſata: tangitur cauſa efficiens. Species enim intelligibilis abſtrahit̄ a fantaſmate ſicut ab obiecto ꝑ intellectum agētem. Cum vero dicit̄ repꝛeſentatiua rei vniuerſaliter: tāgi finis ſpeciei intelligibilis. Sicut enim ſpecies ſenſibilis repſentat rem ⁊ obiectum ſenſibile particulariter: ſic et ſpecies intelligibilis repñtat vniuerſaliter rem intelligibilem cuius eſt ſpecies. His pſuppoſitis nunc rñdendū eſt ad queſtionē ꝓpoſitam qualiter intellectus agens abſtrahit ſpecies intelligibiles a fantaſmatibꝰ. Conſiderandū ꝙ intellectus agens eſt q̇ abſtrahit ſpecies intelligibiles ab imaginationē ſiue fantaſia: ⁊ ſua irradiatione facit eas vniuerſales: ⁊ locat eas in intellectu poſſibili qui eſt locus ſpecieꝝ intelligibilium. Nā ſicut ad viſum coꝛpalem exigitur lux abſtrahens intentiones .i. ſimilitudines coloꝛis a coloꝛato: et ponit eas in perſpicuo aeris: non quidē ſm̄ eſſentiam ſed ſm̄ intentionē et ſimilitudinem: ſic intellectus agens qui eſt lux aīe abſtrahendo ſpecies a fantaſmatibꝰ ponit eas in intellectu poſſibili: non quideꝫ realiter ſed ſm̄ intentionē ⁊ ſpēm: lapis eñi (vt dicit̄ .iij. de aīa) non eſt in aīa ſed ſpecies eius.

Intelle
agēs a
bit ſpē
telligib
fantaſ
bus.

Ad declarandū v̄o modū huius abſtractionis. Notandum ſm̄ Thomā parte pꝛima. q. lxxxv. arti. j. Dupliciter cōtingit intellectū agentē abſtrahere. Uno modo ꝑ moduꝫ cōpoſitionis et diuiſionis: ſicut cum intelligimus aliquid eſſe in alio vl' eſſe ſeparatum ab eo. Alio modo per modū ſimplicis et abſolute conſiderationis: ſicut cum intelligimus vnum: nihil conſiderando de alio. Abſtrahere ergo per intellectū ſm̄ pꝛimū modum abſtrahendi ea que ſm̄ rem nō ſunt abſtracta: nō eſt abſq; falſitate. Sꝫ abſtrahere per intellectum: ſcd̄o modo que ſm̄ rem non ſunt abſtracta: non eſt cum falſitate: ſicut videmus in ſenſibus. Si enim intelligimus vel dicimus coloꝛem non eſſe in coloꝛato coꝛpoꝛe vel eſſe



ſeparatum ab eo: eſt falſitas in opinione et locutione. Sed ſi conſideremus coloꝛem ⁊ ꝓprietatem eius: nihil conſiderando de pomo coloꝛato: erit abſq; falſitate opinionis. Pomū eñi non eſt de ratione coloꝛis: ⁊ nihil ꝓhibet intelligi coloꝛem: nihil intellecto de pomo. Siliter ea que ꝑtinent ad rationem ſpēi cuiuſlibet rei materialis: puta lapidis vel hominis: ⁊ alia huiuſmodi: poſſunt ꝯſiderari ſine conditionibꝰ indiuidualibus ⁊ appēdicijs materie. ſcꝫ tēpis loci: ⁊ ſic de alijs que non ſunt de rōne ſpeciei. Et hoc eſt abſtrahere vniuerſale a ꝑticulari: vel ſpeciem intelligibilem a fantaſmatibꝰ: conſiderare ſcꝫ ſpēm ſine conditionibꝰ indiuidualitibus que ꝑ fantaſmata repꝛeſentātur. Fit autē hec abſtractio a materia indiuiduali nō a materia cōmuni. Eſt .n. materia q̄dam cōis: quedaꝫ indiuidualis. Cōmunis: vt caro: oſſa. Indiuidualis: vt hec caro: hec oſſa. Intellectus aūt ita abſtrahit a materia indiuiduali ad intelligēdum ſpēm ⁊ naturā rei ſenſibilis: ꝙ non abſtrahit a materia cōmuni. vicꝫ cōſiderando hoīem cum carnibus ⁊ oſſibus in cōmuni: ſed non his carnibus et oſſibus. Et qꝛ fantaſmata cum ſint ꝑticularium non poſſunt impꝛimere ſua virtute in intellectū poſſibilē. Ideo virtute intellectus agentis: reſultat q̄dam ſilitudo in intellectu poſſibili ex ꝯuerſione intellectus agentis ſupꝛa fantaſmata: q̄ quidem ſilitudo eſt repñtatiua eoꝝ quoꝛuꝫ ſunt fantaſmata: ſolū q̄ntū ad nām ſpēi. Et ꝑ hunc moduꝫ dicit̄ abſtrahi ſpēs intelligibilis a fantaſmatibus. Non ꝙ eadem numero foꝛma que ꝓus fuit in fantaſmatibus poſtea ſit in intellectu poſſibili: ad modū quo vnum coꝛpus accipit̄ ab vno loco ⁊ transfert̄ ad aliū. Species aūt a fantaſmatibus abſtracta non habꝫ ſe ad intellectū ſicut illud qd̄ pꝛimo intelligit̄: ſed ſicut illud quo mediante aliq̇d intelligit̄. Nam ſi ipſe ſpecies eſſent illd̄ qd̄ intelligit̄. Sequeret̄ ꝙ ſcientie de rebus om̄es non eſſent que ſunt extra animam: ſed ſolum de ſpeciebus intelligibilibus que ſunt anima: quod oīno falſum eſt. Nam ſciētie ſunt de rebus q̄ ſunt extra animā. Se habet ergo ſpecies intelligibilis ad intellectuꝫ noſtrū ſicut id quo intelligit: non ſicut id quod pꝛincipaliter intelligit̄: ſicut ſpecies ⁊ ſimilitudo rei viſibilis qua infoꝛmat̄ oculus cum videt: ſe habet ad viſum vt id quo videt: nō ſicut id quod videt̄: nam id quod videtur eſt extra oculū ſcꝫ res coloꝛata: ſed ſpecies quo videt̄ ē in oculo. Ex dictis ſeq̇tur ꝙ ſicut in parte ſenſitiua repitur duplex opatio vna ſm̄ ſolam immutationē ⁊ ſic perficit̄ operatio ſenſus exterioꝛis: per hoc ꝙ immutat̄ a ſenſibili pꝛeſente. Nam ſenſus exterioꝛ cognoſcit ſuū obiectum ſine materia: in pꝛeſentia tñ materie: ⁊ cum conditionibus: ⁊ circūſtantijs ⁊ appendicijs materie. Alia eſt operatio ſenſus interionis: ⁊ ſic virtus imaginatiua foꝛmat ſibi aliquod ydolū rei abſent̄. Nam ſenſus interioꝛ cognoſcit ſine materia ⁊ ſine pꝛeſentia materie: licet cum conditionibꝰ ⁊ circūſtātijs materie. Itē etiā duplex operatio eſt in intellectu: ſed in eo vtraq; operatio coniūgit̄. Nam pꝛimo conſiderat̄ intellectus poſſibilis ſm̄ qd̄ infoꝛmat̄ ſpecie itelligibili: qua infoꝛmatus foꝛmat ſibi ſecūdo vel diffinitōeꝫ vel diuiſionē: aut cōpoſitionē que per vocem ſignant̄. Differt tñ cognitio intellectus a cognitione ſenſus: qꝛ intellectꝰ cognoſcit ſuū obiectū ſine materia ⁊ ſine pꝛeſentia materie ⁊ ſine ꝯditionibus ⁊ circūſtantijs materie. Intellectus eñi cognoſcit rem abſentem. Et ipſum intelligibile non ē in itellectu realiter. Dicit̄ eñi .iij. d̄ aīa. Lapis nō eſt in aīa ſed ſpecies lapidis. Similiter intellectus intelligit quidditatem rei abſolute ſine conditionibus materie: qꝛ intelligit vniuerſaliter: ſecus eſt de cognitione ſenſitiua: pꝛout clarius dictum eſt ſupꝛa. cap. xviij. Pꝛo dictoꝝrum clarioꝛi intelligentia notet̄: exempli

gratia. Lumẽ cum coloꝝ ſpẽbus fertur
ad oculos. Jllic ſpecies coloris aggregã
tur ⁊ deferunt̃ ad ſenſum cõem. Jlleqꝫ
colores diiudicans: purius ac ſpũalius
eaſdem ad virtutẽ imaginatiuã deducit.
Ceterũ cum ratio negociat̃ circa fantaſ/
mata: elicit ſpẽs intelligibiles q̃bus iam
concipit rem ſine illo fantaſmate qđ pre
fuit. Poſtremo potẽtia intellectiua ſupe
rior quam ſpm̃ vel mẽtem nominamus.
poſt cognitioꝫ rõnis deducit eandẽ rem
ad lumen pure ſimplicisqꝫ intelligentie:
ſm̃ ꝙ habet ordinẽ immediatũ ad ange/
G licã cognitionẽ. ¶ Contẽplatio dei abſqꝫ
Contẽplatõ fantaſmatibus. Ex dictis catholicũ eli/
dei abſqꝫ fã citur documẽtum: ſcꝫ ꝙ anima deuota
taſmatibus. que ferri querit in deum ꝑ anagoycos ⁊
ſupmẽtales exceſſus: diſcat ſe auertere
per innatam vim abſtractiuã: ſcꝫ intelle
ctum agẽtem a fantaſmatibꝰ. Sicut eſti
matiua virtus inferior in brutis ex ſpeci
ebus ſenſatis elicit nõ ſenſatas. De quo
ſctũs Dionyſius tale tradit documentũ
Quotieſcunqꝫ in contẽplatione ⁊ medi/
tatione de deo ſciatur qualis ſit res q̃ vi/
detur. Videturqꝫ ꝙ res hec viſa aſſimile
tur alicui alteri rei huius mundi. Tunc
certitudinaliter ſciat̃ non videre deuꝫ ta
liter ꝑ claram viſionẽ. Et ſili modo dica/
tur de angelis. Non eñ deus eſt corꝑali/
ter magnus: nec albus: nec rubeus: nec
clarus: nec coloratꝰ: ſicut nec ſunt ange/
li. Huius documẽti rõnem reddit bea
tus Albertus magnus in ſuo opuſculo
de adherẽdo deo nudato intellectu ⁊ affe
ctu: dicens. Qm̃ ſpũs cum ſit dñs deus:
⁊ eos qui eum adorant in ſpũ ⁊ veritate
oportea at adorare. i. cognitione ⁊ amore
ſcꝫ intellectu ⁊ affectu: ab omnibus fan
taſmatibus nudum. Oĩa igitur fan/
taſmata ſpecies ⁊ imagines ac formas re
rum omnium citra deum a mẽte reijcias
vt in ſolo nudo intellectu ⁊ affectu. i. rõ/
ne ⁊ voluntate tuum pendeat exercitiuꝫ
circa deum intra te. Nempe finis omni/
um exercitioꝝ hic eſt. ſcꝫ intẽdere ⁊ quie

ſcere in domino deo: intra ſe ꝑ puriſſimũ
intellectum ⁊ deuotiſſimũ affectum ſine
fantaſmatibus ⁊ implicationibus. Hu/
iuſmodi autẽ exercitium non fit in orga/
nis carneis ⁊ ſenſibus exterioribus: per
quod quis non eſt homo. Homo vero q̃s
eſt ꝑ intellectum et affectum. Et idcirco
q̃diu homo cum fantaſmatibus ⁊ ſenſi/
bilibus ludit ⁊ eis inſiſtit: videt̃ nõdum
exiſſe metas ⁊ limites beſtialitatis ſue.
Hoc eſt illius qđ cum beſtijs habet com
mune. Quia beſtie ꝑ fantaſmata ⁊ ꝑ ta/
les ſenſitiuas ⁊ ſenſibiles ſpecies cogno
ſcunt ⁊ afficiunt̃ ⁊ non aliter: eo ꝙ altio
rem vim anime non habent: ſecus eſt de
homine ſm̃ intellectũ ⁊ affectum ⁊ libe/
rum arbitriũ ad dei imaginẽ ⁊ ſimilitudi
nẽ creato: q̃bus debet deo immediate pu
re ⁊ nude imprimi ⁊ vniri. Firmiterqꝫ in
herere purgato intellectu ⁊ bñ diſpoſito
affectu. Qualiter aũt intellectus ⁊ affe
ctus purgari debeant: docet ſctũs Bona
uẽtura in Soliloq̃o: ⁊ in Lectura ſup ꝓ/
mũ ſentẽ. diſtin. Sic inquiẽs. Tu igit̃
anima deuota ſi ad celeſtem dulcedineꝫ
guſtãdam aſpiras. Vide ꝙ habeas pur/
gatum intellectuꝫ ⁊ bñ diſpoſitũ affectũ
quia ſm̃ Auguſti. Summũ bonum non
niſi purgatiſſimis mẽtibus cernit̃: ⁊ pu/
to ꝙ multo minus niſi valde diſpoſitis
affectibus deguſtat̃. A multis eñ in hac
vita valde limpide ſpeculatur: a quibus
heu minime deguſtat̃. Semꝑ igitur cum
beatiſſimo Auguſtino clama. Fac me ꝑ
cor domine guſtare ꝑ affectum qđ intelli
go ꝑ intellectum. Fac me ſentire ꝑ amo
rem qđ ſentio ꝑ cognitionem. Jn huius
nempe ſummi boni taꝫ excellẽti luci figi
mentis hũane acies inualida eſt: vt dicit
magr̃ in. j. diſ. ij. Niſi ꝑ iuſticiã fidei emũ
det: hoc eſt per fidem que facit iuſtuꝫ in
opere. Fides enim per ſe purgat intelle/
ctum. Juſticia vero generaliter ſumpta
(que eſt rectitudo anime in comparatione
ad deum ⁊ primum) purgat affectum
Vtriuſqꝫ aũt purgatõis triplex eſt gradus



Nam intellectus eſt purgatus purgati/
or purgatiſſimꝰ. Jntellectus purgatus
eſt cum abſtrahit̃ a ſenſibilibus ⁊ exteri
oribus ſpẽbus: deus qui non eſt viſibilis
audibilis odorabilis guſtabilis tangibi/
lis ſenſibilis. Jntellectus purgatior eſt
cum abſtrahit̃ a fantaſticis ⁊ vanis ima
ginibus: deus q̃a non eſt terminabilis: fi
gurabilis: numerabilis: circũſcriptibilis
cõmutabilis imaginalibus. Jntellectus
purgatiſſimus eſt cum abſtrahit̃ a phiſi
cis ⁊ naturalibus rõcinationibus: q̃a de
us non ẽ demõſtrabilis: diffinibilis: opi/
nabilis: eſtimabilis: inueſtigabilis ⁊ intel
ligibilis. Affectus etiam habet tres
gradus videlicet purgatꝰ purgatior pur
gatiſſimus. Nam affectus eſt purgatus
cum mundatur a culpa per penitẽtiam.
Affectus eſt purgatior: cum mundat̃ a
ſequela. ſcꝫ vitioſis inclinatiõibus ꝑ re/
ſiſtentiam. Affectus ẽ purgatiſſimus: cũ
mundat̃ ab occaſiõe pctõꝝ ꝑ fugam.
h Qualiter autẽ ſpũs poterit ſe auerte
re a fantaſmatibus dum anagoicos ⁊ ſu
permẽtales querit exceſſus. Dumqꝫ pur
gatus in intellectu ⁊ affectu Cancellariꝰ
ꝑiſieñ. docet in tractatu de Theologia
practica cõſideratione vltima dicens: ꝙ
hoc poteſt fieri ſi in oĩ cognitione ⁊ me
ditatione ſua de deo nequaq̃ ſiſtat ho/
mo in cognitione: ſed aſpiret per vim af/
fectiuam quaſi cordis ore inhiante in ſu
am potentiam: ⁊ in ſuam ſapientiam: et
in ſuam bonitatem ſaporandam ⁊ guſtã
dam: tanq̃ eius qui totus eſt terribilis
ſuper filios hominum: per maieſtatẽ po/
tentie dominatiue indicantis. Atqꝫ to/
tus magnus et mirabilis in ſapientia:
cuius non eſt numerus. Totus deniqꝫ
ſuauis: totus deſiderabilis: totus ama/
bilis valde: in bonitate ⁊ torrente volu/
ptatis ſue. Occurret tibi ſic nitenti plu/
rima turba fantaſmata. Tu vero forti/
ter abijce ſeorſum ea q̃ntuꝫ poteris: ma/
nu deuotiõis: ⁊ velut excuſſo capite: ſpi/

ritu liber euadere labora. Jn alio quoqꝫ
opuſculo intitulato de exercitio deuoto
rum Cancellarius pariſieñ. modum tra
dit contemplandi ſine fantaſmatibus di
cens. Quicunqꝫ amoroſe ⁊ affectualiter
vult tendere in deum diſcrete ne caput ⁊
ſenſus ledant̃. Debet diſcere de deo co/
gitare ſiue aliqua re corporali abſqꝫ ima
gine ⁊ fantaſmate: ita vt non cogitat rem
magnam: aut paruam: aut longum: aut
breuem: albam: aut nigram: hic vel ibi.
in tali vel tali loco exiſtentem. Sed oĩ
bus talibꝰ excluſis eleuet cor ſuuꝫ ad pu
ra intellectualia ⁊ incorporalia: cogitan/
do omnipotentiã dei: qua omnia poteſt.
Sapientiam dei: qua omnia preterita ⁊
futura ſcit vt ꝑſentia bonitatem dei: qua
omnibus quãtũ in ſe eſt bene vult: ⁊ nul
li male vult. Similiter eius miſericordiã
dulcedinẽ: pulcritudinem: ⁊ ſic de alijs
perfectionibus ſumme deo conuenienti
bus ⁊ inexiſtentibus corde ⁊ ore. Dat
etiam ibidem Cancellarius modũ ado/
randi deum in imaginibus repreſentan/
tibus opus noſtre redemptionis ſcilicet
paſſionis ⁊ crucifixionis: vt videlicet cuꝫ
diſcretione hoc fiat: vt non nimis diu et
fixe circa imagines rerum huiuſmodi co
gitatus imoretur. Sed ſemꝑ conetur co
gitatũ ſuũ ab iſtis corporibꝰ imaginatio
nibus ⁊ fantaſijs trahere ſurſum ad ea/
rundam rerum corporaliũ ſpiritualita/
tem. Et ne videatur impoſſidile quod di
cimus. Sumamus exemplũ de venera/
bili ſacramẽto dominici corporis: quod
in manibus ſacerdotis deuote adoramꝰ
ſicut verum deum ⁊ hominẽ humani ge
neris redemptorem: per hoc quod vide/
mus oculis corporis: nec moremur diu
cũ cogitatu noſtro circa illud quod ocu/
lis exterioribus apparet: vtpote circa al/
bedinem: rotunditatem ⁊ paruitatẽ hu/
ius hoſtie ſacre: ſed cogamus quaſi vio/
lenter cogitatum noſtrum vt ab illis vi/
ſibilibus ſpeciebus ſe auertat: ⁊ cõuertit

ſe ad viſibilia que oculis mentis per lu-
men ſancte catholice fidei ibi videt ⁊ cre
dit firmiſſime. Quaſi diceremus noſtris
cogitationibus : id quod oculi corporis
noſtri nobis repſentant non eſt deus:ſed
id quod oculus cordis cernit eſt dominꝰ
deus noſter. In dicto etiam tractacu-
lo Cancell. dat documentum orandi co-
ram imaginibus ſanctoꝝ ⁊ ſanctaꝝ : di-
cens. Or orans coram imaginibus non
nimis cogitare debet de rerum corpora-
lium circũſtantijs ⁊ fantaſmatibus: ⁊ ꝑ-
timeſcere debet multa pericula ⁊ grauia
incõmoda prouenientia : ꝓpter fantaſie
flexibilitatem ⁊ inuiſibilis hoſtis illuſio-
nem. Nam ſepius orãtes:ex nimijs ima
ginationum corporaliũ rerum fantaſijs:
deueniunt a deuotis ⁊ pijs cogitationibꝰ
ad cogitatꝰ turpes ⁊ impios: a puris af-
fectionibus ad imundas. A ſpũalibus
ad carnales. Quod etiam daret in ipſa
veneranda imagine crucifixi:ex nimis fi-
xa conſideratione corporis dominici nu
dati:q̃ caſus mulierculis eſt valde poſſi-
bilis: ſic viceuerſa poterit caſus iſte ⁊ vi
ris non eſſe impoſſibilis:ſi nimis figatur
eorum cogitatus erga imagines ſancta-
rum virginum:etiam ipſius virginis vir
ginum que tamen mater puritatis eſt.
Nemo tamen ꝓpter premiſſa credat
ſanctorum imagines ſicut quidam he-
retici ſenſerunt eſſe contemnendas.ſed
ſunt potius reuerenter tractande : et ea
intentione qua deus eas inſtituit digne
honorande: vt diſcamus ab his viſibili-
bus fantaſmatibus mente tranſire ad in
uiſibilia : et a corporibus ad ſpiritualia:
I ille nancꝫ eſt finis imaginuꝫ. Ex dictis
ſequitur ꝙ non ſolum oratio verũ etiam
omnis humana operatio debet eſſe in in
tellectu : ⁊ non in ſenſibus. Aniaduer-
tant hoc religioſi: vt nudatis fantaſmati
bus omniũ rerum corporearum nuda ⁊
ſincera mente ſecluſis conditionibus in-
diuiduãtibus:ꝑlatis ſuis ſtudeant obe-
dire:prelaturam vniuerſaliter ⁊ ſine fan
taſmatibus conſiderent:non fantaſiãdo
in prelato genus patriaꝫ etatem. Aliaſcꝫ
circũſtantias ⁊ conditiones indiuiduan-
tes. Nec per hoc confidentiam (que ſm
apoſtolum magnã habet remuneratio-
nem) perdant ad ſuum prelatum. Confi
dentia nancꝫ eſt primum principiũ ⁊ fun
damentum omnis ſpiritualis profectus
in ſcola virtutum approbate religionis.
Omnes em̃ quotquot damnabiliter ab ex
ordio religionum retrocedendo apoſta-
tarunt:per hoc ruerunt:quia non confi-
dentiam: ſed diffidentiam ſiue diſplicen
tiam ad ſuos habuere prelatos:quorum
obedientie ſancto iugo colla ſubmittere
teneant: agente hoc confidentia ad pre-
latos. vnde humilis Frãciſcus fratri cũ Franciſ[cus]
quo erat ſolitus ire obedientiam ꝓmitte
re conſueuerat ⁊ ſeruare. Dixit enim ali
quando ſocijs : inter alia que dignanter
pietas mihi diuina cõceſſit:hanc gratiaꝫ
contulit ꝙ ita diligẽter nouicio vnius ho
re obedirem ſicut antiquiſſimo ⁊ diſcre-
tiſſimo fratri. Subditus inquit prelatuꝫ
ſuum non hominem conſiderare debet:
ſed illum pro cuius amore ſubiectus eſt
Quãto autem contemptibilior preſidet
tanto magis humilitas obedientie pla-
cet. Ecce q̃ ſubtiliter philoſophatus eſt
ſeraphicus ille ſacer Franciſcus: prela-
turam guuardinatus per ſuum intelle-
ctum agentem abſoluens et abſtrahens
ab omnibus fantaſmatibus:circũſtãtijs
⁊ conditionibus indiuiduantibus. tem-
poris ſcilicet ⁊ loci:etatis:ſcientie ⁊ igno
rantie : bonitatis ⁊ malitie. Quia iuxta
ſancti Petri Canonicã. Non tantũ bo-
nis ⁊ modeſtis : ſed etiam oportet ꝓpter
deuꝫ obedire diſcolis.id eſt. indiſciplina
tis ⁊ indoctis ſeu etiam malis:dũmodo
non precipiunt contra animam ⁊ regulã
Et non ſolum prelatura:ſed etiam man-
datum prelati denudari debet a ſubdito
a fantaſmatibus non diſcernendo:quid:



qualiter:quomodo precipiat. Unde di-
cit Cancellarius pariſienſis. Pro regula
generali tenendum eſt:illud religioſo eẽ
melius:illud pulcrius:illud nobilius: il-
lud vtilius delectabilius :honeſtius: qδ
eſt obedientie ꝓximius. Sit illa res in q̃
obeditur: vilis:abiecta: turpis: inutilis:
laborioſa:vana: ſtulta: quãtumlibet in-
honeſta:ſolo peccato excluſo. Et nedũ
ſancte obedientie mãdatum (religioſus
qui chriſto pauperi in altiſſima pauper-
tate famulari deuouit) verumetiam re-
ſculas ſibi ad vſum conceſſas denudare
debet ab oim mundanarũ rerum fantaſ-
matibus:in edificijs ſumptuoſis:in libel
lis curioſis:in litterulis aureo : argẽteo-
cꝫ colore radioſis. Cuncteqꝫ ſue ſuppel-
lectiles a fantaſmatibus:diuitiarum:de-
liciarum: ⁊ honorũ abſtrahantur. Relu-
ceatqꝫ in eis:paupertas:aſperitas: ⁊ vi-
litas. Contra tria vicia ad que omia pec
cata mundi reducuntur vicꝫ. Concupi-
ſcẽtia oculorum: concupiſcẽtia carnis:
et ſuperbia vite. Concupiſcentiã nãqꝫ
oculorum cõcomitatur periculoſiſſimuꝫ
Curioſitas vicium:curioſitatis que propter multa ẽ
vitanda. Primo quia tempus a deo con
ceſſum perdit. Multo enim plus de tẽ-
pore occupatur q̃ expediat curioſũ opꝰ
Scdo ꝙ facienti eſt vana gloria. Tercio
quia ei cui facit opus eſt cauſa ſuperbie.
Quarto quia eſt materia animũ retrahẽ
di a deo:nam ſm Grego. Tanto quis a
ſuperno amore diſiungitur quanto infe-
rius delectatur. Quinto quia eſt concupi
ſcentia oculorum :vnum de tribus ad q̃
omnia peccata de mundo reducuntur.
Sexto quia eſt laqueus multorum et ru
ina. Uani enim talia reſpicientes multis
modis offendere poſſunt:vel malum ex
emplum trahendo:vel delectabiliter aſ-
piciendo:vel iudicando :murmurando:
vel detrahendo. Omnium autem illo-
rum is qui tale opus fecit eſt cauſa. Se-
ptimo q2 curioſitas directe obuiat pau-
pertati. Et vltra omnia peccata eſt hoc:
qδ leuis vani ⁊ inconſtantis animi eſt in
dicium. Religioſus idcirco curioſa de-
uitet:et ab ipſis tam faciendis q̃ viden-
dis tanq̃ a venenoſo ſerpente abſtineat
¶ Quarto queritur. De actibus intelle- K
ctus agentis et poſſibilis. Reſpondetur Quarto q̃ri
primo declarando actus intellectꝰ agen- tur.
tis. Scdo declarando actus intellectus
poſſibilis. Quo ad primum conſide-
randum ꝙ ſcdm Alexandrum de hales
parte ſcda queſtione ſexageſimanona.
Intellectus agens tres habet actus.
Primus eſt reſpectu formarum abſtra-
hendarum:videlicet abſtrahere ſpecies
intelligibiles a fantaſmatibus. De quo
actu dictũ eſt ſupra queſtione tercia cir-
ca principium. Scdm actum habet re-
ſpectu formarum ſm ſe abſtractarum.
ſicut eſt forme intelligentie angelice : vel
circa formas ſcientiarum aut virtutum
que ſunt in anima: et ideo dicit philoſo-
phus. In his que ſunt ſine materia ideꝫ
eſt intellectus ⁊ quod intelligitur. In ha
bentibus autem materiam: potentia eſt
vnũquodqꝫ intelligibiliũ:non em̃ intellectꝰ
poſſibilis tales formas intelligit p eſſen-
tiam:ſed q2 ad intelligendũ formas an-
gelicas abſtractas a materia corpali: nõ
indiget abſtractione vt intelligant. Alie
vero forme coniuncte materie corporeẽ
indigent abſtractione per intellectũ agẽ-
tem: qui formas et ſpecies intelligibiles
ponit in intellectum poſſibilem qui ta-
les formas cognoſcit. Nihilominus ta-
men intellectus poſſibilis recipit lumen
cognitionis a parte altera ſcilicet forma-
rum intelligibilium ſeparatarũ. Ter-
cius actus intellectus agentis eſt: ꝙ pri-
uationem ignorantie ⁊ poſſibilitatem ex
parte intellectus poſſibilis remouet et
intellectum poſſibilem ducit in actum
intelligendi : qui prius fuit in potentia :
nõ tamen neceſſe eſt in intellectu poſ-
ſibili remotio vnius forme: ſicut fit in

generatione ⁊ coꝛruptione et alteratio-
de: ſed ſufficit ꝑuationis ignoꝛātie remo
tio: ſicut ſol illuminando ꝑſpicuū remo-
uet tenebras. Vñ ꝙ itellect⁹ poſſibil' actu
intelligat reqrit̄ duplex diſpoſitio. Vna
apte foꝛme intelligibilis: q̄ licet ſit in fan
taſmate: ꝑter tñ fantaſma intelligitur ab
intellectu poſſibili. Alia diſpoſitio requi
rit̄ ex parte intellectus agētis illuminā-
tis intellectū poſſibilē ad cognitionē. Et
ideo neceſſe fuit ponere intellectū agen-
tē: non tñ ꝓpter abſtractionē intelligibi-
lium: ſed etiā ꝓpter ꝑfectionē ipſius in-
tellectus poſſibilis. Conſiderandū tñ
vt dicit. S. Bonauē. in. ij. ſen. diſt. xxiiij.
Qꝛ poſſibilis nō eſt pure paſſiuus. Silr
nec intellectus agens pure eſt actiuus.
Cum eñ intellectus agens et poſſibilis
ſint due differentie intellectus date vni
ſubē q̄ reſpiciūt totū cōpoſitū. Appropa
tur aūt intellectus agēs foꝛme ⁊ poſſibi-
lis materie: non ꝙ intellectus poſſibilis
ſit pure mālis: qꝛ tunc in oībus poſſꝫ po
ni in quibus eſt repire māle ꝑncipiū qđ
falſum eſt: nec etiā intellectus agēs ē po
tentie pure foꝛmal'. Sed qꝛ intellect⁹ poſ
ſibilis oꝛdinat̄ ad ſuſcipiendū. Intelle-
ctus agēs oꝛdinat̄ ad abſtrahendū: nec
intellectus poſſibilis eſt pure paſſiuus:
habet eñ ſupra ſpēm exiſtentē in fantaſ-
mate potentiā ſe cōuertendi ⁊ ꝯuerten-
do ꝑ auxilium intellectus agentis illam
ſuſcipere ⁊ de ea iudicare: nec tamen eſt
adeo actiuus ſicut agēs: qꝛ non pōt ſua
cōuerſione nec ſpēm abſtrahere: nec de
ſpeci: iudicare ſine adiutoꝛio agētis. Si
militer nec intellectus agens eſt oīno in
actu. Nō eñ pōt intelligere aliud a ſe ni
ſi adiuuet̄ a ſpecie q̄ abſtracta a fantaſ-
mate: intellectui poſſibili hꝫ vniri. Intel
lectus eñ agens operationē intelligendi
non pōt ꝑficere niſi foꝛmet̄ acies intelle-
ctus poſſibilis ab ipſo intelligibili: ex q̄
foꝛmatio ē in plenioꝛi actualitate reſpe-
ctu eius qđ debet cognoſcere ꝙ erat ꝑus
cum ſpecie carebat. Vnde cū cogitamus
de intellectu agente ⁊ poſſibili ſic cogitā
de ſunt ille due differētie: ꝙ invnā opera
tionē completā veniant inſeparabiliter.
Nā intellectus poſſibilis nō intelligit ſi
ne agēte: nec agēs ſine poſſibili. Vñ ſicut
duo intelligimus neceſſario in medio ad
hoc ꝙ abſtrat̄ ſpēs ab obiecto: viꝫ lucē
⁊ dyafoneitatē: ita ꝙ ꝑvnū abſtrahit per
aliud defert ⁊ ſuſcipit. Sic et in ꝓpoſito
cōfoꝛmiter pōt intelligi: ita ꝙ ad vnum
actum hec duo cōcurrāt: vt hec ſine illa
non habeat operationē ſuam complete.
¶ De actibus intellectus poſſibilis. — L De actibus intellectus poſſibilis
Quo ad ſcđam partē queſtionis. Cō-
ſiderandū ꝙ actus ⁊ operationes intel-
lectus poſſibilis ſunt duo: ſcꝫ ſimpliciū
apphenſio ꝑmus actus cōpoſitio ⁊ diui
ſio. ſcđus pro his actibus ⁊ operationi-
bus intellectus intelligēdis. Sciendū ꝙ
res dupliciter cognoſcit̄. Vno mō ꝭm ſe
⁊ abſolute: qñ ſcꝫ aliqđ cognoſcit̄ in ſua
ꝓpꝛia natura ⁊ eſſentia: vt cū intellectus
ſpeculat̄ aliqđ eſſe ꝭm ſe nō in cōparati-
one ad aliud: ſed tñ intelligēs rē ꝭm hoc
qđ eſt de eius eſſentia: vt intelligere ho-
minē abſolute eſt itelligere hoiem vt ani
mal rōnale: ⁊ nō eſſe in vno vel in pluri-
bus. Eſſe enim in vno vel in pluribus ac
cidit humane nature. Si enim de eſſen-
tia nature humane eſſet eſſe in vno: nūꝗ
eſſet in pluribus quod falſum eſt. Simi-
liter ſi de eſſentia eſſet hūane nature eē
in plurib⁹: nūꝗ poſſet ſaluari in vno: qđ
ſilr falſuꝫ eſt. Spēs eñ pōt ſaluari ī vno
ſuppoſito: quod patet in ſole: ⁊ fenice: et
ſic de alijs: et hec intellectio abſoluta rei
vocatur ſimplicium naturarum appꝛe-
henſio ſeu intelligentia. Et hec operatio
pꝛima intellectus cōuenit intellectui no-
ſtro ⁊ ſubſtantijs ſeparatis. Subſtantie
eñ ſeparate ſcꝫ angeli ſpeculant̄ q̄ddita
tes rerum abſolute ⁊ ꝭm ſe. Intelligen-
do enim pꝛimum pꝛincipium: id eſt de-
um: intelligūt ſe ⁊ omnia in eo. Secundo
aliqua res intelligitur non abſolute et
ſimpliciter ſed in reſpectu et compara-



tione ⁊ in habitudine ad aliud: vt ſic in-
telligimus hominē: vel naturam huma-
nam in petro. vel vt eſt in Iohāne. Acci
dit eñ nature humane nec ē de eſſentia
eius: vt eſt in petro: vel in iohāne. Et ta-
li intellectione compat vnum ad aliud.
Et ita ſi videt eſſe in re: tunc ꝯponit dicē
do: iohānes ē homo. Et hec compoſitio
fit ꝑ ſcđam opationē intellectus: q̄ eſt cō
ponere: ⁊ ſignificat̄ per ꝓpoſitionē affir-
matiuam in qua pꝛedicatū componit̄ cū
ſubiecto. Si aūt non videt ita eſſe in re:
tunc diuidit ⁊ dicit: homo nō eſt aſinus.
Et iſta diuiſio ſiliter fit ꝑ ſcđam opatio-
nem intellectus: ⁊ ſignificat̄ ꝑ ꝓpoſitio-
nem negatiuā in qua pꝛedicatuꝫ negat̄
de ſubiecto. Et hec operatio ꝓpꝛie nō cō
uenit intellectui ſubſtantiaꝝ ſepatarum
qꝛ ſolum intelligunt intuitiue: vt dicitur
.xij. metaphi. Cōmentatoꝛ tñ Auerro
is addit tertiā opationē intellectus quā
vocat diſcurſum: cum ſcꝫ intellectus no
ſter ꝓcedit: a cauſa ad effectum: a ꝑnci-
pijs ad pꝛincipiata: a pꝛemiſſis ad cōclu
ſionem. Et cum reſoluit effectum in cau
ſam: requirēdo cauſam illius effect⁹. Et
hec opatio cōuenit etiam tñ humano in
tellectui ⁊ nō intellectui ſubſtātiaꝝ ſepa
tarū. Intellectus eñ ſubſtantiaꝝ ſepa-
tarum ſic diſcurrēdo intelligeret vileſce
ret: vt declarat̄. xij. Metaph. Diſcurre-
re eñ ꝑtinet ad intellectū q̄ exit de potē
tia ad actum: ⁊ a rebus ſenſibilib⁹: ſuas
colligit foꝛmas et ſpēs intelligibiles per
quas fit in actu. Intellectus autē ſepati
non intelligūt ſuas foꝛmas intelligibiles
a rebus ſenſibilibus: eo ꝙ habēt ſpecies
intelligibiles eis cōcretas. vnde dicit au
toꝛ libꝛi de cauſis. Qꝛ intelligentia plena
eſt foꝛmis. Intellectus etiam ſepati ma
xime ſunt in actu: nō ergo intelligunt di-
ſcurſiue: quia hoc eſt impfectionis: quia
intellectus diſcurſiuus colligit ſpecies a
rebus. vnde dixit Cōmentatoꝛ. xij. Me-
phiſice. Scientia diuina cauſat res: no-
ſtra aūt ſcientia cauſat̄ a rebus. Seq̄
tur ꝙ ſubſtantie ſepate maxime dici de-
bent intellectuales ⁊ parum rōnales: q̄a
ſubſtātie ſepate intelligunt intuitiue tm̄
⁊ non ratiocinādo ꝓcedendo ſcꝫ a cau-
ſa ad effectum. Ratio eñ eſt pars anie q̄
procedimus ad effectum. Sequit̄ ꝙ hō
maxime ⁊ ꝓpꝛie dicit̄ rōnalis ⁊ parū di-
citur intellectualis: qꝛ noſter intellectus
diſcurrit a cauſa ad effectum. Concludi
tur ꝙ hec tertia opatio compꝛehendit̄ ſub
ſcđa: qꝛ diſcurſus etiam fit componēdo
Et hec opatio tertia expꝛimit̄ ꝑ ſylogiſ-
mum demonſtratiuū: de quo dicit̄. j. po-
ſterioꝛum. Demonſtratio ē ſylogiſmus
faciēs ſcire. Cōcludit ſctūs Thomas
Qꝛ ex quo logica eſt directiua noſtri in-
tellectus ne erret ī ſuis opationib⁹. Ne- — Logica
ceſſe fuit vt Ariſtoteles plures faceret li
bꝛos ꝓ regulatione ⁊ directione intelle-
ctus: vnde ꝓ opatione tertia intellectus
dirigenda fecit quatuoꝛ libꝛos. ſcꝫ pꝛioꝝ
poſterioꝝ: topicoꝝ ⁊ elencoꝝ. Pꝛo opa
tione ſcđa fecit libꝛum ꝑiermenias. Pꝛo
pꝛima opatione fecit libꝝ pꝛedicamento
rum. ¶ Quinto querit̄. De obiectio in- — M
tellectus noſtri. Reſpōdet̄ ꝙ dominus — Quito que-
Albertus magnus dicit ꝙ obiectum no — ritur
ſtri intellectus eſt Quidditas abſolute
ſumpta: vt eſt quid cōmune ad quiddi-
tatem rei materialis ⁊ imaterialis. Cui⁹
ratio eſt: q̄a habitus nō excedit potentiā
⁊ ꝑ ꝯſequens obiectū habitus nō debet
excedere obiectū potentie. Sed obiectū
metaphiſice q̄ eſt habitus intellectualis:
eſt ens inq̄ntum ens: vt dicit̄. iiij. meta-
phiſice: ſed ens inq̄ntum ens dicit̄ a q̄d-
ditate ſimplr̄ dicta: ergo obiectum intel-
lectus erit q̄dditas ſimplr̄ dicta. San
ctus v̄o thomas dicit ꝙ obiectum noſtri
intellectus ꝓpꝛium ⁊ adequatuꝫ ꝓ ſtatu
pꝛeſentis vite eſt. Quidditas rei materia
lis: qđ ſic ꝓbatur. Illud eſt obiectū potē
tie quod eſt ꝓpoꝛtionatum ⁊ adequatuꝫ
illi potentie. Sed quidditas rei materia
lis eſt huiuſmodi: ergo quidditas rei ma
terialis ⁊ nō quidditas ſimpliciter dicta

eſt obiectum intellectus: maioꝛ nota: q̄a
hoc eſt de ratione potentie q̄ debet eſſe
ꝓpoꝛtionata ſuo ſubiecto. Minoꝛ patet:
quia ſicut intellectus eſt ꝯiunctus coꝛpi
ſm eſſe: q̄a eſt in aīa: ⁊ aīa eſt foꝛma cō/
iuncta: ergo etiam intellectus. Et intelle
ctus eſt ſepatus a coꝛpe ſm opationem:
quia nō opaṫ in virtute oꝛgani coꝛpalis
Sic quidditas rei materialis ē cōiuncta
quodāmodo coꝛpi ſm eē. Eſt tn̄ ſepata
a coꝛpoꝛe ſm rōnem ⁊ foꝛmam. Scd̄o
ꝓbaṫ: quia intellectus ꝑ ſtatu p̄ſentis
vite non cognoſcit niſi ꝑ miniſteriū ⁊ au
xilium ſenſus. Quia noſter intellect⁹ in/
telligit ꝑ abſtractionē ſpeciei intelligibi/
lis a fantaſmate: ergo illud ē obiectū in/
tellectus noſtri qḋ non habet eſſe niſi in
materia ſenſibili ⁊ fantaſmate. Hoc aūt
eſt quidditas rei materialis ⁊ nō quiddi
tas ſimpliciter dicta. Poteſt tn̄ ꝯcoꝛ/
dari Albertus qui ponit obiectuꝫ noſtri
intellectus: quidditatē abſolute ſumptā
⁊ ſctūs Thomas qui ponit obiectū no/
ſtri intellect⁹: quidditatē rei materialis.
Nam in intellectu eſt aſſignare duplicē
vim. Unā humanā vt ſe cōuertat ad fan
taſmata: ⁊ ꝑ illam intelligit materialia ⁊
cōiuncta materie. Et ſm hoc habet pꝛo
obiecto: q̇dditatē rei materialis. Alterā
habet vim ⁊ particulā diuinā: inq̄ntum
intellectus eſt veſtigiū intelligētie ſepate
⁊ per illam intelligit ſubſtātias diuinas.
Et ſic obiectū intellectus pōt poni: q̇d/
ditas ſimplr̄ dicta. Primū voluit Tho/
N mas. Scd̄m Albertus. Pro claꝛioꝛi
dictoꝝ intelligētia. Querit̄ quid eſt q̇d/
ditas rei materialis. Reſpondet̄: q̄ hec
quatuoꝛ. Quidditas eſſentia: foꝛma toti
us ⁊ vniuerſale. ſunt idem ſm rem: ſed
Quidditas differūt ſolum ratione. Quidditas enim
eſt abſtractuꝫ a quid eſt. Eſſentia eñ rei
abſolute ꝯſiderate dicit̄ quidditas. Sed
quidditas accepta vt eſt pfectio ſuppoſi
ti: dicit̄ quod quid eſt. Quidditas enim
abſtrahit a ſuppoſito ſicut quodlibet ab
ſtractum a concreto: ſed qḋ quid eſt con

cernit ſuppoſitum ſicut quodlibet ꝯcre/
tum. Et quia diffinitio notificat quiddi/
tatem rei. Diffinitio eſt ſermo q̇dditatis
⁊ eēntie: vt dicit̄. vij. Metaph. Eſſen/ Eſſentia
tia vo̅ impoꝛtat aliquid in oꝛdine ad eſſe
ideo eſſentia dicit̄ illud per quā ens ha/
bet eſſe. Nomen vo̅ quidditatis: ſumit̄
ab eſſentia. Et q2 illud per qḋ conſtituit̄
res in ꝓpꝛio genere vel ſpecie: ſignificat̄
per differentias indicantes quid eſt res.
Inde eſt quod nomen eſſentie a philoſo
phis mutatum eſt in nomē quidditatis.
Et inde eſt q̄ philoſophus diffinitioneꝫ
⁊ eſſentiam rei: ſepe nominat quod quid
erat eſſe: vt pātꝫ. vij. Metaphi. Et eſt
etiam alia cauſa: quia ad interrogationē
factam per quid eſt res: conueniēter re/
ſpondet̄ per ipſam diffinitionem que ex
plicat eſſentiam ⁊ quidditatē rei. vt duꝫ
querit̄ Quid eſt homo. Reſpondet̄ eſt
animal rōnale moꝛtale: ſic accipiēdo q̇d
ditatem: etiaꝫ cōuenit foꝛme non cuiuſli
bet: ſed foꝛme totius. Eſt enim duplex Foꝛma
foꝛma. Una eſt foꝛma partis que dicit̄
pars compoſiti ſubſtantialis que dat eē
ſubāle. Et hec vocat̄ foꝛma partis in cō/
paratiōe ad foꝛmaꝫ totius. Et ſic anima
dans eſſe ſubſtātiale coꝛpoꝛi: dicitur foꝛ
ma partis hoīs. Alia dicit̄ foꝛma totius
Et dicit̄ natura ipſius rei: que cōſideraṫ
abſq̄ ꝯditionibus materialib⁹ ⁊ fantaſ/
matibus indiuiduātibus. Et generaliter
cuiuſlibet rei natura ⁊ ſubſtantia impoꝛ
tata ꝑ diffinitionē: vocat̄ foꝛma totius:
in compatione ad foꝛmā ꝑtis pꝛimo mo
do dictam. Unde ſicut aīa dicit̄ foꝛma
partis: ita natura impoꝛtata ꝑ diffinitio
nem ſcꝫ humanitas (reſultans ex cōiun/
ctiōe aīe rōnalis ⁊ coꝛpis humani) dicit̄
foꝛma totius ꝯpoſiti ſeu cōiuncti. Eſt Totū cōpoſitum
aūt totum compoſitū ſeu ꝯiunctum ſub
ſtantia ſubſiſtens ex materia ⁊ foꝛma: vt
homo componit̄ ex materia ſcꝫ coꝛpoꝛe
Et aīa rōnalis ſicut ex foꝛma ꝑtis. Suffi
cit etiā q̄ in toto cōpoſito ⁊ cōiuncta ſit
cōpoſitio alicui⁹ ꝑ modū mãe ⁊ alicuius



ꝑ modū foꝛme: hec aūt cōpoſitio triplex
eſt. Pꝛima eſt ꝑ actum ⁊ potentiam. Et
ſic cōponit̄ ſpēs ex gñe: tanq̄ potētia foꝛ
mali foꝛmabili: ⁊ ex drñtia tanq̄ ex actu
actuante ⁊ ꝯtrahēte genus ad ſpēm de/
terminatā. Scd̄a eſt cōpoſitio ex eſſe et
eſſentia: quā hꝫ oē ſuppoſitū creatum in
genere ſube. Tercia eſt compoſitio ex q̄
eſt ⁊ quid eſt. Qualis cōpoſitio eſt in an
gelo: ⁊ aīa rōnali ſm. S. Tho. ⁊ Alber/
tū. Sed. S. Bona. Alexander de ales: et
plures alij: vt ſupꝛa habitū eſt. c. xxvij. in
fine. Dicūt q̄ angelus ⁊ aīa rōnalis ſunt
cōpoſiti ex materia et foꝛma. Nominat̄
etiam quidditas rei materialis vniuerſa
le quod idē eſt cū foꝛma totius: aīa enim
nō dicit̄ eſſe vniuerſale reſpectu vni⁹ ho
minis: ſed potius hō ſeu humanitas q̄
dat eſſe toti: ⁊ hec dicit̄ eſſentia rei: q2 to
tum eſſe cōplectit̄. Foꝛma vo̅ partis que
in genere nō hꝫ niſi ꝑ reductionē: non eſt
ꝓpꝛie dicere vniuerſalē: pōt tamē aliquo
mō dici vniuerſal' radicatione: cū illa eſt
indifferens ad multa q̄ fieri pñt ex ipſa.
Sicut cauſa dicit̄ eſſe vniuerſalis: q2 po
teſt in multa. Ex dictis ſequit̄ q̄ obie/
ctū intellect⁹ ſcꝫ q̇dditas rei mālis eſt: eſ
ſentia ⁊ foꝛma totius ⁊ vniuerſalis com
plectēs totū eſſe rei mālis. i. indiuidui et
ſuppoſiti: ⁊ h̄ q̇dditas rei māl' vt hr̄. vij.
meta. ſm eſſe exiſtentie nō eſſe ſine ſup/
poſito cui⁹ eſt quidditas: vt dicebat pla/
to. Res eñ nō pōt eſſe ſine q̇dditate: vt
dr̄. vij. Meta. Nihil eñ eſt intim⁹ rei q̄
ſua q̇dditas. Tamen quidditas ſm eſſe
eſſentie differt a ſuppoſitis q̄ illā naturā
participāt. In reb⁹ eñ mālib⁹ ⁊ mathe/
maticis: aliud eſt q̇dditas ⁊ aliud ſuppo
ſitū illius q̇dditatis: vñ dicit phūs. iij. de
aīa. Aliud eſt caro: ⁊ aliud carnis eē. Si/
militer aq̄ ⁊ aque eſſe. Et aliud ē magni/
tudo ⁊ magnitudinis eſſe: ibi Ariſtoteleſ
per carnem: aquā ⁊ magnitudinē intelli
git ſuppoſitū. Sed ꝑ carnis eſſe: ꝑ aque
eſſe: per magnitudinis eſſe: intelligit q̇d/
ditatem. Ibi ariſtoteles plane cōcludit

q̄ in rebus materialibus (ſimiliter in
mathematicis que itelligit per magnitu
dinem) quidditas et ſuppoſitum diffe/
runt realiter: ideo alia virtute cognoſcit̄
res materialis indiuiduū ⁊ ſuppoſitum:
et alia virtute: rei mālis eſſe. i. q̇dditas.
Per ſenſum eñ cognoſcimus indiuidu/
um: per intellectum vero quidditatem.

Conſiderandum etiam q̄ q̇dditas rei Materia
mālis alijs nominib⁹ nominat̄ Nomina
tur eñ mā circa quā: obiectū ⁊ ſubiectū
ſciētie. Pro quo ſciendū q̄ materia ē tri Q
plex. Quedā eñ eſt materia ex q̄ res mā
lis ſiue artificialis cōponit̄: ⁊ hoc modo
materia pma: eſt materia oīm elemētoꝝ
Et elemēta ſunt mā oīm mixtoꝝ in natu
ralib⁹: in artificialibus vo̅ ferrū eſt mate
ria cultelli. lapides ⁊ ligna ſunt mā ex q̄
fit domus. Alia eſt materia in q̄ vicꝫ om
ne illud quod eſt ſuſceptiuū foꝛme: tam
ſubſtantialis q̄ accidētalis: dicit̄ mate/
ria in qua foꝛma ſubſiſtit: ſicut aīa habet
materiam in qua ſcꝫ coꝛpus: ⁊ albedo: ⁊
quātitas totum cōpoſitū. Tercia auteꝫ
materia dicit̄ circa quā: et hec materia ē
obiectum potentie ⁊ ſubiectum ſcientie.
Verbigrā. Coloꝛ eſt obiectum viſus: et
q̇dditas rei mālis: obiectū intellect⁹. Di
citur eñ coloꝛ materia ⁊ obiectū viſus:
quia in eū fert̄ ⁊ terminat̄ viſio. Nō aūt
eſt materia ex qua: quia ex coloꝛibus nō
cōponit̄ viſus: nec in qua: q2 viſio nō eſt
ſubiectiue in coloꝛe ſed in vidente: ſed ꝓ
pꝛie dicit̄ materia circa quā: q2 circa eaꝫ
habet negociari viſiua potentia ſicut cir
ca ꝓpꝛium obiectum ad quod terminat̄
viſio. Dicitur autē materia: quia habet
ꝓpꝛietates materie: q̄ eſt recipere vel pa
ti. Videri eñ paſſiue cōuenit coloꝛi: h⁹ ſal
tem ſm modū ſignificādi. Parifoꝛmit̄
dōm eſt de q̇dditate rei mālis q̄ eſt obie
ctū potētie intellectiue circa quā intelle/
ctus negocia i intelligēdo. Eodē mō ſen
tiendū eſt de omni ſubiecto ſcie qḋ etiā
obiectum vocatur. Quia obiectum eſt Subiectum
illud quod pꝛimo obijcitur conſpectui

potentie vel ſcientie. Et ſic obiectum vel ſubiectum alicuius ſcientie circa qꝺ ſciẽtia negociat̃: ⁊ de quo fiunt demõſtrationes: vt corpus mobile in ſcientia naturali dicit̃ obiectum: ſubiectum vel materia ſciẽtie naturalis: non materia ex qua fit: qꝛ ſcientia cum ſit forma ſimplex nõ habet materiã partẽ ſui. Nec materia in q̃ qꝛ ſcientia naturalis non eſt in corpe mobili ſicut in ſubiecto: immo in intellectu. Sed eſt materia circa quam ipſa ſciẽtia negociat̃ ⁊ inquirit cõcluſiones ⁊ demõſtrat. Et ita poteſt dici materia circa quã ⁊ obiectũ cuiuſlibet potentie: ⁊ ſubiectũ cuiuſlibet ſcientie. Sic q̇dditas rei materialis põt dici materia circa quã et obiectum potentie intellectiue. Ueruntamẽ ꝙ obiectũ potẽtie nõ ſic dicit̃ ꝓprie ſubiectam ſicut obiectum.

P Sexto q̃rit̃. ¶ Sexto queritur. Utrũ vniuerſale ſit obiectũ intellectus. Rñdet̃ ꝙ ſic: qꝛ q̇dditas rei materialis eſt vniuerſale: quia idẽ eſt dicere vniuerſale ⁊ q̇dditas rei vt dicit phs. iij. de aĩa. Nã illud eſt obiectũ intellectus cuiꝰ eſt ſcientia: ſed ſcientia eſt vniuerſaliũ: vt dicit̃. ij. de anima. Sicut eñ ſenſus eſt ſingularium ſic intellectus eſt vniuerſaliũ. Eſt eñ vniuerſale dum intelligit̃ ſingulare dum ſentit̃. Notandum tñ ꝙ vniuerſale vno modo capit̃ materialiter ꝓ natura vniuerſali ⁊ cõi rei material' ſubſtrata. Et hec natura cõis non eſt aliud ꝙ̃ forma totius in qua plura realiter aſſimilant̃ de q̇bus eſſentialiter p̃dicat̃. q̇ꝛ eſt pͥncipium cognoſcẽdi ⁊ p̃dicandi. Et hec forma totius q̇ cum de ſe nata ſit eẽ in multis vniuerſalis ẽ. Particulat̃ autem nõ per additionẽ alterius forme ſed per coniunctionẽ ſui cum materia. Ex q̃ cõiunctione materia appropriat ſibi formã ⁊ forma materiã: ſicut dicit. S. Bonauentu. in. ij. ſen. Et qꝛ nunꝙ̃ eſt forma ſeparata a materia: nunꝙ̃ eſt forma vniuerſalis ſine particulari. Quãuis autem vnum nõ ſit ſine altero differt tamẽ vnũ ab altero: ꝙ̃uis eñ albedo nõ poſſet eſſe ſine corpore: differt tñ a corpe. Alio modo vniuerſale capitur formaliter pro intentione vniuerſalitatis. Et eſt actualis relatio nature vniuerſalis materialit̃ accepte ad oĩa de quibus predicat̃. Et hec eſt cõpletiua et formalis ratio vniuerſal' quã habet per actum intellectus. Et hoc eſt qꝺ dicit cõmentator intellectus cauſat vniuerſalitatẽ in rebꝰ. Et natura vniuerſalis ſic formaliter accepta: dicit actũ vniuerſalitatis qui eſt p̃ter eſſentiam nature ſic nõ eſt obiectũ intellectus. Modo Ariſtoteles cum dicit. Scientia ẽ vniuerſalium: capit vniuerſale materialiter ꝓ natura et q̇dditate rei materialis. Et hoc vniuerſale cõſiderãt ſcie reales. Sꝫ vniuerſale formaliter captũ ꝓ intentione vniuerſalitatis logica q̃ eſt de intentionibus ſcꝺis adiunctis pͥmis cõſiderat.

Q Uniuer eſt tripl ¶ Uniuerſale eſt triplex. Unde conſiderandum ꝙ ſm intentionem Alberti magni quinto meta. Uniuerſale eſt triplex. ſ. ante rem: in re: ⁊ poſt rem. Quod alij ſb alijs verbis exprimunt: ſcꝫ in cauſando in eſſendo: ⁊ in predicando. Uniuerſale ante rem ſm Albertũ eſt duplex ſcꝫ ante rem natura ⁊ tpe ſimul: ⁊ ante rem natura tñ. Uniuerſale ante rem natura ⁊ tempore ſimul: eſt forma vel natura in lumine intelligibili prime cauſe: in quo lumie habet rationẽ pͥncipij formalis exemplaris ⁊ ydealis exiſtens illic lux ⁊ vita. Unde notandum ꝙ omne agens per intellectum agit per exẽplaria et rationes rerũ fiendarũ: vt domificator ꝑ rationem domus quã mẽte cõcipit: format domũ realẽ Ut dicit̃. ij. meta. Domus ab extra fit a domo ab intra. Cum ergo agẽs qꝺ eſt deus eſt agens per intellectũ: vt pꝫ. xij. meta. Ipſam agit per rationes exemplares ⁊ ydeales: que rationes ydeales relate ad mentẽ diuinam ſunt vna ſubſtãtia ſimpliciſſima: vna mens ⁊ vnus intellectus: quia ſunt idem cum vniuerſoꝝ pͥncipio. Quod licet ſit vnũ: tñ diuerſimode a rebus creatis eſt imitabile. Ydee autem rerũ ſi referãt̃ ad res creatas: quaꝝ ſunt ydee: plures ⁊ multe ſunt: ſm ꝙ alias ⁊ alias habitudines ad mentẽ diuinã terminant. Sil'e habemus de centro circuli: qꝺ ſm ſe ẽ vnũ tñ: ſi aũt centrũ referat̃ ad lineas que ab ipo ꝓcedunt: qꝺãmodo eſt plura. Uniuerſale itaq; añ rem tpe ⁊ natura ſimul: non habet rationem vniuerſalis p̃dicabilis: qꝺ nominat formã formaliter ſuis particularibus ⁊ inferioribus ꝯiunctã. Sed tale vniuerſale habet rationeꝫ vniuerſalis exẽplaris: ad





Ydea cuius imitationẽ oĩm quoꝝ eſt ydea ſũt ꝓducta (Sunt aũt ydee ſm Augꝰ. forme pͥncipales rerũ: q̃ in diuina intelligẽtia ꝯtinent̃) Dicit̃ aũt ydea ab ydos qꝺ eſt forma vel exẽplar. Ydee eñ rerũ ⁊ exemplar ⁊ rationes ſit in deo ſunt ꝙ ydea importat cauſam efficientẽ ⁊ cõformẽ effectui: ſed exemplar cauſaꝫ formalẽ. Ratio vero cauſam finalẽ. Deus eñ oĩm rerum eſt pͥncipium efficiẽs a quo ſunt. Et forma exemplaris ad cuius imitationeꝫ fiunt: et finis ad quẽ fiunt (Oĩa ꝓpter ſe oĩa opatus eſt deꝰ: ſcꝫ ꝓpter ſuã gloriam non augendã ſed manifeſtandã: ⁊ ꝓpter ſuam bonitatem cõmunicãdã) Uidemꝰ eñ in nobis ꝙ oẽs forme rerũ artificiatarũ ſequunt̃ vnũ exemplar qꝺ eſt in mente artificis: et tale vniuerſale dr̃ añ rẽ: qꝛ tale vniuerſale ſm naturã p̃cedit ſingularia: qꝛ eſt cauſa ⁊ exẽplar ſingularium: mõ cauſa p̃cedit effectum: etiam p̃cedit ſingularia tpe: qꝛ tale vniuerſale eſt eĩnũ ſingularia vero ſunt corruptibilia. Modo eternũ p̃cedit corruptibile duratione

Sed vniuerſale añ rem natura tñ: eſt forma cõſiderata ꝓut eſt radius lucis pͥme: quõ cõſiderat̃ in ratione pͥncipij fluẽtis nõ determinatũ ad aliquod ſuppoſitum ⁊ indiuiduũ: ⁊ dicit̃ vniuerſale ante rem natura tñ: qꝛ forma talis natura. i. ſm naturalem ordinem intelligendi precedit ſingularia licet non tpe: alias rediret opinio platonis dicentis vniuerſalia ⁊ naturas omnino eſſe ſeparatas: tã ſm eſſe ꝙ̃ ſm rationem: ⁊ ex̃ oẽm intellectũ eſſe: tam diuinum cauſantẽ et cognoſcẽtem: ꝙ̃ extra humanum cognoſcentem tñ: ⁊ dixit ſic naturã hũanã eſſe ſine ſuppoſitis et ſine eis exiſtere. Eſt eñ articulus pariſienſis condẽpnatꝰ dicere ꝙ ab eterno fuerunt extra deum quidditates alique vel vniuerſales rationes. Quales fantaſiati ſunt quidã eſſe vniuerſalia realia p̃ter deum et preter omnem intellectum operationem ſeu cõceptum. Fuit ⁊ ſcꝺa opinio epicureoꝝ qui dicebant vniuerſalia eſſe ſimpliciter eadẽ cum ſingularibus ſm eſſentiam: coniuncta ſingularibus tam ſm eſſe ꝙ̃ rationem.

Tercia poſitio fuit Ariſtotelica ⁊ paripatetica que tenet mediũ: dicens ꝙ vniuerſalia ſunt ꝯiuncta ſingularibꝰ ſm eẽ exiſtentie: quia non eſt homo preter hũc hoiem: ⁊ canis p̃ter hunc canem. Separata autem ſm rationẽ. i. ſm modũ intelligendi: non ſolum ſm rationẽ raciocinãtem naturã tñ: ſed etiam ſm rationẽ rei ⁊ naturam rationabilis. Dicitur eñ. vij. meta. Contingit intelligere hoiem preter hunc hoiem. Abſtrahentiũ eñ nõ eſt mẽdacium. ij. phicoꝝ. Multa enim coniuncta ſunt ſm eſſe exiſtentie: que tñ intellectus diuiſim apprehẽdit ⁊ intelligit. Albedo eñ ⁊ dulcedo ⁊ lac ſunt vnũ ſm eẽ tñ diſtincte a diſtinctis potentijs cognoſcant̃. Aliud eſt vniuerſale in re: ⁊ eſt forma eadem in ſingularibus accepta et in ſingularibꝰ participata: vt natura humana cõſiderata vt habet exiſtere in ſuppoſitis: et dicit̃ vniuerſale in re: qꝛ talis natura ſm eſſe exiſtentie eſt in ſingularibus. Tercium eſt vniuerſale poſt rem ⁊ eſt eadem forma vel natura per lumen intellectus agẽtis a ſingularibus abſtracta: et per intellectum poſſibilem vniuerſaliter apprehenſa. Et dicitur vniuerſale poſt rem: quia abſtrahitur a ſingularibꝰ per lumen intellectus agentis. Intellectus enim noſter poſt inſpectionem fantaſmatum cauſatorum a rebus extrinſe-

cis ſenſibilibus: format primo cõceptus
vagos ab om̃i cõnotatione accidentium
vt a ſitu a loco a figura a tempore: et ſic
de alijs. Quo facto remanet in anima ſi-
militudo eſſentialis in qua conueniũt ex
terius a parte rei omnia ſenſata que ſũt
eiuſdem generis vel ſpeciei. Exemplum
primi animalitas. Exemplũ ſcd̃i huma-
nitas: qua denudatiõe ſic facta remanet
abſolutus ⁊ vniuerſalis cõceptus aialis
Remanet inſuꝑ ſpecificus et abſolutus
conceptus hoĩs: quos ſignificant voces
iſte animal ⁊ homo. Et ſi querat̃ vbi
eſt humanitas adextra Rñdet̃ ꝙ in hoc
homine ſingulari ⁊ in alio ſimiliter. Et ſi
nullus eſſet ſingularis homo: nulla pma
neret exterius humanitas. Qm̃ deſtru-
ctis primis ſubſtantijs .i. indiuiduis: im-
poſſibile eſt aliqđ aliorũ remanere .i. ge-
nerib⁹ ⁊ ſpeciebus: vt dicit Ariſtoteles.
Nihilominus adhuc remaneret hoc vni
uerſale humanitas interius in mente an
geli: ſicut ante mundi conſtitutionẽ erat
ꝓut nũc eſt vniuerſalis ratio humanita
tis in mẽte dei: ſicut deſtructis ſingulis
domibus ab vno architecto conſtructis
remanet forma artificialis in mente do-
mificatoris. Conſiderãdum poſtremo
ꝙ cum omnis ſcientia ſit vniuerſalium.
Uniuerſale autem eſt per abſtractionez
non ſm̃ eſſe ſed per intellectus conſide-
rationẽ: inquantũ talia cõſiderãtur abſ-
q; materia ⁊ ſingularibus. hoc autẽ põt
fieri tripliciter. Uno modo vt intellect⁹
cõſiderat aliqđ itelligibile abſq; hac ma
teria ſenſibili: ſicut hominem nõ conſide
rando hunc ſortem: quãuis talia intelli-
gat cum materia ſenſibili in communi. ⁊
talis abſtractio vocat̃ phiſica .i. natura-
lis: quia phiſica conſiderat vniuerſale in
re. Unde ſcientia naturalis eſt ſic de ab-
ſtractis non tamen excludit materiã ſen
ſibilem in communi quia intelligit homi
nem cum carnibus et oſſibus in cõmuni
Non tamẽ cõſiderat cum iſtis carnibus
et oſſibus particularibus. Secundo
modo poteſt fieri hec abſtractõ: vt ſcz in
tellectus conſideret rem non ſolum ſine
hac materia ſenſibili Sed cõſiderat rem
etiam abſq; cõſideratione ſenſibilis ma
terie in communi: licet eam cõſideret cũ
materia intelligibili. Unde poteſt cõſide
rare circulum ſine materia ſenſibili: ſcili-
cet ere ferro ligno. Sed quia oportet ꝙ
circulus ſit in aliqua materia: nõ intelli-
gitur ſine materia intelligibili: et talis ab
ſtractio vocatur mathematica: quia de
talibus abſtractis ſunt ſciẽtie mathema-
tice: que etiam conſiderant vniuerſale in
re. Tercio poteſt aliquis intellectus
conſiderare rem aliquã: et ſine hac mate
ria ſenſibili: que eſt abſtractio phiſica Et
ſine materia ſenſibili in cõmuni licet in-
telligibili: que eſt abſtractio mãthemati-
ca: et etiam ſine materia ſenſibili ⁊ intel-
ligibili: ⁊ hec eſt abſtractio methaphiſica
vt actum et potẽtiam poſſum cõſiderare
ſine materia ſenſibili ⁊ intelligibili: et ſic
metaphiſica cõſiderãs naturas rerũ ab
ſolute cõſiderat vniuerſale ante rem: na
tura tñ. Sed theologia conſiderat vni-
uerſale: ante rẽ natura ⁊ tempore ſimul.
Abſtractio autem intellectus nõ eſt rea-
lis ſeparatio: ſicut cultellus ſeparat car-
nes ab oſſibus: ſed vnius cõſideratio ſi-
ne altero: ſicut viſus videt colorem i po-
mo nõ conſiderando de ſapore. Et quia
vt talia ſic cõſiderãtur abſtracta: cõpetit
eis vt dicãtur de multis ſicut ſunt i mul-
tis. Quia vniuerſale ſm̃ phm̃ primo po
ſteriorum. Eſt vnum in multis et vnum
de multis: ideo eſt alia abſtractio que il-
las conſequitur que eſt per predicationẽ
et ſic homo eſt abſtractum cõmunitate
ꝑdicationis quia predicatur de ſorte et
platone. Et tale eſt vniuerſale poſt rem:
quod logicus conſiderat. Hec que dicta
ſunt de vniuerſalibus ſufficiant ne res
diſpendio tedium inducat. Materia em̃
hec de vniuerſalibus ad yſagogas por-
phirij pertinet. ¶ Septimo queritur.
Utrum ens ⁊ vnum vel rerum vel deus

S Septi[mo] queritu[r]



ſint obiectum intellectus. Reſpõdet̃ ad
primum ꝙ ens ⁊ vnum nõ eſt obiectum
intellectus. Licet em̃ ens ⁊ vnum primo
intellectui imprimũtur ſub ratiõe quorũ
rum omnia intellectus intelligit vt dicit
Auicẽna ⁊ Ariſtoteles primo poſterioꝝ.
Non ens non intelligit̃: tamen ens non
eſt obiectum adequatõis: ſed poteſt eſſe
obiectum cõmunitatis: quia multa ſunt
entia q̃ intellectus noſter nõ poteſt intel
ligere: vt diuina: ⁊ ſubſtantias ſeꝑatas.
Ergo cõmuniſſima predicata cõtinẽtur:
in quidditate rei materialis: ſicut ſuperi
ora continẽtur in ſuis inferioribus. Ta-
lia vero cõmuniſſima ſunt: ens: vnum
actus potentia. Et ſic etiam cadunt ſub
quidditate rei materialis. Ad ſcd̃m di
citur: ꝙ verum non eſt obiectum intelle-
ctus: ⁊ ſi arguat̃: ſicut ſe hz bonũ ad ap-
petitum: ſic verũ ad intellectum: ſed bo-
num eſt obiectum appetitus. Dicit̃ em̃
primo ethicoꝝ. Om̃ia bonum appetunt
ergo ⁊c̃. Dicendũ ꝙ verum. Uno mo-
do capit̃ materialiter ⁊ abſolute: ⁊ ſic po
teſt dici obiectum intellectus. Alio mo-
do prout importat relatiõem ſub qua in
tellectus fert̃ in obiectum ſuum: ⁊ ſic nõ
poteſt eſſe obiectum intellectus: eo ꝙ ve
rum ⁊ falſum ſunt in anima: vt dicit̃ .vj.
Metaphi. Obiectum autem intellectus
debet dicere quid reale: id eſt aliquã na-
turam realem extra animam: ⁊ nõ eſt ſi-
mile de bono ⁊ vero: quia bonuz ⁊ malũ
ſunt formaliter in reb⁹. Uez aũt ⁊ falſuz
ſunt in aia vt dictũ eſt. Ad tertium di
cendum ꝙ deus nõ eſt obiectum intelle-
ctus noſtri vt quidã poſuerũt: ſic ꝓban
tes. Sicut enim illud eſt obiectum viſus
quod per ſe ⁊ ſm̃ ſe eſt viſibile: ita obie-
ctum intellectus videt̃ eſſe quod per ſe
⁊ maxime eſt intelligibile. Sed hoc ẽ cau
ſa prima ſiue deus qui eſt maxime intelli
gibilis: patet. Om̃e em̃ quod eſt intelligi
bile intelligit̃ vt eſt in actu. Cauſa autez
prima maxime eſt in actu: quia eſt actus
purus: vt dr̃ .xij. Metaphiſice. Reſpon-
detur ꝙ deus nõ eſt obiectum intellect⁹
noſtri poſſibilis: q̃a obiectũ potentie de-
bet eſſe primũ quod cognoſcit̃ a potẽtia
ſed deus non eſt primũ quod noſter intel
lectus intelligit: q̃a ipm̃ cognoſcim⁹ tm̃
ex creaturis. Et diuinũ illud lumẽ nõ eſt
illud quod cognoſcimus: ſed illud ſub q̃
⁊ in quo alia cognoſcuntur. Sic ergo lu-
men nõ ponit̃ pro obiecto viſus: ſed co-
lor: qui nõ niſi in lumine videt̃: ſic eſt in
ꝓpoſito. vnde Ariſtoteles dicit .ij. Meta
phiſice. Sicut ſe habet oculus nocticora
cis ad lumen ſolis: ita ſe habet noſter in-
tellect⁹ ad ea que ſunt manifeſtiſſima in
natura. id eſt. ad diuina ⁊ ad ſubſtantias
ſeꝑatas. Conſtat autẽ ꝙ licet oculus no
ctue ꝓpter ſui viſus debilitatem in lumi-
ne excellenti non videt. In lumine tamẽ
debili cuius principiũ origo ⁊ radix ẽ ſol
videt: ſic intellectui noſtro innatũ eſt lu-
men debile intellectuale: cum ipſe ſit in-
fimus in virtute: inter ſubſtãtias intelle
ctuales: illud tamẽ lumen deriuat̃ a pri-
mo fonte itellectualis nature ſcilicet deo
Unde dicunt doctores ꝙ omnis veritas
a nobis cognoſcitur in rationibus eter-
nis: a quibus huiuſmodi lumen deriua-
tur. Et ſic quodãmodo deum cognoſci-
mus in qualibet cognitione veritatis.
Sicut videns aliquã claritatem a ſole vi
det quodammodo ſolem: quia omnis
claritas et lux eſt a ſole. Sic intellectus
poſſibilis informatus lumine intellectuſ
agentis quod eſt ſimilitudo prime lucis:
in hac ſimilitudine cognoſcit lumen pri-
mum quod eſt deus.
¶ Octauo queritur De diuerſis modis
intelligendi. Qualiter videlicet intelle-
ctus noſter intelligit: deum: angelum: ſe
ipſum: ſingularia ⁊ immaterialia. Re-
ſpondetur de cognitione dei iam aliqua-
liter dictum. Unde conſiderandum ꝙ in
tellectus noſter eſt quodãmodo om̃ia in
tellectiue nõ cõpoſitiue. Nõ tñ eodẽ mõ
om̃ia intelligit. Nã aliqua intelligit dire
recte aliqua indirecte: aliq̃ ꝑ ꝓpriã ſpẽm

T Octauo q̃ri tur

h 2

⁊ a priori: aliqua ꝑ ſpēm alienā ⁊ a poſte-
riori. Diuina em̄ ⁊ cauſas ꝓmas: non in-
telligit a priori ⁊ ꝑ ſpecies ꝓprias. Quic-
quid em̄ directe intelligit̄ eſt ſub ſenſu ⁊
ſenſibile: eo ꝙ nihil ē in intellectu niſi pri-
us fuerit i ſenſu ⁊ fantaſmate: a quo ſpe-
cies intelligibilis abſtrahit̄. Diuina autē
non ſunt ſenſibilia nec ſub ſenſu cadunt
vnde ⁊ intellectus nō cognoſcit ea. Ni-
hilominus tamē intellectꝰ aliquo modo
cognoſcit diuina nō quo ad quid: ſ; quo
a .i. quia eſt in via: ſed in patria cognoſci
tur ſicut eſt: nunꝙ tamen nec hic nec ibi.
quid eſt: q2 infiniti ad finitū nulla eſt pro
portio. Intellectus em̄ humanus ⁊ an-
gelicus ſunt finiti limitati ⁊ modificati in
actibus ſuis intelligendi. vnde Boetius
Trinitas ſibi ſoli nota eſt ⁊ homini xp̄o: Trinitas
cui ſpūs datꝰ eſt nō ad menſuram. Naꝫ
quicquid potuit ei deus de ſpū ſuo dare:
dedit ei ſupra omneꝫ ꝓportionē reſpectu
alioꝝ hominū. Dedit em̄ ei deus plenitu
dinem gratie in affectu: ⁊ plenitudinē ſa
piētie in intellectu: ac plenitudinē meriti
in opere ⁊ affectu. Nihilominus tn̄ intel
lectus noſter aliquo modo cognoſcit de
um ex effectibus a poſteriori. Vn̄ Moy
ſes cuꝫ faciem dn̄i voluiſſet videre dictū
eſt ei. Nō viuet homo ⁊ videbit me: hoc
eſt. eſſentiā meā: ⁊ ſubiunxit: faciē meam
id eſt. eſſentiā meā nō videbis: poſterio-
ra mea videbis .i. cognoſces me ꝑ effectꝰ
creaturaꝝ. Naꝫ creatura mūdi eſt ꝗdaꝫ
liber in quo relucet ⁊ repreſentat̄ ⁊ legit̄
trinitas fabricatrix: ſm̄ triplicē gradum
expreſſionis. ſcꝫ ꝑ moduꝫ veſtigij: imagi
ginis ⁊ ſimilitudinis: ita ꝙ ratio veſtigij
reperit̄ in om̄ibus creaturis. Ratio ima
ginis ſolum in intellectualibus ⁊ rōnali-
bus. Et ratio ſimilitudinis: ſolum in dei
formibus. Ex ꝗbus quaſi per quoſdam
ſcalares gradus natus eſt intellectus hu
manus gradatim aſcendere in ſummuꝫ
principium quod eſt deus: hec ſanctus
Bonauentura in breuiloquio: parte .ij.
ca. xij. Et multa plura. Vide ibi. Simili-
ter in Centiloqio. parte. iij. ca. xvj. Sūt
inſuper alie due vie ⁊ modi cognoſcendi
deum, vna eſt via affirmatiōis ⁊ poſitio-
nis ꝑ eminentiam. ſcꝫ cōſiderando quic-
quid in creatura receptum eſt eminen-
tius: perfectius ⁊ nobilius eſt in deo. Ex
emplū de bonitate. Bonū ⁊ melius dicit̄
tur in cōpatione ad optimū: ſed in cre-
aturis ⁊ ſubſtantijs corpus inuenit̄ bo-
num ſpūs melior: in quibus tamē nō eſt
bonitas a ſeipſis: ergo oportet dare opti
mū a quo ſit bonitas in vtroqꝫ: ⁊ hoc eſt
deus. Pariformiter exemplificari po-
teſt de potentia ⁊ ſapiētia dei que cuꝫ in
creaturis inueniant̄: attribuenda eſt deo
ſumma potētia ⁊ ſapiētia. Et ille modus
deum cognoſcendi eſt beati Auguſtini.
Alius modus cognoſcendi eſt Dionyſij
edocti a conſcio ſecretoꝝ celeſtiū ſancto
Paulo: ⁊ eſt ſm̄ viam negationis ⁊ abla
tionis: auertendo ſe a fantaſmatibꝰ cor-
poreis: et ab negatis om̄ibus que ſentiri
vel imaginari: vel intelligi poſſunt: ferat
ſe ſpūs rōnalis per amorem in diuinam
caliginē: vbi ineffabiliter ac ſupmentali-
ter cognoſcit deus: ꝓpter hoc dicit Dio-
niſius: affirmationes de deo (ſcꝫ potens
ſapiens ⁊c̄.) ſunt incōpacte: hoc eſt non
competētes vel ſufficiētes aliquid affir-
mare de deo. Negationes ſunt vere. ſcꝫ
illa verba que aliquid imperfectionis a
deo remouēt: ſicut ineffabilis: imenſus:
que menſuram ſeu effabilitatē finitaꝫ re
mouent. Negationes em̄ licet minus vi
deant̄ dicere: tn̄ plus dicunt: dat diuinꝰ
Dioniſius exemplū de Statuifico ſcul-
ptore: qui ex ligno vel lapide ꝑtes abra-
dens format: agalma pulcerrimū: hoc ē
ſimulacrū. Et hoc ꝗdem per ablatōeꝫ ſo
lam: conformiter intellectus remouens
om̄ia per abnegatōem qualia poteſt hic
cognoſcere: que vtiqꝫ ſuam ſecum gerūt
imperfectionem vel potentialitatis: vel
dependentie vel ꝑuatōnis vel mutabili-
tatis. Inuenit tandem om̄ibus his abla
tis Agalma. hoc eſt dei noticiā tanꝙ rei:



actualiſſime ſine potentialitate: ſupreme
ſine dependentia: pure ſine priuatione.
neceſſarie ſine mutabi litate. Fitqꝫ in ta-
li via negationis ſupeminentis perfecti-
onis incluſio: vt cum dicitur deus nō eſt
quid ſenſibile ſed ſuperſenſibile: nec ima
ginabile: nec intelligibile ſed exiſtens ſu-
per omnia hec. Et tunc fertur in mentis
caliginem: ⁊ altius eleuatur ⁊ ꝓfundius
ingreditur: pro eo ꝙ excedit ſe ⁊ om̄e cre
atum. Caligo autem ſcd̄m Cancellari
um in quā fertur ⁊ terminatur mens cō-
tēplantis: eſt ꝯgnitionis priuatio ⁊ amo
ris defectio. Experimētalis em̄ dei ꝯgni-
tio nō fit in via per apertam viſionē: ne-
ceſſe eſt ꝙ fiat per caliginē: ꝙ inhabitat
deus vere abſconditus: qui ponit tene-
bras latibulum ſuū: nam deus inhabitat
lucem inacceſſibilem ⁊ incōprehenſibilē
Neceſſe eſt igitur ꝙ prius mens in per-
ceptione ⁊ experimētali cognitione que
caligo dicit̄ deſerat aliam caliginem. Ca
ligo que deſerit̄ eſt omnis creatura que
de ſe non niſi caligo eſt: priuatio ſcꝫ lumi
nis: ſicut dicit̄ Iohis .j. Lux in tenebris
lucet. Fit autem iſta deſertio ſm̄ tria.
Primo deſerit̄ operatio ſenſitiua: quia
non oportet vt vegetatiua deſerat̄. Se-
cundo operatio intellectiua ſm̄ oē ens ⁊
non ens creatum vel creabile: non de en
te increato primo ⁊ puro hoc intelligitur
Tercio deſeritur mens ipſa: nō vtiqꝫ ꝗn
maneat eſſentialiter in ſe. Alioquin eſſet
⁊ non eſſet niſi velimus inſanire cum al-
marico: ⁊ ſimilibus hereticis dicentibus
mentē contemplatiui vel beati: perdere
ſuum eſſe in ꝓprio genere: et redire in il-
lud eſſe ydeale quod habuit eſſentialiter
in diuina arte: et hoc eſſet mentem anni-
hilari. Quid eſt igitur mentem deſerere
ſeipāam hoc eſt ipſam in actu primo ſuo
eſſentialiter manentem: nullum actū cir
ca ſeipām aut circa quodlibet aliud ens
preter deum exercere. Neceſſe eſt enim
tunc mentem ab omni cognitiuo actu vl̄
affectiuo circa creaturam omnem: etiaꝫ
circa ſeipām vacare ⁊ in ſilentio ſummo
eſſe: mori deniqꝫ toti creature: vt ſoli deo
viuat creatrici eſſentie: et tunc intrat no
uam caliginem: et hec dicit̄ experimenta
lis dei cognitio ſeu noticia vel perceptio
que dicit̄ ſapiētia diuina vel myſtica the
ologia. Que quia in vita pn̄ti non termi
natur in deum clare ⁊ nude viſum: ſiſtit̄
in caligine quadā ſupra ſe: deſerendo ca
liginē creaturarū ⁊ ſe. Hec tamē experi-
mentalis dei perceptio per caliginē: non
fit ſine clariſſima irradiatione ac ſine ſi-
lentio ſuſurrante: ⁊ eſt myſteriū abſcon-
ditū: qd̄ nemo nouit per experientiam:
niſi qui accipit: poteſt tamē noſſe per do
ctrinā in autoritatibus fundatam cū ma
nuductionibꝰ ⁊ exēplis: ſicut beatus dio
nyſius ⁊ ceteri fecere libros de hac re.
¶ Angelus cognoſcitur. Non per ſpeci
em intelligibilem abſtractā a fantaſmati
bus que ſunt ſimilitudo rei ſenſate. Nō
em̄ angelus eſt corporaliter magnꝰ: nec
albus nec rubeus nec coloratus nec ſen
ſibilis ſicut ⁊ aīa. Habet tamē angelꝰ ha
bitudinem ⁊ ordinem ad ſenſibilia: ⁊ ſic
angelus cognoſcit̄ per effectū ſcꝫ ꝑ mo-
tum: angeli em̄ ſunt cauſa motuū in cor-
poribus celeſtibus: ⁊ per motū qui ē ſen
ſibilis deuenimꝰ in cognitionē motoris:
id eſt angeli: qui ſentiri nō poteſt. Deus
em̄ mouet celū mediante angelo ſiue ab
intelligentia ſeparata ſm̄ ſubam a corpe
celeſti: vnita ſm̄ virtutem. Dicit em̄ Au
guſtinus ſup Geneſim ad lrām: ꝙ deus
ſic ordinauit mundū vt ſpiritum prefice
ret omni corpori. Et ideo ſicut congru-
um eſt angelos deputari ad miſterium
hoīm: ſic etiam congruum eſt ipſos de-
putari ad motum ⁊ regimen celorū. Cū
in hoc etiam miniſtrant homini viatori ⁊
diuine ſubſeruiunt maieſtati. Et non ſo-
lum angeli deputantur ad miniſterium
hominum et ad motum celorum: ſed eti
am omnia corporala adminiſtrantur et
reguntur per angelos: vt probat Sctūs
Thomas .j. parte. queſtione. cx. artic. j.

A
Angelus co
gnoſcitur

Quelibet nanqꝫ ſpecies creaturarũ corporalium habet angelum ad ſui gubernationem: vnde dicit Origenes ſuper illud Numeri. xxij. Cum vidiſſet aſina angelum. Oꝫ opus eſt mundo angelis qui preſunt ſuper beſtias: ⁊ preſunt animalium natiuitati ⁊ virgultorum ⁊ plantationum ⁊ ceterarum rerum incrementis.

Dicit etiam Gregorius. Ad ordinẽ poteſtatum pertinẽt omnes angeli: qui habent proprie preſidentiã ſuper demones ita ad ordinem virtutum pertinere videntur omnes angeli qui habent preſidentiam ſuper res pure corporeas. Horũ em̃ miniſterio interdum et miracula fiunt. Ex dictis patet ꝙ per tres effect⁹ ⁊ operationes peruenitur ad cognitionem angelorum: vicꝫ per motum: quia ſunt motores orbiũm celeſtium. Dicit tamẽ Alexander de ales in. ij. parte. q. lij. articulo quinto: ꝙ nõ oportet eſſe tot motores in celis quot ſunt orbes qui mouentur: poſſunt enim ab vno motore recipere diuerſas inclinationes: ⁊ maxime ab illo motore quem non eſt neceſſe agere ſcḋm cõditionem materie. Sed prima opinio eſt communior: ſcꝫ ꝙ quilibet orbis de nouem orbibus celeſtibus habeat ſuũ motorem angelum. Firmamentum nanqꝫ conſtat ex ſeptem orbibus planetarum. et octaua ſpera in qua ſunt ſtelle fixe: et pmo mobili ſiue celo criſtallino: ſeu aq̃o Quod ideo dicit̃ primum mobile: quia omnes ſperas octo inferiores ſuo motu velociſſimo ſecum rapit infra diem naturalem: qui conſtat ex. xxiiij. horis. Dicitur etiam celum criſtallinum: quia admodum criſtalli ſolidum eſt ⁊ perſpicuum. Dicitur etiam aqueum propter conuenientiam cum aqua in perſpicuitate formaliter: et frigiditate effectiue ſolum: non enim formaliter celum aqueum eſt frigidum: ſed effectiue quia cauſat in inferioribus frigus. Scḋus effectus ꝑ quẽ angelus cognoſcit̃ eſt gubernatio et adminiſtratio corporalium ⁊ omnium ſpecierum: vnde dicit ſanctus Bonauentura in ſuo itinerario: ꝙ in hoc mundo qui dicitur megacoſmus. i. maior mundus. ſunt quedam generantia: quedam generata: quedam gubernantia: hec et illa. Generantia ſunt corpora ſimplicia: ſcilicet corpora celeſtia: ⁊ quatuor elementa Nam ex elemẽtis per virtutem lucis cõciliantis contrarietatem elementorũ in mixtis: habent generari ⁊ produci q̃cunqꝫ generantur ⁊ producunt̃ per operationem virtutis naturalis. Generata ſunt corpora ex elementis compoſita. Sicut mineralia vegetabilia ſenſibilia: et corpora humana. Gubernãtia et regentia hec et illa: ſunt ſpirituales ſubſtãtie: ſiue omnino coniuncte: vt ſunt anime brutales: ſiue coniuncte ſeparabiliter vt ſunt ſpiritus et anime rationales: ſiue omnino ſeparate: vt ſunt ſpirit⁹ celeſtes: quos philoſophi intelligentias: nos angelos vocamus. Quibus ſcḋm philoſophos cõpetit mouere corpora celeſtia: ac ꝑ hoc eis attribuit̃ ãminiſtratio vniuerſi: ſuſcipiẽdo a prima cauſa ſcꝫ deo: virtutis influentia: quam refundit ſcḋm opus gubernationis: q̃tum ad rerum conſiſtentiam naturalem. Scḋm theologos autem attribuitur eiſdem regimen vniuerſi ſcḋm imperium ſummi dei: q̃tuꝫ ad opera reparationis: ſcḋm que dicuntur adminiſtratorij ſpiritus: miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis: vt dicitur Ad Hebreos primo. Inferiores enim angeli mittũtur ad aliqua myſteria circa nos exequenda propter ſalutẽ electorũ: vt natura reducatur ad deum per angelicam tanq̃ per ſuperiorem ſcḋm em̃ Dionyſium. Hec eſt lex diuinitatis vt infima per media reducantur ad ſuprema. Tercius effectus angelorum vt iam dictum ẽ miniſteriũ ⁊ cuſtodia: quã ſancti angeli hoibus exhibẽt: vt dicit alexãder de ales parte. ij. q. xxiiij. membro. ij. Sunt enim



quedam operationes mirabiles que nõ poſſunt fieri niſi ab angelo per quas homo poſt deuenire ad cognitionem angeli. Verbigratia: certi ſumus ꝙ anima ꝑ ſe prona eſt ad lapſum ⁊ ex ſe non habet ꝙ nõ labetur frequẽter: ⁊ per hoc deprehendimus ꝙ hoc ſcilicet ꝙ non labatur homo: habet ex cuſtodia alterius: ⁊ hoc dei: vel angeli. Sed poſtea deprehendimus ꝙ nõ eſt ſolum ex dei cuſtodia: ſed magis ex quadam ſpeciali cuſtodia que data eſt homini ꝓpter ſuam nobilitatem ⁊ hec eſt cuſtodia angeli. Et ſicut patꝫ ꝙ ex operationibus angelorũ deuenimus ad cognitionem eorum.

X
nia rõna-
is.

¶ Anima rationalis Cum nõ ſit ſenſibilis: nõ cognoſcitur per ſpeciem abſtractam a fantaſmatibus que eſt ſimilitudo q̃dditatis rei materialis. Cognoſcitur tamẽ per effectus ⁊ operationes ſuas: quia eſt principium motus ⁊ ſenſus: vtpote in hoc: quod eſt mouere corpus: dare ſenſum ⁊ locutionem: ⁊ ſic de alijs: ⁊ per huiuſmodi act⁹ deuenimus ad cognitionem potentiarũ anime: qꝛ potẽtie cognoſcũtur per actus et per cognitionem potẽtiarum deuenimus ad cognitiõem eſſentie anime. Anima etiam itellectiua intelligit nõ ſoluꝫ ſe: ſed etiam que in ea ſunt: vt ſunt habitus: affectus: intellectus ⁊ volũtas. Habitus cognoſcit anima per actus ipſorũ. Habitus em̃ ẽ mediũ inter potẽtiã purã ⁊ actũ purũ. Vnũquodqꝫ nanqꝫ cognoſcibile ẽ ſcḋm ꝙ ẽ in actu nõ ſcḋm ꝙ ẽ in potẽtia vt dicitur. ix. Metaphiſice. Sic enim aliquid eſt ens ⁊ verum quod ſub cognitione cadit prout eſt in actu. Et hoc apparet in ſenſibus. Non em̃ viſus percipit coloratum in potẽtia: ſed coloratum in actu. Sicut igitur habitus inq̃ntum huiuſmodi deficit ab actu perfecto: ⁊ ꝓpter hoc nõ eſt perfecte cognoſcibilis: ſed neceſſe eſt vt per actum ſuum cognoſcatur ptꝫ h̃ in mechanic⁊. Habit⁹ fabrilis ꝙ ſit in aliquo: per actum laboricij cognoſcit̃. et ſic de alijs. Habitus morales ⁊ virtutes per opera virtuoſa deprehenduntur eſſe in aliquo: vt quia aliquis facit opera ⁊ actus viles: per hoc deprehendit̃ in eo habitus humilitatis. Per actus charitatis cognoſcit̃ in aliquo habitus ⁊ virtus charitatis: ⁊ ſic de alijs. Cognoſcit enim anima per intellectũ affectus anime: qui ſunt actus voluntatis. Actus em̃ voluntatis nihil aliud eſt q̃ inclinatio quedam conſequẽs formam intellectiuã: ſicut appetitus naturalis eſt inclinatio ſequens formã materialẽ. Inclinatio aũt cuiuſlibet rei: eſt in ipſa re per modum eius: vnde inclinatio que eſt appetitus ſenſibilis eſt in ſentiente. Et ſimiler inclinatio intelligibilis que eſt actus voluntatis: eſt intelligibiliter in intelligẽte: ſicut in ſuo ꝑncipio. Quod autẽ intelligibiliter eſt in aliquo intelligente: conſequẽs eſt vt ab eo intelligatur. vnde actus voluntatis intelligitur ab intellectu. Et inq̃ntum aliquis percipit ſe velle: ⁊ inq̃ntum quis ꝑcipit naturam huius actus: ⁊ per conſequens naturam huius principij quod eſt habitus vel potentia.

y
Intellectus ſeipſum cognoſcit.

¶ Intellectus ſeipſuꝫ cognoſcit Indirecte ⁊ reflexe. Pro quo notandũ ꝙ nulla virtus materialis ẽ reflexiua ſupra ſeipſam: ſe ⁊ ſuum actũ cognoſcẽdo: ſed hoc eſt ꝓprium virtutis immaterialis ꝙ talis cog̃ſcit ſe ⁊ ſuũ actum. Cuꝫ ergo intellectus ſit virtus immãlis inorganica: qꝛ nõ ẽ in organo ſubiectiue: opatur ꝑ organũ ſicut ꝑ inſtrumentũ: intellectus noſter põt ſe ⁊ ſuũ actũ. i. ſpẽm ⁊ ſimilitudinẽ a fantaſmate abſtractam cognoſcere: vñ intellectus noſter rerum aliarum ſpecies habet ꝑ quas factus eſt in actu ſeipſum reflexe ſpeculatur ⁊ intelligit: quia reflectio virtutis ſupra ſeipſam nihil aliud ẽ q̃ cognitio ſui. Pro quo notandum ꝙ noſter intellectus dupliciter intelligit. Vno modo directe: ⁊ ſic intellectus intelligit quidditatem rei materialis. ſic nihil intelligitur directe ⁊ primarie niſi qḋ eſt ſenſibile fantaſiabile. Scḋo mõ intelligit̃ aliquid reflexe ⁊ ex

ꝯſequēti : quod ſcilicet intelligiᷓ ad intellectiōem alterius: ꝓ hoc differt intellecus a ſenſu. Senſus enī cum ſit virtus materialis ⁊ organica: nō poteſt reflecti ſupra ſeipſum: ideo directe ſolum cognoſcit viſus colorē abiectiue: ſed ſenſus cōmunis reflectit ſe ⁊ ꝯuertit ſupra viſionē ⁊ actꝰ aliorum ſenſuū exteriorꝝ: ⁊ dicit. Ego video me videre. Cognoſco me audire. Et ſic de alijs. Et hoc experientia quotidiana manifeſtat: qa accidit aliquē ſup aliqua re tam fortiter fantaſiari et meditari: ꝙ nec aptis oculis cognoſcit illud qđ ante eum vadit ⁊ fit: cum ſenſus cōmunis nō reflectiᷓ ſupra actum potētie viſiue. Huius ratio eſt. qꝛ fantaſia actualiter intēta circa ſimilitudines ⁊ fantaſmata rerum ſenſatarum repoſita in imaginatione: remittiᷓ in actu ſuo ſenſus cōmunis: qui ē reflecti ⁊ percipe actus ſenſuū exteriorꝝ. Anima nanqȝ vt ſupra dictū eſt: occupata circa actum vnius potētie: remittitur in actu alterius potētie. Sed intellectus cum ſit virtus immaterialis: indirecte ſe cognoſcit ⁊ reflectiᷓ ſupra ſeipm: cum intelligit alia ⁊ ſeipm: ⁊ quicqd in eo ē. ſcȝ ſpēs itelligibiles abſtractas a fantaſmatibus: ⁊ hoc indirecte: alias oīs ſciētia erit de ſpecie intelligibili ⁊ nō de rebus: quēadmodū apud platonicos oīs ſciētia fuit de ydeis ⁊ formis ſepatis. Directe vo intellectus intelligit naturam realem ⁊ qdditatem rei materialis: vt dictū eſt. Supra ſe etiam pfecta reditiōe reflectitur intellectus pmus qui deus eſt: vbi monas gignit monadem ⁊ in ſe ſuū reflectit amorē: que reductio perfecta eſt: nec

Trinitas

aliter eē poterit: ne ſit ocioſa. Deꝰ enī pater cui monas appropriaᷓ: cum ſit principium in ſup bndicta trinitate: non produxit ſpmſanctū: cui amor ⁊ bonitas appropriatur: niſi prius origine produxerit monadem. id eſt. vnicū cordis ſui filium (cui veritas appropriaᷓ) verbū eternū qđ in forma dei eſt ſm apoſtolū. Ipmqȝ verbū ex forma diuinalis paternitatis ſibi communicata: conſeqnter inclinaᷓ afficiᷓ ⁊ inamoraᷓ: ⁊ zelat per amorem ſuū ſpiratū. qui ſpūſſanctus ē: redire ad patrem circulo completiſſimo: vbi non differt alpha ⁊ o: pncipium ⁊ finis. Sola. n. monas ē alpha ⁊ o: ⁊ ſine alpha ⁊ o: hoc eſt ꝙ deus eſt principiū ſine principio: ⁊ finis ſine fine. Cum enī deus ſit oīno ſimplex: non habet in ſe principiū ⁊ finem.

Sequiᷓ correlarie ꝙ cum intellectus poſſibilis ſit pura potētia que non habȝ ſpēm ꝓpriam: non intelligit ſe ꝑ ſpeciem ꝓpriam. Sicut materia prima nullā ſm ſe habet formam: ſm ſe non eſt cognoſcibilis: vt diciᷓ pmo phiſicorꝝ. Niſi in analogia ⁊ habitudine ad formam. Potētia aūt intelligiᷓ ꝑ actum. Intellectus autē fit in actu ꝑ ſpecies aliarū rerum: ergo ſe intelligit per ſpēs aliaꝝ rerum. Sequiᷓ ſcđo: ꝙ intellectus eadem ſpecie intelligit ſeipſum ⁊ intelligibile: quia idem eſt actus intelligibilis ⁊ intellectus: ſcȝ ſpecies intelligibilis ſed differēter: quia ſpecies eſt actus intelligibilis. id eſt. obiecti ſicut illius a quo eſt: quia ſpēs intelligibilis per intellectum agētem abſtrahitur a re: ⁊ diciᷓ relatiue ⁊ ad obiectum: quia eſt eiꝰ ſilitudo. Sed ſpecies intelligibilis eſt actus intellectus ſicut illius in quo ē: quia intellectus eſt locus ſpecierum. Sequitur etiam ꝙ intellectus in actu: ⁊ intelligibile ſunt idem: quia habent eundē actum. ſcȝ ſpeciem intelligibilem ſed nō eodem modo: vt dictum eſt. Sequiᷓ etiam ex dictis ꝙ tam intellectus ſiue ratio ꝙ volūtas ſint potentie non alligate materie ⁊ ſubſtantie corporali. Quēadmodum ratio ſeipſam et actum ꝓprium ſuū cognoſcendi ſupra ſeipſam reflectitur. Pariformiter ⁊ voluntas nata eſt ſupra ſeipſam reflecti. Dicit enim ſanctus Bonauentura in. ij. diſtin. xxv. qſtione. ij. Cū nomino voluntatem: nomino ⁊ volentē aliquid: ⁊ nomino voluntatem vt volentem ſe velle. potentiam alium non dico ⁊ aliam ſm rem. Mouens enī et motum in ſpiritualibus non oportet differre ſm ſubſtātiam: qꝛ ſic dicit Anſhelmus. Voluntas eſt inſtrumentum ſeipſam mouēs Et ratio eſt etiam virtus ſeipſam cognoſcens pari ratione: vnde ſicut voluntas habet dominiū ſuper actus inferiorum potentiarū: ſimiliter ſup actum ꝓprium. Attendendū igitur ꝙ dominiū alicuius potentie poteſt eſſe dupliciter: aut reſpectu obiecti: in hoc ſcȝ ꝙ poſſit in illud: et in amplius: aut dominiū potentie attenditur in hoc ꝙ potētia poteſt eſſe in actu ⁊ ceſſare ab actu ſm ſuū imperium ⁊ ſm ꝓprium motum. Ad hoc autē ꝙ aliqua potentia hoc dominiū habeat: neceſſe eſt ꝙ ipſa poſſet mouere ſeipſam ⁊ ꝙ poſſit actum ſuum ſuper ſeipſam reflectere ſi non poſſet ſeipſam ſupra actum ſuum reflectere: nunꝙ poſſet illum refrenare: niſi poſſet ſeipſam mouere: non poſſet in illum exire quando vellet. Reflectere autem ſe ſupra ſe: hoc eſt virtutis cognitiue ſublimitate a materia: que quidē eſt ratio ſiue intellectus. Mouere autē ſe: hoc eſt virtutis appetitiue rationē conſequentis. Ad hoc aūt vt dominiū liberi arbitrij ſit in anima: neceſſe eſt vt habeat rationem ⁊ voluntatem. Nam ſi rationē tm̄ haberet ⁊ non voluntatem ꝑ quā moueret: poſſet ſe ſupra actum reflectere: ſ; non poſſet mouere vel imꝑare. Si vero appetitū ſolum haberet ⁊ nō rationem: poſſet vtiqȝ mouere ⁊ in actum exire: ſed quia nō poſſet ſe ſupra actum ſuū reflectere: non poſſet vtiqȝ ſe refrenare: ⁊ ita dominiū non hȝet. ¶ Singulare cognoſcitur indirecte.

Z
Singulare cognoſciᷓ in directe.

Notandū ꝙ intellectus intellectionē primaria ⁊ principali ē vniuerſalium. Ex conſequēti tamē ⁊ reflexe et minus principaliter eſt ſingularium. Cum enim intellectus intelligit vniuerſale: ex conſequenti intelligit ſingularia ſub vniuerſali contenta: vnde intellectꝰ primo intelligit hominem ſm ſe ⁊ abſolute: ⁊ ex conſequēti intelligit petrū: paulum ⁊ alia indiuidua talem naturam ꝑticipantia: nec eſt incōueniens quod illud quod cognoſciᷓ ab vna potentia directe ⁊ principaliter: ꝙ etiam cognoſcatur ab alia potentia indirecte ⁊ ex conſequenti. Dulcedo enī in lacte cognoſciᷓ per ſe a guſtu: ex conſequenti per accidens a viſu.

Materialia

Materialia: cognoſcit intellectus immaterialiter. Probaᷓ: nam oīe cognoſcens cognoſcit ſm modum ſue nature. Sicut enī ſenſus cognoſcit ſenſibilia materialiter ⁊ particulariter: ſicut intellectꝰ cognoſcit ſenſibilia ⁊ materialia immaterialiter ⁊ vniuerſaliter. Sicut enī intellectus eſt virtus vniuerſalis ⁊ immaterialis: ſic etiam cognoſcit ſm modum ſuū. Si enim noſter intellectus nō cognoſceret ſubſtantias materiales ꝑiret tota ſciētia naturalis: que eſt de rebus ⁊ corporibus mobilibus. Omnis enim potentia recipit ſuum obiectum immaterialiter: ſicut cera non recipit ſigillum materialiter: quia vt ſic eſſet aurea: vel cuprea ſi ſigillum eſſet tale: ſed tantū formam ⁊ figuram ſigilli.

AA
Nono queritur

¶ Nono queriᷓ De differentia intellectus diuini: angelici ⁊ humani. Pro huius queſtionis elucidatione Reſpondendum eſt primo generaliter. Secūdo de vnoquoqȝ intellectu ſpecialiter. Unde notandum ꝙ intellectus diuinus eſt ſimpliciter in actu reſpectu intelligibilium in quo originaliter ⁊ ſupeminenter exiſtit omne ens ſicut in fonte totius entis ⁊ eſſe. Intellectus vero creatus ē in potentia ad intelligibilia: licet differēter ſm quod duplex eſt potentia: vt enim diciᷓ primo ꝑiarmenias. Quedam eſt potentia ſemper cōiuncta actui: vt eſt potētia materie celi: que ſemper eſt perfecta ſuo actu: quia celum non eſt in potentia aliam formam ſuſcipiendā. Alia eſt potētia diſtans ab actu: vt eſt materia inferiorum que indigent trāſmutatiōe ad hoc vt reducanᷓ de potentia ad actum ⁊ formam: prime potētie aſſimilaᷓ intellectus angelicus: ſecūde intellectus humanus.

Ex quo ſequiᷓ ꝙ intellectꝰ angelicus

eſt in potentia ad intelligibilia : potentia
que eſt ꝯiuncta actui. Patet quia tali in
tellectui forme et ſpecies intelligibiles ꝑ
quas intelligit ſunt cõcreate. Sequitur
ſcd̄o: ꝙ intellectus humanus eſt in potē
tia ad intelligibilia potentia diſtante ab
actu : eo ꝙ non habet ſpecies innatas et
concreatas : ſed recipit ſpēs a rebus iu-
uamine ſenſus: ⁊ iō indiget motu ⁊ trãſ-
mutatione vt reducat̃ ad actum. Et hec
trãſmutatio ⁊ reductio vocat̃ ſaluatiua.
Unde ſequitur ꝙ ſicut ſe habet materia
prima in genere ſubſtantiarū materialiū
ita noſter intellectus in genere ſubſtan-
tiarum ⁊ virtutum intellectualium. Sic
eñ materia prima ē diſtans ab actu nul-
lam formam actu habens : ſed in poten-
tia ad oēs : ſic noſter intellectus poſſi-
bilis eſt in potentia ad omnia intelligibi
lia: vnde Ariſtoteles intellectum poſſibi
lem compat tabule raſe ⁊ nude in qua ni
hil eſt pictum : aptum natum depingi.

Intellectus diuinus. ¶ Intellectus diuinus Cognoſcit oīa
ſimul vno.id eſt.ſeipſo. ſcꝫ per ſuam eēn
tiam: vnde in cognitione dei non differt
id quod videt ſiue intelligit.id ē. eſſentia
⁊ id per quod videt ſcilicet potentia. In
oīm nanqꝫ creato: vt dicit Dionyſiꝰ ſunt
tria diſtincta: ſcꝫ eſſentia: ſiue ſubſtantia
qua res ſubſiſtit: virtus ſiue potētia: qua
poteſt: ⁊ operatio qua peragit. Potētia
enim eſt quedam poteſtas: ſiue virtus ſb
ſtantie create: qua exit in ſuam opationē
Nullum eñ creatū agit per ſuam eſſen-
tiam ſiue ſubſtãtiam : ſed per potentiam
que eſt media inter ſubſtãtiam ⁊ opera-
tionem : ⁊ ſic anima videt per potētiam
viſiuam: intelligit per potētiaꝫ intellecti
uam: ſimiliter angelus. Cum ergo deus
ſit ſimpliciſſimus quo nihil poteſt intelli
gi ſimplicius : non eſt in deo compoſitio
partium integralium: vt in domo: nec ge
neris ⁊ differētiaruꝫ: vt in ſpecie: nec ma
terie ⁊ forme: vt in corporibus: nec quod
eſt: ⁊ quo eſt: vt in angelis : nec ſubſtãtie
⁊ accidētis: vt indiuiduo: nec corporee ⁊
incorporee ſubſtantie: vt in homine : nec
partium potentialium: vt in anima: in q̃
eſt multitudo potentiarū: vnde Bernar
dus. Non partibus conſtat deus: vt cor-
pus: non affectibus diſtat: vt anima: non
formis ſubſtat: vt oīe quod factum eſt.
Idipſum etiã oſtendit̃ ratione. Quia
cum oīe compoſitum ſit poſterius ſuis
componentibus. Nec primo quicꝙ̃ eſt
prius: oportet ergo deum qui primuꝫ eſt
principium non eſſe compoſitum. Re-
linquit̃ ergo ꝙ in deo vnum eſt eſſentia:
potentia ⁊ operatio. In creaturis enim
potētia ⁊ operatio: ſunt accidentia eſſen
tie. In deum aūt nullum cadit accidens
Et ſicut in deo non diſtinguit̃ id quod in
telligit. ſcꝫ eſſentia: ab eo per quod intel-
ligit. ſcꝫ intellectus diuinus: ita nec ſpēs
intelligibilis ab obiecto. Species eñ in-
telligibilis diuini intellectus eſt vis per-
ceptiua omniū: ſine ſpecie extranea: ſine
cõpoſitione vel diuiſione: ſine quocunqꝫ
diſcurſu. Obiectū etiam diuini intelle
ctus eſt dei eſſentia in ſua puritate acce-
pta. Nam intellectus diuinus primo q̃-
dem ſe in ſe ⁊ in ſua eſſentia ſpeculat̃. Et
cognoſcit alia tanꝙ̃ in ſpeculo: inq̃ntum
omnia relucent in ſua eſſentia: eo ꝙ intel
lectus diuinꝰ eſt forma: exemplaris om-
nium: quia intellectus diuine eſſentie eſt
actus totius entis: qui ſupeminēter con
tinet cuiuſlibet rei entitatem. Non enim
diuinus intellectꝰ cognoſcit per ſpecies
concreatas ſicut angelus : nec per ſpēs
abſtractus: ſic homo. Cum eñ nulluꝫ ac
cidens cadit in deum: ſed ſpecies intelli-
gibiles concreate ⁊ acquiſite ſunt accidē
tia: ergo ⁊c. Intelligit ergo deus vno.id
eſt.ſeipſo vnico actu ſimpliciſſimo ⁊ eter
no: ⁊ etiam vult ſe ⁊ oīa alia. Nam in
eo non ſunt plures actus intelligendi et
volendi ſibi ſuccedentes. Ideo dicit̃ Ia
cobi.iij. Apud quē non eſt viciſſitudinis
obumbratio. Uiciſſitudo enim intelligē-



di in homine obumbrat lumen rationis
recte ſicut ſol per vices illuminans no-
ſtrum emiſperium nocte non illuminat.
Homo enim lꝫ cognoſcat multa: illa tñ
non videt vno ſed multis: ſcilicet ꝑ mul
tas ſpecies ⁊ ſimilitudines reruꝫ abſtra-
ctas. Sed deus ſimul et ſemel ſub vno
viſionis radio omnia comprehendit. Si
mul enim omnem eſſentiã : omnem for-
mam: omnia loca: omnia tempora. Se-
mel: quia viſion ē nec intermiſſam reci-
pit nec habitam intermittit. Cogno-
ſcit autem deus ſua ſapientia limpide
omnia: bona ⁊ mala: preſentia ⁊ futura:
actualia ⁊ poſſibilia. Incomprehēſibilia
a nobis ⁊ infinita: ita tamen ꝙ in ſe nul-
lo modo diuerſificatur licet diuerſa vo-
cabula ſortiatur. Nam inquantum ipſa
ſapientia dei eſt cognoſcitiua oīm poſſi-
bilium dicitur: ſciētia ſiue cognitio: inꝙ̃-
tum eſt cognoſcitiua omnium que fiunt
in vniuerſo dicitur viſio: inꝙ̃tum eſt co-
gnoſcitiua omnium que bene fiunt dici-
tur approbatio. Inꝙ̃tum eſt cognoſciti
ua omnium que futura ſunt dicitur pre-
uiſio. Inꝙ̃tum eſt cognoſcitiua eoꝝ que
Predeſtinatio ab ipſo deo fienda ſunt dicitur diſpoſi-
tio. Inquantum eſt cognoſcitiua eorum
que premianda ſunt dicitur predeſtina
tio. Unde predeſtinatio eſt p̄cognitio bo
norum electorum: ⁊ preparatio gratie in
Reprobatio preſenti ⁊ glorie in futuro. Inꝙ̃tum eſt
cognoſcitiua eorum que damnanda ſūt:
dicitur reprobatio ſiue p̄ſcientia. Unde
reprobatio eſt preſciētia iniquitatis quo
rundam ⁊ preparatio damnationis eo-
rundem. Poſſunt autem iſta ſeptem vo
cabula ad tria reduci: ſcꝫ ad noticiã ſim-
plicis cognitionis qua deꝰ cognoſcit bo
na ⁊ mala que ſunt fuerunt: ⁊ futura ſūt
Et que poſſunt eſſe ⁊ nunꝙ̃ erūt. Ad no
ticiam viſionis qua cognoſcit deus om-
nia bona ⁊ mala: que ſunt fuerunt et fu-
tura ſunt. Ad noticiam approbationis
qua cognoſcit deus que ſunt fuerunt et
futura ſunt tm̄ bona.
¶ Decimo queritur. De intellectu ange B.B Decimo queritur
lico ſpecialiter. Reſpōdendū eſt ad hanc
queſtionem per quattuor articulos qui
pro maiori parte collecti ſunt ex ſecūda
parte Alexan.xxij. queſtione. Primꝰ eſt
de diuiſione intellectus angelici. Scd̄us
de ſpecie intelligibili ipſius. Tercius de
actu intellectus angelici. Quartus arti-
culus de obiecto intellectus angelici.
Primus articulus continet quatuor
dubia. Primum. An in angelis ſit poten
tia ſenſitiua. Scd̄m. Si intellectus ange
licus ſit cum ratione vel ſine rōne. Ter-
cium. An in angelis ſit intellectus agens
⁊ poſſibilis. Quartum. An in angelis ſit
intellectus ſpeculatiuus ⁊ practicus
Ad primum dubium primi articuli
dicitur ꝙ in angelis nōn eſt potentia ſen
ſitiua diſtincta ab intellectiua: per illum
modum per quem ſenſitiua in homine
diſtinguitur ab intellectu. Cuius ratio
eſt. Nam omnis ſenſus eſt mediante or-
gano corporeo vt ſupra dictum eſt : ſed
angelus eſt ſubſtantia ſeparata a corpo-
re non indigens organo corporeo : ergo
non eſt in eo potentia ſenſitiua. Sunt ta
men in angelis quinqꝫ ſenſus ſpiritua-
les: de quibus ſupra dicitur capitulo de
cimoſexto. Dubio tercio. Et ſi dicat̃: an-
geli cognoſcunt res particulares ſcd̄m
ſignata: ſcilicet hic et nunc: ſcilicet loca ⁊
tempora. Sed vis cognitiua ſingulari-
um ſcd̄m hic et nunc eſt vis ſenſitiua: er
go angelus habet vim ſenſitiuam. Re-
ſpondetur licet angelus cognoſcat ſin-
gularia: non tamen habet potentiam il-
lam ſenſitiuam que proprie eſt ſingula-
rium. Eſt eñ ſingulare cognoſcere ſenſi
biliter: qñ ſingulare qd̄ eſt hic et nūc: im
mutat potentiam iunctam organo hic ⁊
nunc Sic angelus non cognoſcit ſingu-
lare. Eſt etiam cognoſcere ſingulare in-
telligibiliter: quãdo ſcilicet ſingulare qd̄

eſt hic ⁊ nunc:nõ cognoſcit ab intellectu
ſm formã ſenſibilem ſiue ſpeciem ſenſi-
bilem relictã in intellectu ſm hic ⁊ nunc
Sed ſm ſpẽm intelligibilem q̃ nec dicit
habere cõditionẽ loci aut tpis:niſi tẽpus
large accipiatur:et ſic angelus cognoſcit
ſingularia:hoc modo. Deus nãq; in an-
gelis cõcreauit ſpecies vniuerſales oim
fiendarum rerum:⁊ per illas ſpecies po
teſt oia cognoſcere ⁊ etiã ſingularia : ſed
nõ niſi cõponat adinuicẽ:vt patet. Si er
go habeo penes me ſpẽm hominis ſpeci
em coloris ſpeciem figure ⁊ tpis: ⁊ cõpo
nam adinuicẽ ſine noua receptione ſpe-
ciei cognoſcã indiuiduũ vel ſingulare vt
in ꝓpria natura:ſed q2 talis cõpoſitio ni
ſi eſſet ſm correſpondentiã ad ipam rẽ fi
ctio eſſet ⁊ deceptio:ideo angelus hmõi
indiuidua ⁊ ſingularia nõ cognoſcit niſi
dirigat aſpectũ:ſupra ꝑdictũ cognoſcibi
le ⁊ ſm illud qd̓ eſt in re:cõponat ſpẽs in
ſe:⁊ tunc habet ita claram cognitionem
de re ſicut ſi ſpeciem ſtatim reciperet.

Ad ſcd̓m dubiũ ꝑmi articuli dicendũ
Q2 ratio dupliciter accipit. Uno mõ ꝓ-
prie. Alio mõ cõmuniter. Proprie eñi di
citur virtus cogitatiua cõferẽs vnũ cũ
alio:decurrẽs a ꝑncipijs ad cõcluſiones
ab vno extremo ad aliud per mediũ. Et
ſm hunc modũ ratio eſt in hoie ſm ani-
mam rationalẽ. Alio mõ accipit cõmu-
niter ꝓ intellectu cognoſcẽte : ſuperiora
⁊ inferiora:intelligibilia ⁊ ſenſibilia intel
ligibiliter (Qualiter aũt ſenſibilia cogno
ſcunt intelligibiliter :claruit in ꝑmo du-
bio) ⁊ ſcd̓m hunc modũ nõ eſt vis diſtin
cta ab intellectu:⁊ hoc mõ cõuenit ange
lis. Nec ꝓhibet quin in angelis ſint na-
turaliter quedã nota quedã ignota : et ꝑ
nota: aliquo mõ poſſunt ignota cogno-
ſcere:ſed hoc nõ eſt ꝑ viã inquiſitiõis:q2
in malis eſt ꝑ quaſdã cõiecturas. In bo
nis do anglis ꝑ ſupernã reuelationẽ. Et
ꝙ hõ cognoſcat decurrẽdo a ꝓpoſitione
nota ad ignotã:hoc nouit angelus nõ ꝑ
modũ ꝓpoſitionis ſed indiuiſibiliter. An

gelus eñi eſt ſimplicioris intelligentie ꝙ̃
homo:cognoſcit eñi multa in vno: ſcʒ in
vna vniuerſali ſpecie concreata ſine de-
curſu rõcinacionis:vnde ſi cõphẽdit ve-
ritates ille reducunt ad veritates rerum
q̃ ab ipſis angelis cognoſcunt. Nec ta-
men in angelo ſunt ponẽde ille due diffe
rentie rationis ſcʒ ratio ſuperior ⁊ inferi
or:nam ſm Aug⁹. in lib. de trinitate. He
differentie ꝓprie ſunt hois:nã hois ratio
mediũ eſt inter deũ ⁊ corpus ꝓprium ſi-
ue ſenſualitatẽ regendã: vt infra dicetur
Et quia in angelo nõ eſt ratio media int̃
illa:ſcʒ deũ ⁊ corpus:vel ſenſualitatem:
ſed angeli nõ habent corpora:⁊ per ꝯñs
nec motum ſenſualitatis regendũ . Ra-
tio eñi in angelis ſeparata eſt a corpore
ꝓprio ſibi vnito ⁊ aſſumpto:ideo non ha
bent duplicẽ differentiã reſpectu rõnis.

Ad terciũ dubiũ primi articuli. dicen-
dum ꝙ intellectus poſſibilis eſt in ange-
lis:ſed nõ ſcd̓m modũ ſm quẽ eſt in aia-
bus rõnalibus reſpectu ſpecierũ abſtra-
hendarũ a fantaſmatibus : quia fantaſ-
mata ſenſibilia nõ ſunt in angelis : q2 nõ
habent ſenſus exteriores nec interiores:
vt in primo dubio dictum eſt. Habet eñi
angelus intellectum poſſibilem ad reci-
piendũ cognitionem a deo: et etiã ab an
gelis ſuperiorib⁹ ſi ſuperiores habʒ. Ha
bet etiam intellectum poſſibilem ad ca-
piendam noticiã iſtoꝝ inferioꝝ: ſed non
illo modo quo intellectus poſſibilis hu-
manus. Intellectus eñi poſſibilis huma
nus ( vt dictũ eſt ſupra. q. iij. hui⁹ capli)
indiget miniſterio ſenſus preambulo et
miſterio virtutum ſenſibilium:quod nõ
eſt in angelo: ⁊ ideo diſſimiliter dicit ex
illa parte poſſibilis. De intellectu do agẽ
te:dicendum ꝙ intellectus agentis ꝓprie
ſumpti:eſt potentiã educere intelligendi
in actum: ⁊ hoc ꝑ abſtractionem ſpecie-
rum a fantaſmatibus. In angelo autem
non eſt acceptio ſpecierum per abſtracti
onẽ a fantaſmatibus. Uñ q̃tum ad hãc
cõditionẽ non dicitur intellectus angeli



agens. Sumẽdo autem cõmunius intel
lectũ agẽtem: prout agẽs eſt educere po
tentiam intelligẽdi in actuʒ per acceptio
nem quẽdam ſpecierum: intellectus an-
geli poteſt dici agens. Ad quartũ du-
bium quod fuit de intellectu ſpeculatio ⁊
practico : vtrũ cõueniant angelo ſm na-
turã. Dicendũ ꝙ cõueniũt angelo:aliter
tamẽ ꝙ̃ homini. Primũ patet:q2 intelle-
ctiuus ſpeculatiu⁹ eſt vis qua cognoſcũ
tur res intelligibiles:vt angeli ⁊ anime:⁊
huiuſmodi:ſed hec vis eſt in angelis: er-
go intellectus ſpeculatiu⁹ eſt in angelis.
Item intellectus ſpeculatiu⁹ eſt vis ñas-
ta cognoſcere verũ in ratione veri. Intel
lectus practicus eſt vis nata cognoſcere
verum in ratione boni. Scd̓m patʒ: q̃a
ſpeculatiuũ poteſt dici dupl'r: vl' a ſpecu
lando:vel a ſpeculo. Si a ſpeculãdo:⁊ ſi
militer practicus ab opando : ſm h̓ poſ-
ſunt he due differẽtie eſſe in angelo. Sed
ſm qd̓ dr̓ a ſpeculo ⁊ mediante ſenſu re-
cipiunt ſpecies intelligibiles q̃bus aia
ſpeculatur ⁊ in ſpeculo videt:⁊ ſm hunc
modum non dicit ſpeculatiuũ in angelo
eſſe ſm naturam. Cognoſcere eñi ꝑ ſpe-
culum ⁊ enigma:eſt ſuperna cognoſcere
per inferiora:⁊ ꝯuenit homi. Angeli au-
tem ſm naturam ſuam: eſt nudam veri-
tatem contemplari cum nihil interſit in-
ter ipſum naturaliter ⁊ deũ. ¶ Ad ſcd̓m
articulum Reſpondet ꝑ duo notabilia.
Angeli ꝑ ſpecies intelligibiles eis ꝯcrea
tas:inditas ſiue innatas:ꝑfecte res repñ
tantes:cognoſcãt oẽs creaturas in ꝓ-
prio genere. Deus eñi in intellectu poſſi
bili angelico cõcreauit ſpecies intelligibi
les vniuerſales oim rerum. Quoniã om
nia que fecit deus in ꝓprijs naturis fecit
etiaʒ in intelligẽtia angelica. vt dicit Au-
guſtinus ſuper Geñ. Hoc ipm dicit Au-
tor li. de cauſis. Omis intelligẽtia. id eſt.
angelus: eſt plena formis . Angeli eñi ꝑ
vnam ſpeciem vniuerſalem intelligũt:ad
eam ſe cõuertẽdo:nõ quidem alia intelli
gibilia que per ſpeciem illam nõ repſen-

¶ Ad ſcd̓ʒ articulum

tatur:ſed oĩa ſimul que vna illa ſpecie
repſentãtur:ſicut ſpecie intelligibili quã
habent in mente de natura humana: in-
telligunt ſimul oĩa que pertinẽt ad ho
minem ſm naturã. Et h̓ dicit viſio veſꝑ
tina:de qua infra dicitur articulo ſequẽ-
ti:adeo angeli ſunt potẽtes virtute intel-
lectiua ꝙ cognoſcunt ſeipſos per eſſenti
am. Angelicus eñi intellectus eſt medi⁹
inter diuinum intellectum (qui oĩa co-
gnoſcit per ſeipm. id eſt. per ſuam eſſenti
am:quia deus eſt actus purus ⁊ ꝑfectiſſi
mus:⁊ ideo ydea ⁊ cauſa omniũ efficiẽs
⁊ exemplaris ſeipſo nõ quodam alio ſcʒ
ſpecie extranea oĩa cognoſcit) et inter
intellectiuũ humanum qui oĩa cogno-
ſcit ⁊ ſeipſum: nõ per ſpecies cõcreatas:
ſed per ſpecies abſtractas:ſed angelicus
intellectus ſe cognoſcit per eſſentiam : ꝯ
oẽs alios angelos per ſpecies inditas
⁊ cõcreatas. Cognoſcit ⁊ materialia
per illas ſpecias. Quicquid eñi põt vir-
tus inferior:põt ⁊ virtus ſuperior:ſed in
tellectus hominis qui eſt inferior intelle
ctu angelico ſm naturã:intelligit res ma
teriales. vt dictum eſt ſupra q̃ſtione. viij.
huius capituli : ergo ⁊ angelus : ſed hoc
nõ abſtrahendo a fantaſmatibus:vt ho-
mo:ſed per ſpẽs inditas. Cognoſcit etiã
angelus ſingularia:quia hec iferiora ad-
miniſtrãtur per angelos:vt dictum ẽ ſu-
pra:q̃ſtione. x. huius capli. Si eñi angeli
ſingularia nõ cognoſcerẽt:nullam proui
dentiam poſſunt habere de his que in h̓
mũdo agũtur. Et hoc dicit Eccleſiaſtes
.v. Ne dicas coram angelis nõ eſt proui
dentia ⁊c̃. De modo aũt quo cognoſcũt
ſingularia dictum eſt articulo. j. Dubio.
j. huius q̃ſtionis. Conſiderãdum etiã
ꝙ ſuperiores angeli ꝑ pauciores ⁊ mag̃
vniuerſales ſpecies intelligunt ꝙ̃ inferio
res. quod ſic declarat. In ſubſtantijs. ſ.
intellectualibus quales ſunt angeli:repe
ritur virtus intellectiua per influentiam
diuini luminis: quod in primo ꝑncipio eſt
vnum ⁊ ſimplex : ⁊ q̃ntomagis creature

intellectuales diſtant a primo lumine tā tomagis diuidit illud lumen ⁊ diuerſificatur. Et inde eſt ꝙ deus ꝑ ſuam vnam eſſentiam oīa intelligit. Supiores aūt ſubſtātie intellectuales ⁊ ſi plura intelligant: tamē intelligunt ꝑpauciores ⁊ magis vniuerſales ⁊ virtuoſiores ad comprehēſionem rerum: propter efficaciam virtutis que in eis eſt. In inferioribus aūt ſunt ſpecies ⁊ forme minus vniuerſales ⁊ minus efficaces ad apprehēſionem rerum: inq̄tum deficiūt a virtute intellectiua ſuperiorum. Si ergo inferiores ſubſtantie haberēt ſpecies intelligibiles in illa vniuerſalitate qua habēt ſuperiores: nō acciperēt per eas ꝑfectam cognitionē de rebus: ſed in quadam cōmunitate et cōfuſione: quod aliqualiter poteſt videri in hominibus. Nam qui ſunt debilioris intellectus per vniuerſales cōceptiones nō accipiūt perfectam cognitionem niſi eis ſingularia ſpecialibus explicent̄.

Scdm notabile Angelus nō ſolum intelligit ꝑ ſpēs ſibi cōcreatas et inditas a deo a pmeuo ſue cōditionis: ſed etiam ꝑ ſpecies acquiſitas ⁊ reuelatas in mutua collocutione angelorum adinuicem. Qz autem angeli loquunt̄: patet zacharie.ij. ꝙ vnus angelus dixit alterū angelum q̄ loqueret̄ ipſi ꝓphete. Item ſi linguis hominum loquar ⁊ angelorum.j. Corinth. xiij. Eſt autem locutio in angelis nō modo humano cuz nō habeāt corpora: nec linguam. Modum aūt locutionis angelorū ponit ſctūs Bonauen.j. ſen. diſt. ix. in declaratione lr̄e: dicēs. Qz vnicuiqz nature rationali data eſt volūtas libera ſicut cōſciētia ſecreta. Unde ſicut nō poteſt aliquis volūtatem alterius in aliud vertere: ſed ſolum inducere niſi ipſa ſe inclinet: ꝓter ſolum deum in cuius manu ſunt corda hominum: ita nemo pōt conceptiōes alterius agnoſcere: ſed ſoluz cōiicere ꝓpter deum: niſi ipa intelligētia exprimat: ⁊ ipa expreſſio locutio nūcupat̄. Ratio aūt huius eſt: quia ſolus deus ſm Auguſti. format mētem: ⁊ q̄tum ad intellectuz ipm illuminādo: ⁊ q̄tum ad affectum ipſum purgando ⁊ perficiēdo: ſiue inflāmādo in charitate ⁊ iuſtificādo. Et modus loquēdi ſimilis ē modo addiſcēdi: ſicut nos per ſenſum addiſcimus ita ꝙ ſpecies ꝑ interiorem ſenſum peruenit ad intellectum ſic exprimimus: quia verbum cogitatōis interne vnitur voci in ex cogitatiōe: ⁊ poſtmoduz voci ſenſibili in pronunciatione: et ex hoc fit expreſſio in actu. Angelus autem vnica virtute facit quod nos pluribus: vñ angelus ſicut per applicatiōez ſpēi cōcreate ⁊ inate ad ipſum cognoſcibile: ipm cognoſcit: ſic ordinādo ſpēm inatam ad angelum alium cognoſcētem: cōceptus ſuos apit. Similiter alius angelus mutua cōuerſiōe recipit: ſic vnus loquit̄ ⁊ alter audit. Simile eſt de duobus ſpeculis ſibi oppoſitis: ſi volūtarie poſſent abſcōdere alijs et ſibi referre que in ſe relucēt: hec Bonauētura. Dicit etiam idem ſctūs in.ij. ſen. diſ. x. Qz in locutōe angelorum nō eſt neceſſarium ſenſibile ſignum ſcz vox. nec medium deferēs: quia actio ſpūalis non indiget medio corporali. Cum eñ ipſe intellectus angelicus ſine potētijs ſenſitiuis natus eſt ſuſcipere: angelus loquēs ſine ſenſibili medio natus ē ſimiliter offerre. Et ideo ad loquēdum ſufficit ipſi angelo ipſa ſpēs intelligibilis: que ex virtute intellectiua ipſius āgeli per vim volūtatis poteſt ad alterum protēdi: ⁊ ſicut illa ſpēs dum eam ſibi ⁊ in ſe ꝯtuebat̄ intellectus: erat verbum mētis ſiue cogitatio interius: ſic dum eā ꝓtēdit in alteruz efficit̄ quaſi nutus ⁊ verbū exterius: vnde dicit Alexāder de hales: pte.ij. q̄ſtiōe .xxvij. membro.ij. Qz illa ſpēs ꝓut eſt in voluntate manifeſtandi: dicit̄ verbum. Prout vero eſt in actu manifeſtādi: dicitur nutus: vt intelligamus ibi verbum habere ſimilitudinem noſtri verbi interioris. Nutum aūt ſimilitudinē noſtri verbi exterioris: ſiue vocis: quia ſicut vox noſtra

Nutus



eſt vehiculum verbi interioris ad alium ita ibi nutus quaſi ibi vehit ad aliū ſuo modo ipm verbum exterius.i. ipam ſpeciem: ꝓut eſt ſub actu manifeſtandi. Et ſic quaſi exterius ſuo modo vehit ſeipāz ꝓut erat interius ſub voluntate manifeſtandi. Unñ non differt̄ ibi verbum ⁊ nutus: niſi ſm rationem alterā ⁊ alteram.

Et ſi querat̄ q̄d loquitur angelus angelo. Reſpondet̄ ꝙ aliter loquit̄ angel⁹ inferior ad ſuperiorem: alit̄ ſuperior ad inferiorez. Inferior angelus loquitur ſuperiori nō eum illuminādo de eo qđ neſcit circa diuina myſteria vel diſponēda circa nos: ſed cōceptum ſuū ordinando vt ei innoteſcat ꝓpriam voluntatem: ⁊ h̄ nō dicitur illuminare: et ſm hunc modū dixerunt angeli inferiores ad ſuperiores in aſcenſione xp̄i: vt dicit Dio. Quis eſt iſte rex glorie. Superiores etiam loquūtur inferioribus manifeſtando ꝯceptum ſuum: illuminādo eos circa diuina myſteria aliqua q̄ neſciunt. Et ſic locutiōes angelorum ſunt illuminationes quib⁹ inferiores a ſuperiorib⁹ angelis illuminantur: Unde dicit Dio. ꝙ vnaqueqz eſſentia intelligentiā ſibi a ſuperiori dataz: inferiori cōmūicāt: ⁊ ſic vſqz ad diem iudicij: ſemꝑ aliqua noua angelis ſuperioribus reuelant̄ diuinitus de his q̄ ſpectāt ad diſpoſitionē mundi: ⁊ p̄cipue ad ſalutem electorum. Ex his patet quid ſit auditus angeli ⁊ quō differunt audire ⁊ videre. Nā tam audire ꝙ videre eſt in angelo intelligere: ſed tunc videt cum ex ꝓprio motu intelligit aliquid: tunc audit: qñ per receptionē ⁊ acquiſitionē ſpeciei intelligibilis ab alio intelligēte excitatus ipm qđ ꝓfert̄ intelligit: ⁊ hoc cōpetit angelo nō ſolū reſpectu ſuperioris ſed etiā reſpectu paris vel inferioris: qz ſic audit ſupmus angelus ab infimo: ſicut magr̄ audire pōt a diſcipulo: nō quia ab eo ſuſcipiat doctrinam ſiue illuminationem: ſed quia melius cognoſcit eius defectus per ſuīpſius detectionem.

Ad tercium articulum ꝓpoſitum de actu intellect⁹ angelici. Dicendū ꝙ quēadmodum actus intellectus hominis q̄ ꝓprie rōnalis dicit̄ ē raciocinari: ſic act⁹ intellectus ſube intellectualis ⁊ angeli: ē intelligere: nam differunt ratio ⁊ intellectus per hoc ꝙ actus ⁊ apprehēſio intellectus eſt abſolutus. Rationis vō actus eſt collatiu⁹. Intellectus vero apprehēdit hoc eſſe vel non eſſe abſolute. Ratio vero ex hoc eſſe aliud eſſe: vt qm̄ ſi hoc ē illud eſt: vel ſi hoc eſt idē illi: vel aliud ab illo. Unde ꝓprius actus intellectus āgelici eſt intelligere. Non eñ ad hoc vt angeli intelligāt oportet ſilogiſare.i. diſcurrere de noto ad ignotum: aut cōponēdo ⁊ diuidendo: vt hoīes rationales faciūt ꝓpter debilitatē luminis intellectus: ſed ſtatim angeli cognoſcunt eſſentiam rei ⁊ quod ei conuenit vel non conuenit. Et hoc eſt ꝙ in intellectu eorum non poteſt eſſe falſitas. Dicit enim phus.iij. de anima. Qz intellectus ſemper eſt verus. Et Aug⁹. Qz nihil intelligit̄ niſi verum. Angelus autem cognoſcit intelligendo: Unde et angeli intellectuales dicuntur non rationales ꝓprie: vt nos qui raciocinando.i. diſcurrendo de vno ad aliud procedimus ⁊ ſepe deficim⁹: ꝓpter qđ dicitur Iob.xxxvj. Tenebris inuoluimur ſcz ignorantie et errorum. Scriptura tamē frequenter vnum pro alio vtitur: ſcz intelligere pro raciocinari ⁊ ecōtra.

DD Ad tercium articulum

De matutina et veſpertina angeli cognitione. Conſiderandum ꝙ actus intellegendi ſiue cognitio angeli eſt duplex ſm Augu. ſuper Gene. ad litteram: ſcilicet matutina et veſpertina. Hanc enim duplicē angeli cognitionem accipit Auguſtinus ex hoc quod dictum Geneſis primo. Factum eſt mane ⁊ veſpere dies vnus. Unñ ꝯſiderendū ſm.S. Bonauē. Ille celeſtium angelorū numerus ſicut priores fuere hominibus creatione: ita priores ſunt conuerſione ad deum a quo nunquam

De matutina ⁊ veſpertina angeli cognitione

per pctm̄ (alijs apoſtatantibus) receſſerunt: ſed ſemꝑ caritate imobiles deo adheſerūt: et illam beatitudinē hereditatis celeſtis oībus porcs poſſiderūt. Cōſiſtit aūt beatitudo in clara nuda ⁊ aperta viſione et cognitione ſumme et infallibilis veritatis. Nā viſio eſt tota merces beatorū: cui inſeparabiliter annexe ſunt alie dotes glorioſe: vicȝ pfecta dilectio: ſumme ⁊ infatigabilis bonitatis: ⁊ ſecura tentio ⁊ poſſeſſio: ſumme ⁊ inamiſſabilis dignitatis. Sancti ergo angeli in rōne ſūt perfecte illuminati ſm cognitionē matutinā ⁊ veſpertinā. Lux quippe diuina angelum illuminās ad cognitionē dei angelum facit lucē. Cognitio aūt dei in ſe dicitur dies: qꝛ pure lux eſt tanq̄ cognitio et ratio cognoſcendi. Lux aūt angelū diuinitus illuſtrata: habet cognoſcere creaturam que reſpectu dei tenebra reputat᷑. Nā deus lux eſt ⁊ tenebre in eo nō ſunt vlle: ſicut dicit᷑ in Canonica pma Johis. Creatura aūt ſicut vult Aug⁹. tenebra ē quantū eſt de ſe: ideo eius cognitio dicit᷑ veſpertina ꝓut cognoſcit᷑ in ſeipā. Dicitur autem matutina ꝓut ex illa cognitione cōſurgit ad laudē dei ⁊ refert ad illam cognitionē quā habet in ṽbo. Nec i noctē vertit᷑: niſi cū creator amore creature relinquit᷑. Hoc verbū eſt Jeſus xp̄s liber ſignatus: in quo tanq̄ in libro vite deus pr̄ oēs theſauros ſapie ⁊ ſciētie recondit. Ac per hoc vnigenitus dei filius verbum increatū: eſt liber ſapiētie et lux in mēte ſummi artificis: plena rationib⁹ viuētibus: vt verbum inſpiratū in intellectibus angelicis atqȝ beatis: vt verbuȝ incarnatū in mentibus rōnalibus carni vnitis: vt ſic multiformis ſapiētia dei ex ipſo ⁊ in ipſo per totū regnū beatitudis refulgeat tanq̄ i ſpeculo decoro ſumme pulcritudinis oīm ſpecierū ⁊ luminū cōtentiuo: et tanq̄ in libro in quo ſm profunda dei myſteria: omnia ſcribuntur.

Ex dictis infertur ſm ſniam. S. Bonauentu. in. ij. ſenten. diſ. iiij. Et Alexandrum parte. ij. q. xxiij. Qꝫ i angelis vltra cognitionē matutinā ⁊ veſpertinā nō ponitur tercia differētia cognitionis ſcȝ meridiana. Ratio huius colligit᷑ ex eiſdem doctoribus: nam ſicut ſe habet res ad eē ita ad cognitionē: cuȝ cognitio rei ſequatur eſſe euſdem: ſed ſm Aug⁹. ⁊ Hugonem canonicū regularem ſancti victoris eccleſie pariſienſis: triplex eſt eſſe rerum creatarum. Habent eñ pmo eſſe in arte eterna ſcȝ in verbo: eternaliter immutabiliter ⁊ incorruptibiliter. In intellectu angelico per ſpecies cōcreatas ⁊ ſimilitudines impſſas intelligibiliter. Et in mundo vicȝ in ꝓprio genere ſiue i materia vl' in natura ꝓpria: tpaliter mutabilit᷑ ⁊ corruptibiliter: ſm ꝙ dicit ſcriptura Geñ. j. Dixit deus. Fiat fecit: ⁊ factus eſt. Fiat refert᷑ ad cognitionē angeli matutinā q̄ habent in verbo. Fecit ad cognitionē rerum in ipō angelo: et factum eſt ad ꝯgnitionē rerum in ꝓprio genere. Et exēplificat. S. Aug⁹. Verbigra. Lapis in ſeipſo eſt ſubſtātia mutabilis: quia in calcē cōmutabilis. In angelico intellectu vel in noſtra cogitatione ſimilitudo lapidis: in arte dei: ſciētia interminabilis vite durabilis. Cum eñ artifex domū facere cogitat: iam domus in arte viuit quā poſtmodum man⁹ artificis edificat: ſed illa quā manus edificat corruit. Illa vero que in arte viuit pmanet. Cum ergo ſm ꝓprietatem eſſendi ſumat᷑ ratio cognoſcendi. hinc eſt ꝙ eſſe rerum in verbo: in angelis correſpondet cognitio matutina cum ſit tāq̄ in principio rerū. Sed eſſe rerum in ſeipſo angelo: vel in ꝓprio genere: correſpondet cognitio veſpertina cū ſit in creatura que inquantū eſt in creatura eſt in declinatione ⁊ caſu. Ex dictis patȝ ſcd̄m Alexandrum ꝙ in angelo ſunt ponende tm̄ due differentie cognitionis: ⁊ tres rationes cognoſcendi: correſpōdentes tribus modis eſſendi rerum. Primū patet Nam angelus cognoſcit res: aut in creatore ſcȝ verbo eternaliter incorruptibiliter



⁊ vt in cauſa: et hec cognitio dr̄ matutina: aut in creatura: ⁊ hoc vel cognoſcēdo res in ſeipō: vel in ꝓprijs generib⁹ tēporaliter corruptibiliter et vt create. Et hec dicit᷑ cognitio veſpertina. Scd̄m patet: nam angelus vltra cognitionē rerum in verbo ſeu creatore: etiā cognoſcit res in ſeipō ꝑ ſpēs ſibi ꝯcreatas. Angeli eñ cognouerūt res fiendas in ſeipſis angelis ſm ordinē nature anq̄ fierent. Cognoſcūt etiā res in ꝓprio genere. Nō anteq̄ fierent ſed iam factas per ſpēs acceptas: accipiēdo ſpēs ab ipſis rebus. Licet eñ vtrobiqȝ cognoſcūt res ꝑ earū ſpecies differēter tñ: et patet exemplū de artifice qui aliter cognoſcit rem ſcȝ archaȝ: anteq̄ fiat ⁊ poſtq̄ facta eſt: ⁊ tñ vtrobiqȝ per ſpēm cognoſcit. Patet ex iam dictis quō eſt ponere tm̄ duas differentias cognitionis in āgelo: ⁊ tñ ſunt ei⁹ tres rōnes cognoſcēdi: ⁊ quō hmōi tres rationes differūt: qm̄ illa q̄ eſt in verbo nullo mō dependet a re creata ⁊ illa eſt potior: ſed illa q̄ eſt in āgelo ad minus depēdet a forma vel ſpecie cōcreata ipi angelo: qꝛ intelligētia eſt plena formis: ſed illa q̄ eſt in rerū in ꝓprijs generib⁹: ſimpliciter dependet a rebus creatis. Etiā patet ꝙ iſte tres rōnes cognoſcēdi differūt ſm nobilitatē earū. Nobilior eſt eñ forma increata q̄ concreata ipi angelo: ⁊ cōcreata q̄ forma a rebus accepta: qꝛ corrūpitur cū rebus: ſed cōcreata ſemꝑ manebit in angelo: ſed fortaſſe q̄reret᷑. Cum meridies ſit quaſi media pars diei inter mane ⁊ veſperā: videt᷑ ꝙ debeat poni tercia differētia cognitionis que diceretur meridiana. Quod ſic probat᷑: qm̄ aliud eſt intueri lumen ſolis ⁊ rem in lumine ſolis: ergo ſimiliter aliud eſt intueri verbum ⁊ res in verbo. Sed cognitio rerū in verbo dicit᷑ matutina: ergo cognitio ipius verbi non videt᷑ dici matutina ⁊ conſtat qd̄ non dicitur veſpertina: ergo meridiana. Reſpōdetur ꝙ angelus cognoſcit ṽbum et res in verbo per ipm̄ verbum: ergo vtrobiqȝ eſt idē pncipiū cognoſcēdi ergo eadem eſt cognitio i ſpecie: ſed illa eſt matutina qua cognoſcunt᷑ res in verbo per ṽbum nec eſt ſimile de viſione ſolis ⁊ eius qd̄ videt᷑ in lumine: ⁊ de cognitione verbi ⁊ ei⁹ quod videt᷑ in verbo. Viſio eñ alicui⁹ in lumine ſolis non eſt idem qd̄ viſio ſolis. Viſio eñ alicui⁹ in verbo eſt idē qd̄ viſio verbi: res eñ in verbo eſt idē qd̄ ipm̄ verbum: viſum aūt in ſole nō eſt idē qd̄ ſol; vñ dicit Anſhelmus ꝙ creatura in creatore nihil aliud ē q̄ creatrix eſſentia: ſm qd̄ dr̄ Joh. j. Quod factū eſt in ipſo vita erat. Nō eñ dicimus ꝙ lapis habet eſſe lapidis in deo: ⁊ ſic de alijs: ſed eē qd̄ hȝ in deo eſt eſſe increatū: non aūt ſic eſt in angelo vel in aīa vbi ſunt ſpēs rerū q̄ nō ſunt angelus vel aīa. Cum ergo cognitio ſequat᷑ eſſe rei: ergo matutina vel diurna cognitio dicit᷑ illa: q̄ cognoſcit rē ſm eſſe qd̄ habet in verbo ⁊ ipm̄ verbum: quod idem eſt cum rebus in ipō. Poteſt tñ dici ꝙ ad meridiē q̄ habet lucē clariſſimā ⁊ caret pncipio ⁊ fine referri pōt meridiana cognitio: nō ad cognitionē angeli: ſed ad cognitionem dei que eſt clariſſima et eterna: qꝛ nec pncipiū nec finem habet.

EE Quartus articulus

¶ Quartus articulus ꝓpoſitus de intellectu angelico fuit de obiecto intellectus angeli. Dicendū ꝙ obiectū angelici intellectus attingibile ꝑ naturā eſt ens creatum: et ꝑ grē lumen eſt cū hoc ens increatū: qd̄ eſt deus: vñ hic ponēda ſunt quatuor dubia. Primū qualiter angelus cognoſcit qd̄ ſupra eſt ſcȝ deū. Scd̄m qualiter cognoſcit qd̄ iuxta ſe eſt ſcȝ angelum. Terciū qualiter cognoſcit que ſunt ifra ſe ſcȝ corporalia. Quartum qualiter cognoſcit habitus qui ſunt intra ſe. Primum dubium cōcurrit ens increatum: alia tria membra ens creatum. Ad pmū dubiū ⁊ ſimiliter ad alia ſequentia rn̄det Alexander in. ij. parte. q. xxiiij. Qꝫ deus vno mō ſine oīm medio videt᷑ et cognoſcitur ab angelo: ⁊ nihilominus per effectum ſiue ſimilitudinem. Lux eñ materi

aliſ nō cognoſcit̃ ꝑ ydolū ſiue ſpeciem.
Ydolum eñ eſt rei habẽtis ꝓpriā figurati
onē: ſed lux nō habet: ergo nō eſt ei⁹ ydo-
lum. Ecōtra aūt eſt de colorato qđ habet
ydolum ⁊ ſimilitudinē ſiue ſpeciē mediā
te qua deꝑhendit̃ a viſu. Similiter dicē-
dum ꝙ lux ſumma ⁊ increata ydolū non
habet: vñ nō intelligit̃ de⁹ ab angelo: vel
ab aīa beata ſub ſimilitudine ⁊ ſpecie ali
qua media: ſed ſeipō ſcꝫ ſuā eſſentiā: nec
oportet mediū aliqđ intercidere: qm̄ de⁹
ſemꝑ eſt pñs angelo ⁊ aīe beate: nec aliđ
aliqđ ex parte ſui requirit̃: tñ cognoſcen
tis requirit̃ aſſimilatio: q̄ fit in intellectu
cognoſcẽtis: vel per donū nature: ſcꝫ ꝙ
eſt ad imaginē dei factus ⁊ hec eſt prima
aſſimilatio: vel ꝑ grām: ⁊ hec eſt maior.
vel per gliam: ⁊ hec eſt maxima et perfe-
ctiſſima. Sic ergo exigit̃ hec aſſimilatio:
vel iſta: vel alia ꝑ quā cōiungat̃ vel vni-
atur intellectus cū deo. Poteſt etiam co
gnoſci ꝑ ſuos effectus reꝑtos in creatu-
ris: ſicut ſi dicat: hec creatura eſt bona: ⁊
nō eſt bona a ſe: ergo ab alio: ſed ſi q̄rat̃
vel ab alia creatura: vel ab alio q̄ a crea
tura: ⁊ tūc conijcit̃ ꝙ ab alio q̄ a creatu-
ra. Et tūc conijcit̃ aliquā ſubām eſſe icre
atā primam: qm̄ abire in infinitū non eſt.
ſed ſic non eſt in angelo: ſed angelus co-
gnoſcit deum vel per ipm̄ vel ꝑ ſimilitu-
dinē ſeu aſſimilationē nature grē vl' glo-
rie ab ipſo acceptā: et ideo certiſſima eſt
eius cognitio qua cognoſcit res in verbo
qm̄ ꝑ ipm̄ verbū cognoſcit v̾bum: et per
ipm̄ verbum alia. Ad ſcđm dubiū di-
cendū ꝙ quadruplex eſt modus cogno-
ſcēdi vnū angelū ab alio. Primus eſt ꝑ
effectū ⁊ iſte cōis eſt aīe ⁊ angelo. Si eñ
vt ſupra dictum eſt. viij. queſtione aīa co
gnoſcit angelū ex ſuis effectibus ⁊ opati
onibus: multo fortius vnus angelus aliū
quia vident angeli effectus ſuos inter ſe
magis q̄ anime. Et angeli boni ⁊ anime
ſancte melius q̄ angeli mali et aīe non
ſancte: ꝓpter maius poſſe quod eſt in aīa
bus ſanctis ex gratia q̄ in demonib⁹. Se
cundus modus cognoſcendi eſt per ſcri-
pturas ſm qđ inuenim⁹ eos diuerſimo-
de apparuiſſe diuerſis ⁊ in diuerſis locis
vt patet tam in veteri q̄ in teſtamēto no
uo. Tercius ⁊ quartus modus ſunt cir-
cūſcripta omni operatione et ſic eſt ſim-
pliciter cognoſcere: et hoc dupliciter: vel
in verbo: vel in proprio genere ſiue in ſe.
His enim duobus modis cognoſcit vn⁹
angelus alium: vel in deo ſcꝫ in v̾bo: vel
in genere ꝓprio: vel in ſeipō. Loquēdo er
go de hoc quarto mō cognoſcēdi angelū
dicendū ꝙ vnus angelus ꝯgnoſcit aliū ꝑ
ſpēm nō innatā ſed potius acquiſitā: qꝛ
ipſe eam ſibi facit in ſe. In angelo eñ eſt
duplex natura: ſcꝫ dandi formas intelli-
gibiles: ⁊ recipiēdi eas ab alio: ⁊ iſte due
nature ſunt in angelo ſicut in anima: nā
in eis eſt natura ſpeculi: ⁊ ſic poſſunt re-
cipere formas intelligibiles: ⁊ ratio lumi
nis: ⁊ ſic poſſunt dare eas: nō tñ ſm rati-
onem ꝓprij luminis ſm rōnem p̄mi lumi
nis ſuꝑinfluentis. Dicendū ergo ꝙ vnus
angelus ꝯgnoſcit aliū per ſpēm ſiue ſimi
litudinē ⁊ accipit illā ſpēm a ſpecie alteri
us angeli. Conſtat eñ ꝙ non accipit ſpe
ciem eſſentialē angeli: ſed remanente in-
eo ꝓpria ſpecie: angelus cognoſcēdo ali-
um ſimilitudinē illius accipit. Angelus
igit̃ cognoſcēs ſimilitudinē alterius an-
geli recipit illius ſpeciē: ⁊ ſic habet natu-
ram ſpeculi ⁊ ſibi dat: qm̄ facit ꝙ in ſe ſit
illa ſimilitudo: ⁊ ſic habet rationē lumis.
Terciū dubium qualiter angelus co-
gnoſcit res corporales inferiores ſe. Di-
cendū ſicut lux corporea habet potentiā
multiplicādi ſe in diuerſis partib⁹ aeris:
⁊ etiā ſpēm rei colorate: ita dicendum eſt
de angelo ex parte qua angelus eſt lumē
ſpirituale: habet poſſe vt det eſſe ſpiritu
ale ſimilitudini corporali ⁊ ſic eam intel-
ligit. Quartum dubium qualiter ange
lus cognoſcitur que intra ſe ſunt ſcꝫ ha-
bitus: tam naturales q̄ acquiſitos ⁊ gra
tuitos. Ad quod dicendum ꝙ tam bon⁹
q̄ malus angelus cognoſcit iuſticiā na-



turalem ⁊ acquiſitam per ſpeciem ſuam:
que tamen ſpēs ſm Alexandruꝫ non eſt
aliud q̄ res ipſe: ſꝫ cū ſm Auguſtinū bo-
nus angelus cognoſcit ſpeculatiue ⁊ pra
ctice: vnde preſens eſt in ſuo intellectu ⁊
in ſuo affectu: ſed malus ſpeculatiue tm̄
cognoſcit iuſticiam ꝑ ſeipſam ſm quod
eſt in intellectu. id eſt per ſimitudinē. Si
aūt querat̃: vnde habet angelus malus
ſpēm iuſticie ⁊ ceterorum habituum. Di
cendum ꝙ ſpēs omniū habituū date ſibi
ſunt ab exordio ſue conditionis: nec eos
amiſit per peccatū: quoniā habere ſpēm
rei: quā tamen rem ipſe non habet nec
habere poteſt: nō eſt ei niſi pena. De iu-
ſticia v̾o gratūfaciente: dicendū ꝙ bon⁹
angelus eam cognoſcit per ſeipſam: ſed
malus tm̄ per eius effectum: ſed per hoc
quod videt opera gratuita que ab alijs
habent̃. Subtilius tamē videt ⁊ maiori
cognoſcit expientiaa q̄ homines cogno-
FF Undecimo queritur.
ſcūt. ¶ Undecimo querit̃ De intellectu
humano ſpecialiter ſub duobus articu-
lis. Primus articulus erit de intellectu
anime ꝯiuncte. Scđs erit de cognitione
Primus articulus.
intellectus anime ſepate. ¶ Primus ar
ticulus. Intellectus anime ꝯiuncte cor-
pori humano: cognoſcit ſe ⁊ alia per ſpe-
cies: non innatas ⁊ ꝯcreatas (vt voluit
Plato: qui dixit ꝙ ſcientie ⁊ virtutes ani
me eſſent in exordio ei concreate: ſed cuꝫ
infundit̃ corpori ꝓpter corporis groſſiciē
⁊ molem obliuiſcitur omnium. Et per in
terualla temporū addiſcim⁹: ⁊ recorda-
mur priorum quorum obliti ſumus: ⁊ ſic
noſtrum ſtudium non eſt aliud q̄ quod-
dam reminiſci) ſed per ſpecies acquiſi-
tas ⁊ a rebus ⁊ earum fantaſmatibus ꝑ
intellectum agentem abſtractas ⁊ acce-
ptas: que quidem ſpecies ſunt naturales
xij. Paulus dicit̄ vidiſſe deū ad ſimilitu
dinem angeloꝝ tercij ordinis in quo ſūt
Throni Cherubin ⁊ Seraphin: qui deū
vicinius ⁊ intimius pre alijs ordinibꝰ cō
templant̄. Plura hic dicenda occurre
rent de raptu aīe in primū celum ſcꝫ ima
ginationis ſupra ſenſus exteriores: ⁊ de
raptu aīe in ſcd̓m celū: ſcꝫ rationis ſupra
imaginationē. Et de raptu in tercium ce
lum ſcꝫ intelligentie ſupra rationē ⁊ oēs
vires inferiores: que hic breuitatis gra
tia omittunt̄: nam in. ij. tractatu. c. xv. de
raptu diffuſius determinat̄. Cancellariꝰ
pariſieñ. ꝑclare de his raptibꝰ plura po
nit in tractatu de theologia myſtica: ⁊ in
tractatu de mōte ꝯtēplationis. Noiat̄ — Mens
etiā intelligētia mens: eo ꝙ in aīa velut
ſup̄ma potētia emineat vel excellit tanꝙ̄
caput vel oculus inter ceteras ꝑtes cor
poris: ſic intelligētia eſt ꝑſtantior in aīa
inter vires cognitiuas: quēadmodū ſin
dereſis (de qua infra tractabit̄) ꝑſtanti
or eſt vis aīe inter potētias affectiuas: q̄
idcirco apex mētis nominat̄. Sunt eniꝫ
tres vires affectiue ꝓporcionales cogni
tiue de q̄bus dictū ē: ſcꝫ ſindereſis: volū
tas ⁊ appetitus ſenſitiuus: de quo ſupra
dictū eſt: ſed de ſindereſi ⁊ volūtate in ſe
quētibus dicet̄. Nominat̄ etiā intelli
gētia ſimplex: ſpūs: vnde q̄ hoc nomen
ſpūs equiuocum eſt: ⁊ ſepius in hoc opu
ſculo de deo dicit̄. Idcirco de eius equo
catione hic ſubiungit̄: vñ ſm San. Bo
nauentu. in. j. ſen. diſ. x. q. iij. in corpore.

❡ Spūs multipliciter accipitur. Nam — Spūs multipliciter accipitur
hoc nomē ſpūs reperit̄ in corporibꝰ: In
ſubſtātijs rationalibꝰ: ⁊ in deo. In ſuba
autē corporali ſpūs dicit̄ dupliciter. Aut a
ſpūalitate cōtra corpulentiam: ⁊ ſic dici
tur abſolute ⁊ vocatur ſpūs corpꝰ ſubti
le aereū: ſicut accipit̄ in libro de differen
tia ſpūs ⁊ anime. Et ille ſpūs eſt triplex:
naturalis: vitalis ⁊ aīalis: de quo ſupra
dictum eſt. c. ix. Aut a ſpiratione: ⁊ ſic dicit̄



ſpūs flatus: vt in pš. Ignis grando nix
ſpūs ꝓcellarū. Scd̓m hunc modū dupli
cē accipit̄ in ſubſtātia ſpūali ſiue rōnali.
Aut a ſpūalitate cōtra corporeitatē: ⁊ ſic
ſubſtātia rōnalis vel eius potētia interi
or ſup̄ma ſcꝫ intelligētia dicit̄ ſpūs: quia
eſt natura ſpūalis et rōnalis ab oīni cor
poreitate aliena: ⁊ eſt tanꝙ̄ oculus i aīa.
Non eñ ſimplex intelligētia ꝑcipit cor
pora ſicut ſenſus: nec corpoꝝ ſimilitudi
nes ſicut imaginatō: nec corpoꝝ naturaſ
ſicut ratio. Sed ſpm̄ increatū ⁊ ſpm̄ cre
atum contēplat. De hoc ſpū dicit̄ Ecci. iij.
Quis nouit ſi ſpūs filioꝝ adam aſcēdat
ſurſum. Aut a ſpiratione et ſic affectus
vel amor dicit̄ ſpūs. Et huiꝰ rō eſt: quia
actus ſpirationis in corꝑe: eſt actꝰ inter
nus: actus continuus: actus viuificus: ⁊
hꝫ originem a calore: quia ergo egreſſus
amoris vt amor venit ab intrinſeco: et
amor eſt actus viuificus: q̄ amor eſt vi
ta ſpūalis aīe. Et iterū amor eſt actus cō
tinuus: q̄ cōtinue dꝫ reddi amor: ⁊ tunc
ꝑfectus eſt: qñ hō ſic amat. Rurſus ē ca
lor ſpūalis: ideo ſolus amor dicit̄ ſpūalis
ſpirari: ⁊ ſic accipit̄. j. ad Theſſal. vl. Ut
integer ſpūs vr̄ ⁊ aīa ⁊ corpus. glo. Spi
ritus eſt mens qui ſeruit legi dei. Scd̓m
hunc duplicē modū ſpūs accipit̄ in diui
nis: nam ſm ꝙ ſpūs dicit̄ a ſpūalitate: ſic
cōuenit toti trinitati: nā tota trinitas ca
ret corporeitate ⁊ mālitate: vñ Ioh. iiij.
dicit̄: ſpūs eſt deus. Scd̓m qd̓ dicit̄ a ſpira
tione ſic cōuenit illi ſoli ꝑſone q̄ ꝓcedit
vt amor. Spirare eñ in ſpūalibus ſoliꝰ
eſt amoris: et qm̄ amor pōt ſpirari recte
et ordinate: ⁊ ſic eſt purus: vel indirecte
⁊ immūde: ⁊ ſic eſt libidinoſus: ideo ꝑſo
na illa q̄ eſt amor nō tm̄ dicit̄ ſpūs: ſꝫ ſpi
rituſſanctus (Et nota ꝙ ſpūſſanctus qñ — Spūſſanctꝰ
eſt vna dictio dicit̄ de tercia ꝑſona in tri
nitate: ſed qñ ſunt due partes: dicit̄ de ſpū
cuiuſlibet iuſti). Nō ſic filiꝰ dicit̄ ſanctꝰ: q̄
generatio eſt motus naturalis circa quē
non attendit̄ ſanctitas vel puritas: ſicut
attendit̄ circa amorē voluntatis.

❡ De rōne ſuperiori ⁊ inferiori. Quarta — De ratione ſuperiori ⁊ inferiori
differētia ⁊ diuiſio potētie intellectiue ſu
mit̄ ſm officia ⁊ diſpoſitiones: ſic diuidi
tur potentia intellectiua in rationē ſupe
riorē ⁊ inferiorē: ſed quia hoc nomen ra
tio equiuocū eſt. Idcirco primum dicen
dum eſt de rōnis multiplici acceptione.
Unde cōſiderandū ꝙ ratio ſextupliciter — Ratio ſextupliciter dicit̄
dicit̄. Primo idē eſt ratio ꝙ cauſa. Unde
⁊ in vſu cōiter loquentiū dicit̄ huiꝰ ratio
eſt. i. cauſa: vel redde rationē. i. dic cauſā.
Scd̓o mō ratio eſt idē qd̓ aliq̄ bona pro
batio: ſiue ſit ꝑ cauſam ſiue ꝑ effectū. Et
ſic aliq̄s dicit̄ ꝓbare ſuaꝫ opinionē multis
rōnibus: et ſic videt̄ poni in diffinitione
argumēti: qñ dicit̄ Argumentū eſt ratio
rei dubie faciēs fidē ſm Boetiū in topi
cis. Tercio mō ratio idē eſt qd̓ diffinitio
⁊ ſic capit̄ in ꝑncipio ꝑdicamētoꝝ. Equi
uoca ſunt quoꝝ nomē cōe eſt: ⁊ ſm idēꝫ
nomē ratio ſubſtātie eſt diuerſa: rō. i. dif
finitio. Quarto mō ratio idē eſt qd̓ cōce
ptus intellectus de re quā q̄s expſſe voluit
intelligere. Que etiā verbū mētis dicitur
et hoc mō ratio rei eſt eius expſſa conce
ptio in intellectu: ⁊ ſic dicimus. Q̄ vnige
nitus dei verbū increatū eſt lux in mente
ſummi artificis: plena viuentibus ratio
nibus et eternis. Quinto rō eſt illud qd̓
correſpōdet in re ꝯceptioni intellectꝰ de ſe
facte: ⁊ dicit̄ rō qd̓ tali ꝯceptioni correſpōdet.
Hoc aūt eſt illud qd̓ appꝛhēdit intellectꝰ
de ſignificatione alicuiꝰ nois: ⁊ ſic dicimꝰ
ꝙ rō iuſticie eſt in tenendo mediū coꝝ q̄
ſunt ad alterū. Sexto rō idē eſt qd̓ poten
tia intellectiua aīe rōnalis: a q̄ hō dicit̄ rati
onalis: vñ differūt rōnale et rōnabile: q̄
rōnale dicit̄ qd̓ vtit̄ rōne: vt hō: ſed rōnabi
le qd̓ rōne agit̄ vel qd̓ rōnabiliter viuit:
vñ oēs hoīes ſunt rōnales: ſed pauci rō
nabiles: q̄ nō ducunt̄ rōne: lꝫ ſint rōna
les. i. aptitudinem habēt rōcinādi. i. rōne
vtendi: vñ de rōne ſexto mō accepte hic
eſt agendū. ❡ De rōne q̄d ſit. Ratio dicit̄ — Ratio quid ſit
ipſa vis aīe rōnalis ꝯſiliatrix: ⁊ diſcernit
conferēdo inter bonū ⁊ malū: ⁊ inter bo

num et melius cōparādo vnū ad aliud.
Eſt eñ alqñ rō cognitio veri vt veri. Et
ſic ē cognitiua tñ Eſt ēt rō aliqñ ↄgnitō
veri vt boni. Et ſic dī ſil' cognitiua ⁊ mo-
tiua. Cū eñ iudicat aliqd ēē bonū vl' ma
lū ⁊ ibi ſiſtit: tūc dī cognitiua. Si xo vlte
riꝰ ꝓcedit iudicādo aliqd bonū: vt ſcʒ fi
at: vel malum vt euitet: tunc dī etiā mo-
tiua. Si vero adhuc vlterius procedat ⁊
nō ſolum iudicat aliqd eſſe bonum: vt fi
at: ſed etiam cuʒ hoc illud fieri appetat:
tunc tranſit in liberum arbitrium qd cō-
prehendit rōnem ⁊ voluntatem: vt infra
dī. Hec vis anime ſcʒ ratio ſm Aug. xij.
de ciuita. dei. Diuidit in parteʒ ſiue por-
tionem ſuperiorem ⁊ in partem ſiue por
tionem inferiorem. Pars ſuperior: rō ſu
perior nominat: ⁊ pars inferior: ratio in
ferior. Et licet iſte due partes idem ſint i
re: diuerſificant tñ ſm rōnem ſuarū ope
rationum ſeu officiorum ac etiam ſuarū
diſpoſitionum: ſicut dicēt de oculo nunc
ſurſum nunc deorſum aſpiciente. Supe-
rior eñ pars ⁊ portio rōnis ſm Aug. eſt
que rebus eternis intendit: ⁊ hoc duobꝰ
modis ſcʒ conſpiciendis ⁊ conſulendis.
Primo eñ ratio ſuperior intēdit rebus
eternis cōſpiciendis: ſm qd eterna in ſe-
ipſa ſpeculat ſeu cōtemplat. Et licet vt
Nota ſic ratio ſuperior vſq; ad ↄtemplationeʒ
eternoꝝ ſe extēdat: differt tñ ab intelligē
tia (de qua ſupra dictum eſt) Nā intelli
gentia negociat in eternis ꝑ modū intui
tionis ⁊ abſolute. Ratio vero nō ſic: ſed
conferēdo ⁊ rōcinādo eterna contēplata
ꝑut ex ipſis poterit accipere regulas agē
dorū. Item intelligētia ſimplex ꝑncipia
ꝑma per ſe nota que cognoſcit in lumie
ꝓprio ſibi a deo collata: ⁊ ab alto: ꝑntat
rationi ꝑ que ratio deducit ↄcluſionē ex
ꝑmiſſis: ſi autem rō deducit ↄcluſiones
ex ꝑncipijs ab inferioribas per experien-
tiam acceptis: tunc dicitur ratio inferior
vt ꝙ ignis eſt calidus. Scdo ratio ſu-
perior intendit rebus eternis conſulēdis
tanꝙ medio: ſm qd ex eternis legibus ⁊

rationibus diuinis ſuperior ratio acci-
pit regulas agendorum: vel ſm ꝙ eter-
na applicat ad dirigendam voluntatem
⁊ actionem. Verbigratia. Cum ratio di-
cit. Omne ꝓhibitum lege dei eſt vitan-
dum: vel omne preceptum lege dei eſt fa
ciendum: vt non mechaberis: vel ſabba-
ta ſanctifices: tunc tale iudicium attribu
itur rationi ſuperiori. Ratio vero inferi-
or de trāſitorijs iudicat ⁊ ea diſponit. Et
innititur ⁊ rōcinatur per leges ⁊ ratiōes
humanas: vt cum quis per iudicium ra-
tionis conſiderat de agendis per cauſas
inferiores: vt puta furtum vel adulteri-
um: vel aliqd inhoneſtum non eſt facien
dum: conſiderando actus turpitudinem
rationis dignitatem: offenſam hominuʒ
Nota et quantū malum ſit damnoſum ⁊ inho-
neſtum rei publice: tunc tale iudicium at
tribuitur rationi inferiori. Hec differētia
rationis ſuperioris ⁊ inferioris eſt ſm of
ficia. Eſt ⁊ alia differentia ſm diſpoſi-
tionem. Nam ſuperior ratio eſt fortis ⁊
vocatur vir: et comparat ade. Inferior
vero ratio eſt debilis ⁊ nominat mulier
⁊ comparat eue. Talis autem diſpoſiti-
onum diuerſitas ſm San. Bonāuentu.
in. ij. ſenten. ortum habet non ex diuerſi-
tate nature ſed ex diuerſa comparatione
eiuſdem potentie. Dum eñ ratio noſtra
ad ſuperiora conuertitur purgatur illu-
minatur et perficitur. Dum enim leges
eternas conſpicit ⁊ immutabilitatem di
uine virtutis: in bono fortificatur ⁊ vigo
ratur. Dum autem ad inferiora conuer-
titur vtpote ad ſenſualitatem ⁊ carnem:
⁊ circa res corporales verſatur: iam per
ſenſualitatem cui coniuncta eſt qdāmo-
do trahitur ⁊ emolliri incipit: et ſepe ab
eis allicitur ⁊ trahitur. Videt enim ſem-
per ſibi pomum porrigi id eſt illecebram
que eſt carnalis concupiſcentia et dele-
ctatio: et quia vna oritur ab alia ⁊ ei cō-
iungitur tanꝙ adiutorium ſimile ſibi: re-
cte illa ſuperior dicitur vir: ⁊ inferior mu
lier: ⁊ inter illas dicitur eſſe coniugium.



Hec ſuperior intelligens ⁊ conſulens di
uinam volūtatem. Illa vero inferior exe
quens opere: ⁊ ideo hec regit illa regitur
E Et ex hoc illa ſuperior ⁊ iſta inferior ap
De actibus rationis. pellatur. ¶ De actibus rationis. Ratio
vt dicit San. Bonauentura. in centilo-
quio habet quinq; actus: duos per quoſ
dirigitur in finem veri: quorum vnꝰ pre-
Rōcinatio cedit cognoſcere: et dicitur ratiocinatio:
que ſic ab Auguſtino diffinitur. Rōcina-
tio eſt rationis inquiſitio: vel aliter. Ra-
tiocinatio ē rationabilis ſubtiliſq; a cer-
tis ad incertorum indagationem nitens
cogitatio. Et dicit raciocinatio a ratioci
nor aris quod eſt ratione vti. Hinc raci-
Ingenium ocinationi eſt inſitum ingeniū quod diffi
nitur ab Aug. Ingenium eſt illa vis ani
me ſiue intentio qua ſe extendit anima ⁊
exercet ad incognitorū cognitiōem (Et
dicit ingenium ingenij: ab in ⁊ geniuʒ in
eodem ſenſu. Illa enim prepoſitio in: ad
dita nihil operat: niſi quod notat inge-
nium eſſe intrinſecam vim anime ⁊ natu
ralem. Unde ingeniuʒ dicit quaſi intus
genium: ſcilicet a natura) Alius actus
rationis eſt ipm cognoſcere quod ē aſpe
ctus veri: ⁊ ſm hoc diffinit ratio ab Au-
guſtino. Ratio eſt animi aſpectus quo ꝑ
ipſum verū intuet: vnde ꝗcquid ſenſus
percipit: imaginatio repſentat: cogitatio
format: ingeniū inueſtigat: ratio cogno-
ſcit ⁊ iudicat: ⁊ memoria conſeruat: intel
ligentia comprehendit: ⁊ ad meditatio-
nem: ſeu cōtemplatiōem adducit. Ha
bet etiam ratio tres actus per quos diri
git in finem boni. Primus actus eſt vis
inuentiua: ⁊ dicitur inuenire: ⁊ eſt boni ⁊
mali diſcretio: ſiue boni ⁊ melioris. Se-
cundus actus eſt vis diiudicatiua: ⁊ dici
tur diiudicare: ⁊ eſt diſcretione facta: bo
ni ſiue melioris electio. Inuenire enim ⁊
diiudicare ſunt actus potentie cognitiue
ſiue rationis adinuicem ordinati: per ꝗs
dirigit ratio in finem boni. Tertius actꝰ
eſt dilectio. De his tribus dicit Augu-
ſtinus. Ratio eſt animi aſpectus quo bo

num ⁊ malum diſcernit: virtutes eligit:
deum diligit. ¶ De intellectu ſpeculati-
uo ⁊ practico. Quinta differentia ⁊ di F
uiſio potentie intellectiue ſm ſtatus: vt De intellectu ſpeculatiuo ⁊ practico.
cum diuiditur vis rationalis ſiue intelle
ctus. in intellectum: ſpeculatiuū: qui exer
cetur in cognitione veri: ⁊ practicum qui
exercetur in operatione boni: vterq; ta-
men intellectus cōſiſtit in cognitione ve-
ri: ſed quia cognitio veri eſt duplex: vel
veri vt veri: vel veri vt boni. Hinc eſt ꝙ
intellectꝰ diuidit in ſpeculatiuū ꝑ quē re
cte intelligimꝰ (ꝗ ⁊ theoricus intellectus
dicitur a theoro: ras: quod eſt videre vel
ſpeculari: inde theoricus. id eſt. ſpecula-
tiuus vel contemplatiuus) et in practicū
per quem bene viuimus ⁊ operamur. Et
dicitur a praxis quod eſt operatio: inter
quos intellectꝰ multiplex poteſt aſſigna
ri differentia: non tamen differunt reali-
ter ſed ratione tantū. Inqntum eñ ali-
quid intelligit abſolute: vocatur ſpecula
tiuus: inqntum per formam apprehen-
ſam extenditur ad opus: dicitur practi-
cus: ⁊ eſt prima differentia. Nam intelle
ctus ſpeculatiuus vtitur forma ⁊ ſpecie
intelligibili abſolute: vt ſolum eſt princi-
pium cognoſcendi. Intellectus vero pra
cticus formam vel ſpeciem apprehēſam
extendit ad opus tanꝙ exemplar operis
ad cuius ſimilitudinem aliquid operat.
vnde dicitur. iij. de anima. Intellectus
ſpeculatiuus extenſione fit practicus.
dum ſcilicet coniūgitur voluntati ⁊ ope-
ri: non ꝙ intellectus ſit voluntas ſeu ap-
petitus: ſed ille idem intellectus ⁊ ipſa ea
dem potentia que dirigit in conſideran-
do: poſtmodū regulat in operando. Vo-
luntas nanq; eſt appetitus ratiocinatus
hec Bonauentura in ſecundo ſententia
rum. Secunda differentia. Nam in-
tellectus ſpeculatiuus ponit finem ſuuʒ
intra ſe tantum. Sed intellectus practi-
cus ponit finem ſuum aliquando intra
ſe: et aliqñ ex ſe. Cuiꝰ rō ē q2 itellectꝰ ſpe
culatiui opatio ē imanēs ⁊ mānet ī opāte

quantū ad phiam naturalē et rōnalem.
Intellectus eñi in his opando ſolū qu e
rit ſcire (eſt aūt opatio imanēs que ma-
net in opante: ⁊ nō tranſit in exteriorem
materiam) Operatio aūt intellectus pra
ctici aliq̄ eſt immanens: q̄tuz ad phiam
moralē que tractat de virtutibus ⁊ earū
vitijs oppoſitis: vt caſte: patienter: humi
liter: viuere ⁊ agere. harum virtutū ⁊ vi-
tiorum oppoſitoruz actiones: manent in
exercente ⁊ opante (De diuiſione autez
phie in naturalem: moralem ⁊ rationalē
dictū eſt precedenti capitulo in fine) ali-
qua operatio intellectus practici eſt trā-
ſiens q̄tum ad artificialia ⁊ mechanicas
artes: vt ars faciendi rotas: ars molendi
narij: ars faciendi horologia. Eſt aūt ope
tranſiens: q̄ ab opante tranſit in exterio-
rem materiā in qua ſuſcipit̄: ſicut domi-
ficatio opatio eſt tranſiens: quia tranſit
in materiam lignoꝝ ⁊ lapidū. Tertia
differentia: nam cum phs. vj. Ethicoruz
ponat. v. habitus intellectuales ſapiētiā
ſcz intellectū: ſcientiā: prudentiā ⁊ artez.
Operatio intellectus ſpeculatiui q̄ exer-
cet̄ in cognitione veri: procedit a tribus
primis habitibus intellectualibus. ſcz ſa
pientia: intellectu ⁊ ſciētia. Eſt aūt ſa-
pientia circa cauſas altiſſimas: vnde di-
cit̄ ſapientia quaſi de deo ſapida ſcientia
Et comprehēdit ſub ſe oēm theologiam
⁊ totam metaphiſicaz: que eſt theologia
paganoꝝ. Intellectus eſt habitus ꝑnci-
pioꝝ: q̄ intellectis terminis cognoſcunt̄
vt omne totum eſt maius ſua parte: ⁊ ſic
de alijs. Hic aūt intellectus nō ſignificat
potentiā intellectiuā: de qua hic agitur:
ſed habitū potentie: q̄ importat rectitu-
dinē rationis circa prima principia. Sciē
tia eſt habitus concluſionū ꝑ demonſtra
tionem acquiſitus. Et comprehēdit ſub
ſe: mathematicā ⁊ phiſicā. Operatio ve-
ro intellect⁹ practici: que exercet̄ in ope
ratione: ꝓcedit ab alijs duobus habiti-
bus intellectualibus ſcz prudentia ⁊ ar-
te. Naz operatio intellectus practici ſm

quam producit agibilia: eſt imanens: et
procedit a prudentia ſm quam recte agi
mus: vnde prudentia eſt recta ratio agi-
bilium ſm phm. vj. Ethicoꝝ. id eſt. circa
actus qui manent in operante ⁊ nō trā-
ſeunt in exteriorem materiam: ſicut ſunt
amare: odire: diligere ⁊ huiuſmodi: que
pertinēt ad actus morales: quorum pru
dentia eſt directiua. Et comprehēdit ſub
ſe philoſophiā moralem totam. ſcz mo-
naſticam: yconomicā ⁊ politicam ⁊ totū
ius canonicū ⁊ ciuile. Operatio aūt intel
lectus practici ſm quam ꝓducit factibi-
lia eſt tranſiens: ⁊ ꝓcedit ab arte: vnde
dicit philoſophus. vj. Ethicoꝝ. Ars ē re-
cta ratio factibiliuz. Mediante eñi arte:
artifex recte operat̄ ſm principia ⁊ regu
las artis ſue: vnde ars importat rectitu-
dinem rōnis circa factibilia. id eſt. circa
actiones in exteriorem materiā trāſeun-
tes: ſicut eſt ſecare ligna: dolare lapides: in
quibus eſt ars directiua ſm regulas ſu-
as. vnde ars dicit̄ ab arceo: ces: cere: eo
ꝙ artat regulis ad recte agendum: ſm re
gulas vniuſcuiuſq; artis: vnde ſm Hu-
gonē de ſancto victore in dydaſcolicon.
ſeptem ſunt artes mechanice que ꝓpter
ſupplendā corporis indigentiaz reperte
ſunt. ſcz lanificiū: armatura: agricultura
venatio: nauigatio: medicina ⁊ theatrica
que eſt ars ludoꝝ: ſiue in cantibus: ſiue
in organis: ſiue in figmentis: ſiue in geni
culationibus corporis. Differunt aūt
agibile ⁊ factibile ſiue actio ⁊ factio. Nā
actio circa quā eſt prudētia eſt operatio
immanens ⁊ eſt ꝑfectio opantis: vt intel
ligere eſt perfectio intelligentis: diligere
diligentis: quemadmodum lucere eſt ꝑ-
fectio lucentis. Factio vero circa quā eſt
ars eſt opatio tranſiens: et eſt perfectio
opati: ſicut edificare eſt perfectio edificij
¶ De vita actiua ⁊ contēplatiua. Quar — G De vita actiua ⁊ contēplatiua.
ta differētia intellectus ſpeculatiui ⁊ pra
ctici eſt. quoniam ab intellectu ſpeculati
uo procedit vita contemplatiua. Ab in-
tellectu vero practico vita actiua: vnde



dicit Sanctus Tho. ſcđa ſcđe. q. xvij. ar
ticul̄. j. Cum enim vita dicitur operatio
quā aliquis ex ſeipo exercet: ⁊ in homine
operatio que eſt in eo principalior ⁊ i pri
cipalioribus operationibus illa dicit̄ vi-
ta: cui impenditur ſummū ſtudium intē-
tio ⁊ cura: non ſolum ſm potentias natu
rales: ſed etiam ſm habitus ⁊ actus ſup
additos. Et cum talis principalior ope-
ratio ſit in homine intelligere. Reſtat ꝙ
ſm hanc operationē homo dicat̄ viuere
et vita eius diſtinguit̄ in actiuā ⁊ cōtem
platiuam reſpectu operationis intellecti
ue. Uita eñi voluptuoſa non eſt ꝑncipa-
lis in homine nec humana: immo bruta-
lis beſtialis ⁊ pecudum. j. ethicoꝝ nomi-
natur a philoſopho. Sed ſm intellectuz
ſolum eſt humana vita: cuius diuiſio re-
ſpectu intellectus ſic habet accipi. Habz
enim pars intellectiua duas operatiōes:
vnam que eſt ipſius ſm ſe: aliam que eſt
ipſius ſm qđ regit vires ⁊ potentias ani
me inferiores ſibi obedientes: ⁊ ſm hoc
in homine accipitur duplex vita. Una q̄
conſiſtit in operatione intellectus ſm ſe:
et hec dicit̄ vita cōtemplatiua. Alia que
conſiſtit in operatione intellectus ⁊ rati-
onis: ſm qđ ordinat ⁊ regit et iperat po-
tentijs anime inferioribus natis ſibi obe
dire: ⁊ hec dicitur vita actiua. Ex quo pa
tet ꝙ cum intellectus diuidit̄ in ſpecula-
tiuum ⁊ practicū non tanq̄ diuerſas po
tentias: ſed ſicut indiſtincta officia: ꝑ di-
ſtinctos actus: indiſtincta obiecta: et ho-
minis vita dicitur conſiſtere in eo in quo
magis delectat̄ ⁊ cui magis intēdit. Qui
dam autem magis intendunt contēplati
oni veritatis: quod pertinet ad intellectū
ſpeculatiuū. Uita contemplatiua conſi-
ſtit in contemplatione ſummi contēpla-
bilis. Et quia aliqui magis intendūt per
intellectum practicum: paſſionibus mo-
derandis: vicijs extirpandis: virtutibus
inſerendis: quod pertinet ad rationem ⁊
intellectum practicum: ideo in his conſi-
ſtit vita actiua. Ad vitam etiam actiuam

pertinēt opera miſericordie corporalia ⁊
ſpiritualia. Ad cōtemplatiuam pertinēt
oratio perfecta. ¶ De memoria intellecti
ua. Sexta differentia ⁊ diuiſio potentie — H De memoria intellectiua
intellectiua eſt ſm cōparationem habit⁹
ad actum: et ſic diſtinguit̄ in memoriam
intellectiuam ⁊ in intellectū ſeu intelligē
tiam: quia vna et eadem eſt potentia in-
tellectus ſeu intelligentia: ⁊ memoria in-
tellectiua ⁊ idem habent obiectum. Sed
ab actibus eſt diſtinctio: quia intellectus
poſſibilis dicitur memoria: inquantū cō-
ſeruat actu ſpecies intelligibiles: ⁊ ſic eſt
in actu ꝑmo per eas. Et idem intellectus
poſſibilis vocatur intelligentia vel intel-
lectus ꝓut actu vtit̄ ſpeciebus ⁊ actu cō
ſiderat ꝑ eas: ⁊ ſic per eas eſt in actu ſe-
cundo: qui eſt conſiderare. Ex quo patet
ꝙ eadem eſt potētia: memoria intellecti-
ua: intellectus poſſibilis: intellectus i ha
bitu: intellectus in actu: intellectus i effe
ctu ⁊ intellectus adept⁹: ſed differūt ſm
actus: vt ſupra dictum eſt in ſecunda di-
uiſione potentie intellectiue.
Pro ampliori memorie intellectualis no
ticia Queritur qualiter memoria intelle
ctiua que eſt pars imaginis: differt a me
moria ſenſitiua de qua ſupra dictum eſt
caplo. xxij. Reſpondetur ꝙ in multis dif
ferūt. Primo quia memoria ſenſitiua ē
virtus organica: ⁊ eſt ſubiectiue indeter-
minata parte corporis ſcz in parte poſte
riori cerebri locata. Sed memoria intelle
ctiua ſicut ⁊ alie potentie intellectiue nō
eſt virtus organica: nec eius operatio ex
ercetur per aliquod organum determi-
natum. Scđo differunt quia memoria
ſenſitiua cum ſit virtus organica eſt cor-
ruptibilis ad corruptionem organi i quo
eſt: nec manet poſt mortem. Sed memo
ria intellectiua (ſicut ⁊ intellectus) eſt in
corruptibilis ⁊ non deſtruitur ad deſtru
ctionem corporis. Licet enim memoria
ſiue intellectus aliquando in hac vita im
pediatur in ſua operatione per accidens
ratione ſenſuum exteriorum ⁊ interiorū

magis tamen interiorum qui intellectui
famulanẗ: vt patꝫ in freneticis ⁊ fatuis:
quorum ſenſus interiores ſunt confuſi ⁊
perturbati. Non tamē memoria ſiue in-
tellectus impeditur in ſua ſubſtantia et
natura. In fatuis vero intellectus ē ita
perfectus ſicut in ſanis. Exercitium tñ ⁊
actio impeditur: quia ſenſus interiores
ſunt impediti. Manet etiaꝫ memoria in
tellectiua poſt mortem. Res eñ certa eſt
ꝙ ſpecies rerum intellectarum in hac vi-
ta manent in anima ſeparata. Memora
tur enim illorum que acta ſunt in hac vi-
ta. Teſtatur euangelium de diuite epu-
lone ſepulto in inferno: qui memorabaẗ
fratrū numerum quot habuit in hac vita
Nam quicq̇d perfectionis reperiẗ in vir
tute inferiori hoc etiam reperitur in vir-
tute ſuperiori: quia quicquid poteſt virtus
inferior hoc ſuperior poteſt ⁊ altiori mō.
Sed ſenſus eſt virtus inferior q̄ intelle-
ctus ⁊ in eo ponitur memoria: ergo a for
tiori in intellectu qui eſt virtus ſuperior

Tercio differunt: quia memoria ſenſi-
tiua ſolum recipit ⁊ conſeruat ſpecies et
intentiones rerum ſenſibilium ⁊ particu
larium ⁊ eſt preteritorum Sed memoria
intellectiua recipit ſpecies rerum intelli-
gibilium: ⁊ intelligit per eas vniuerſiter:
⁊ abſtrahit ab hic ⁊ nunc. i. a loco ⁊ tem-
pore ⁊ alijs conditionibus indiuiduanti
bus. Intelligit enim intellectus hominē
inquantū eſt homo. Accidit enim homi-
ni inquantū eſt homo: in preterito vel in
preſenti vel in futuro eſſe: et hoc eſt verū
quo ad obiectum. Ex parte vero act⁹ co
gnitionis p̄teritio accipi poteſt in intelle-
ctu ſicut ⁊ in ſenſu: quia intelligere ani-
me noſtre eſt quidam particularis actus
in hoc vł in illo tempore exiſtens: ſm̄ ꝙ
homo diciẗ intelligere hodie heri vł cras
⁊ hoc non repugnat intellectualitati.

Quarto differunt. Nam memoria ſen
ſitiua realiter diſtinguitur ab alijs ſenſi-
bus interioribus: vt ſupra patuit ca. xxij.
Memoria vero intellectiua que eſt con-
ſeruatiua ſpecierum intelligibilium: non
eſt alia potentia realiter diſtincta ab ipſo
intellectu ſeu intelligentia vel ratione: q̄
hic pro eadem potentia accipiunẗ: vnde
phs. iij. de anima. Locum conſeruatiuū
ſpecierum intelligibiliū attribuit intelle-
ctui. Eſt enim intellectus potentia paſſi-
ua: ad rationem autem potentie paſſiue
pertinent conſeruare ſicut ⁊ recipere: vñ
ſicut dicit San. Tho. Aug⁹. xiiij. de trini
tate loquens de memoria intelligentia ⁊
voluntate: non accipit illa tria pro trib⁹
potentijs. Sed memoriam accipit ꝓ ha-
bituali retentione anime. Intelligentiā
pro actu intellectus: voluntatem ꝓ actu
voluntatis. Conſuetum eñ eſt aliquan-
do nomina potentiarum vel habituū ꝓ
actibus earum ſumi. Et ſic intelligentia
dicitur oriri ex memoria: non ſicut poten
tia vna ex alia: ſed ſicut actus ex habitu
Sanctus etiam Bonauētu. in. ij. diſtin.
xxiiij. q. iiij. Dicit ꝙ memoria ⁊ intelligen
tia poti⁹ ſint diuerſe vires q̄ diuerſe po-
tentie. Nam ambe ſunt in parte rationa
li intellectiua: ⁊ negociantur circa idem:
ita ꝙ intelligētia intellectus ſeu ratio ac
quirit: memoria conſeruat: vel memoria
offert intelligentia dijudicat. Non ſic au
tem eſt de intellectu ⁊ affectu: ſiue ratio-
ne et volūtate: que omnino ſunt diuerſe
potētie. Omnes eñ q̄tquot diuidūt ani-
me potentias: prima ſui diuiſione diui-
dunt in cognitiuam ⁊ affectiuam: ſiue in
rationem ⁊ voluntatem. Quinto dif-
ferunt. Nam memoria ſenſitiua non eſt
pars imaginis ad quā homo creatus eſt
ſed ſolum memoria intellectiua. Primū
patet: quia imago eſt eſſentialis anime: ⁊
eſt ſm̄ potentiam rationalem tm̄ in ani-
ma: ⁊ abſtrahit a conditionibus tempo-
ris. Sed memoria ſenſitiua eſt ſenſibiliū
quia eſt in brutis ⁊ concernit differentiā
temporis: quia eſt acceptio preſentis de
preterito: ergo non pertinet ad imaginē.

Scđm patet ſcꝫ ꝙ memoria intellecti
ua eſt pars imaginis. Naꝫ dicit ſanctus



Auguſtinus. xiiij. de trinitate. Eo mens ē
imago dei: quo poteſt eſſe capax dei. ſcili-
cet per cognitiōem ⁊ amorem. Sed deus
non capiẗ ab anima: niſi ameẗ: neq3 ama
tur: niſi intelligaẗ: neq3 intelligiẗ niſi pre
ſens in anima habeaẗ. Sed primum eſt
per voluntatem. Scđm per intelligentiā
J Tertiū per memoriam. Notandum tñ
ꝙ quedam eſt memoria veritatis innata
que iam acquiſita. Memoria veritatis
innata eſt principiū intelligentie ⁊ volun
tatis. Eſt eñ vis conſeruatiua ſimilitudi
nis prime veritatis impreſſe a creatione.
Et ex tali memoria prime veritatis gene
raẗ intelligentia. ex vtroq3 vero ꝓcedit
Trinitas amor prime veritatis. Memoria ergo ē
generans: intelligentia genita. Amor vō
ꝓcedens. Memoria ergo pater: intelli
gentia filio: Amor ſiue voluntas ſpiritui
ſancto coaptaẗ. Memoria vero acquiſi
ta prime veritatis poteſt conſiderari du-
pliciter: q̄tum ad fieri: et q̄tum ad eſſe.
Q̄tum ad fieri naturaliẗ ꝓcedit memo-
ria acquiſita ex intelligentia ⁊ voluntate
⁊ ſm̄ hoc intelligentia que eſt generans
veritatem attribuiẗ patri: voluntas que
eſt genita filio: memoria ex vtroq3 proce-
dens ſpūiſancto: Unde intelligentia ē in
anima quaſi docens: voluntas tanq̄ im
perans. memoria miniſtrās vtriq3: intel-
ligentie quid doceat: ⁊ volūtati quid iu-
beat. Q̄tum ad eſſe memoria veritatis
acquiſita: eſt principium veritatis intelli
gētie ⁊ volūtatꝭ. Et ſi dicaẗ imago attē
diẗ in his q̄ nata ſunt recipe imaginē re-
formatōis. Et imago reformatōis (vt ſ.
dictū eſt ca. v.) conſiſtit in tribus virtuti
bus theologicis quarum nulla eſt in me-
moria ergo ⁊c. Reſpondet ſanctus Bo-
nauentura in. j. diſtin. iij. Q̄ memoria re
formaẗ ⁊ q̄tum ad ſtatum vie: ⁊ q̄tū ad
ſtatum patrie. In primo per ſpem. Et
hoc patet per expoſitionē Auguſtini ſu-
per illud verbum Matth. xxij. Diliges
dominū deum tuum: ex toto corde tuo. i.
intellectu ſine errore. Ex tota anima. id ē
ex voluntate ſiue cōtradictione. Ex tota
mente. id eſt memoria ſine obliuione. In
ſcđo ſtatu: ſcilicet patrie memoria refor-
matur q̄tum ad tentionem. Unde dicit
Bernardus Q̄ deus eſt futurus: intelli
gentie plenitudo lucis: voluntati multi-
tudo pacis: memorie cōtinuatio eternita
tis. Plura de imagine ⁊ ſimilitudine ſm̄
quam homo creatus eſt: requirantur ſu-
pra quarto ⁊ quinto capitulis. ¶ Epilo-
gus potentiarum apprehenſiuarum. Ex — Epilog⁹ potentiarū apprehenſiuarū.
his igitur concludiẗ ꝙ in parte intellecti
ua apprehenſiuo non ſunt niſi due potē-
tie realiẗ diſtincte. ſcilicet intellect⁹ agēs
⁊ poſſibilis: ſed intellectus poſſibilis dici
tur et nominatur diuerſis nominibus a
ſuis diuerſis conditionibus. Unde eadē
potentia exiſtens dicitur intellectus vel
intelligentia: Diciẗ memoria: dicitur ra-
tio: ⁊ ratio ſuperior ⁊ inferior. Diciẗ in-
tellectus ſpeculatiuus ⁊ intellectus pra-
cticus: intellectus poſſibilis: intellectus
diſpoſitus: intellectus in actu: intellect⁹
adeptus ſicut vnus ⁊ idē doctor pōt dici
inq̄ntū docet: ⁊ cantor inq̄ntum canit: et
ſic de alijs. Ex quo patet vlterius diſtin-
ctio omniū potentiarum apprehenſiua-
rum: q̄ in vniuerſo ſunt duodecim: q̄nq3
ſenſitiue exteriores: quinq3 interiores: et
due intellectiue. Intellect⁹ ſcilicet agēs:
qui dicitur apprehenſiuus: non quidem
quia apprehendit: ſed quia apprehenſio
nem cauſat: ⁊ poſſibilis: qui apprehen-
dit ⁊ conſeruat.

¶ De voluntate.

Caplm̄ xxxj

A De volūtate

c Ulibet potentie cognitiue: corre
ſpondet proportionalis virtus
affectiua. Cum enim apprehen-
ditur aliquid a potentia cognitiua quod
eſt conueniens ſibi vel diſconueniens:
experimur animam applaudere quodā-
modo ad hanc apprehenſionem ſi ſit cō-
ueniens vel vt cōueniens: ⁊ horrere ſi ſit
diſcōueniens: ſuperioribus caplis dictū

eſt de potentijs anime ſenſitiue: tam apprehenſiuis ꝙ etiam appetitiuis eis proportionabilibꝰ. Dictū eſt de potentijs anime rōnalis apprehēſiuis ſeu cognitiuis: videlicet de intellectu: ⁊ rōne. Nunc dicendum eſt de potētia anime rationalis affectiua: ſiue motiua Nam potentie cognitiue (quam theologi intellectum vocant) correſpōdet ꝓportionaliter virtus ⁊ potētia motiua (quā theologi voluntatem vocant) Pro volūtatis ergo cognitione ſex querunt᷑ ꝑ ordinem. Primū de ipſius multiplici acceptiōe. Scōm de voluntatis ⁊ intellectus adinuicem comparatione. Tertium de volūtatis diffinitione. Quartū de voluntatis obiecti motione. Quintū de volūtatis actione. Sextū de voluntatis ſubdiuiſiōe.

Voluntas multipliciter accipitur.

¶ Voluntas multipliciter accipit᷑. Ad primū queſitū reſpōdet᷑ ꝙ voluntas in ſcriptura multiꝗ modis accipit᷑. Primo modo ꝓ obiecto voluntatꝭ. ſcilicet ꝓ ipſo volito: ⁊ ſic amici dicunt᷑ habere vnam volūtatem: quia idem volunt. Secūdo accipit᷑ ꝓ actu volendi: ⁊ ſic dicimus aliquam mutare voluntatem quando actum voluntatis mutat. Tertio modo accipit᷑ volūtas ꝓ potentia volitiua: ſiue volendi. Et ſic multis nominibus nominat᷑: videlicet appetitus intellectiuus: appetitus rationalis ⁊ volūtas. Ratio illoꝝ trium nominū dicta eſt ſupra cap̄. xxv. Dubio. iiij. in fine. Nominat᷑ etiam volūtas: vis affectiua motiua: imo inter potētias motiuas pꝛcipua: cum ſit generalis motrix oīm virtū. Cum em̄ intellectus apprehendit aliqđ vt bonum: vel vt cōueniens: volūtas viribus affixis ipſis organis ſenſuū imperat: ſicut viſui ad videndum: auditui ad audiendum: ⁊ ſic de alijs ſenſibus: ſimiliter in motu locali: voluntas imꝑat virtuti motiue membroꝝ: ⁊ virtuti que eſt in neruis: ⁊ ita mouet ad ambulandū ⁊ currendum ⁊ huiuſmodi ſimilia.

B

Diuidit᷑ autem volūtas rationalis ſm nomē tm̄ (nō quidem in diuerſas potentias: ſed in diuerſos modos volendi) in voluntatem: delibratiuam ſiue rationis: ⁊ in voluntatem naturalem que preuenit rōnis iudicium. Tunc em̄ voluntas dicit᷑ delibratiua ſm rōnem: quādo fert᷑ in aliqđ ſm bonitatem vel maliciam quam habet in ordine ad finem: ſic ſequit᷑ ratiōis delibratiōem. Et quia ratio duplicem habet portionem ſcꝫ ſuperiorem ⁊ inferiorē Ideoqꝫ voluntas delibratiua diſtinguit᷑ in portionem ſuperiorē ⁊ inferiorem: ſicut ⁊ ratio. Nam voluntas delibratiua que cōſequit᷑ cognitiōem ratiōis ſm portionem ſuperiorē: dicit᷑ portio ſuperior voluntatis: ⁊ reſpicit deum ⁊ leges eternas. Et hec voluntas ſemper tenet᷑ eſſe cōformis diuine volūtati cognite: vt aduerſus ſuum beneplacitū nunꝙ̄ murmuret: ſicut fit in beatis ſpiritibus qui ſunt cōformes diuine voluotati immobiliter. Hec etiam volūtas reperit᷑ in viatoribꝰ bonis: qui ſunt cōformes diuine voluntati cognite: licet mobiliter: vnde oramꝰ fiat voluntas tua: ſicut in celo ⁊ in terra. Sed voluntas que cōſequit᷑ cognitiōem rōnis inferioris: dicit᷑ portio inferior voluntatis: ⁊ reſpicit ꝓximū: quam appellant ſancti velut mulierem reſpectu ſuperioris portionis quam virum dicunt: ſm volūtatem inferiorem ꝑmittit deus multa velle: quorū oppoſita vult diuina ſua voluntas: vt pius filius bona voluntate vult patrē viuere quem deus ſtatuit mori. Hec tamē intm̄ recta eſt ſi volūtati ſuperioris rōnis (ſicut illa diuie) neqꝙ̄ remurmuret: vn̄ mori ꝓ amore dei ſpectat ad portiōem ſupiorem. Mori aūt ꝓ ꝓximo ſpectat ad portionē inferiorē. Volūtas aūt nālis eſt que fert᷑ in aliqđ qđ ē cōueniēs vel nociuū nature ſm ſe ⁊ abſolute: ſine collatione diſcuſſione ⁊ delibratiōe rōnis ad finem. Unde cōſiderandum ꝙ illa duplex voluntas: naturalis ⁊ delibratiua: ſequit᷑ ex duplici actu rationis inferioris. Nam apprehēſio rōnis inferioris: vno modo fit ſimpliciter ⁊



abſolute: cum ſcilicet ipſa ratio inferior ſubito aliquid apprehendit: ⁊ exinde ſtatim ſine aliqua diſcuſſione illud ſic ꝑ eā apphenſam: tanꝙ̄ bonū vel malum: cōueniens vel diſcōueniens: delectabile vel nō delectabile ⁊ huiuſmodi: diiudicat Si igitur talem ſubitam rōnis apphenſiōeꝫ indiſcuſſamqꝫ diiudicatiōem ſequat᷑ voluntas in vnū vel aliud ſe inclināndo: tūc dicit᷑ volūtas nō delibrata ⁊ naturalis et motus ſeu appetitꝰ volūtatis nō delibratus. Alio mō inquiſitiue: cum ſcilicet ipſa ratio poſtꝙ̄ aliquid ſic vt ꝓfert᷑: inueſtigat de illo ſic ꝑ eam apphenſo: an bonuꝫ vel malum: cōueniens vel nociuū exiſtat ⁊ rōcinat᷑: tūc ſi talem apphenſiōeꝫ inueſtigatiōem ⁊ diiudicatiōem: volūtas ſeqꝰtur: dicit᷑ volūtas delibrata: ſiue delibratiua. Verbigratia: ſicut ꝓijciēs merces in mari: ſimpliciter nō vult volūtate naturali: qꝛ hoc ſibi ꝓponitur a rōne inferiori nō delibrante finem: vt malū damni: ſed qꝛ vlterius a rōne inferiori delibrāte: ꝓponit ſibi finis vt neceſſariū ꝓpter periculū naufragij vitandū: ⁊ ſic vult volūtate delibratiua ſm diiudicationem rōnis. Rationē vero ſuperiorē: qꝛ actibus ⁊ negocijs humanis diſponendis ⁊ regulandis per ſe nō intendit (quemadmodū rō inferior) nec in obiecta inferioruꝫ anime virtū que per ipſam etiam dirigi habent fert᷑: niſi ſolum inquātuꝫ de ipſis rōnes diuinas ⁊ eternas cōſulit quod clarū eſt fieri nō poſſe niſi per modum inueſtigationis ⁊ delibrationis. Nūꝙ̄ reſpectu ipſorum actuū ⁊ negociorū terrenorū ſequit᷑ motus aliquis niſi delibratus. Ex dictis ſequit᷑ ꝙ ratio inferior duos habet actus ſcilicet apprehenſionis tm̄: ⁊ apphenſionis et diſcuſſionis ſimul. Sequit᷑ etiam ꝙ cum ratio diuidit᷑ in ſuperiorem portionem ⁊ inferiorē: nō accipit᷑ rō ꝓut diſtinguit᷑ cōtra voluntatem: ſed ꝓ tota parte anime rōnalis que intellectū ⁊ rōnem comprehendit: nam tam in ratione ꝙ̄ in voluntate ſuperior ⁊ inferior portio reperit᷑. Eſt et alia differentia volūtatis naturalis que ⁊ thelesis ſiue ſindereſis nominat᷑: ⁊ volūtatis delibratiue que ⁊ buliſis dicit᷑. De hac differētia dicitur infra cap̄. xl. Et de his tribus ſupradictis acceptionibus volūtatis in ſeqꝰntibus determinat᷑. Quarto volūtas accipit᷑ large ꝓ appetitu ſenſitiuo in hoīe: q̇ dicit᷑ rōnalis per participatiōem: eo ꝙ natus eſt obedire rōni. iuxta Ariſtotelis verbum. Cōformiter ad illud dictū de Cayn: Sub te erit appetitꝰ tuus: ⁊ tu dominaberis illius. Non ſic aūt eſt in appetitu ſenſuali brutoꝝ que nō habent rōnem directiuaꝫ ſibi adiūctam. Propterea paſſionis ſenſitiue eis non imputant᷑: nec dicunt᷑ turpes: vt ſuperbia in equo: ferocitas in leone: fraus in vulpe. ⁊ ſic de alijs ſimilibus Sequit᷑ ex dictis ꝙ ſolum illud dicit᷑ homo velle abſolute qđ vult volūtate ⁊ appetitu ſenſitiuo humano: qꝛ volūtas ſenſualis ineſt ſibi ſm partem ſenſitiuaꝫ ſm quam homo cōicat cū beſtijs. Silr̄ qđ homo vult volūtate naturali hoc nō ſimpliciter vult: ſed ſm quid: ſcilicet ſi aliđ nō obſtet qđ per delibrationem rōnis inueniat᷑. Unde dicūt doctores ꝙ talis volūtas naturalis magis dicēda eſt velleitas hominis: ꝙ̄ volūtas: qꝛ ipſam homo vellet ſi aliquid nō obſiſteret.

Velleitas

Quinto accipit᷑ volūtas licꝫ improprie: ꝓ quocunqꝫ appetitu q̇ nō habet cōiūctam rōnem: vt in brutis: ⁊ etiam ꝓ appetitu naturali: q̇ nō habet ꝯiūctam cognitiōem ſed regit᷑ ⁊ dirigit᷑ tantūmodo: quaſi regulata ab intelligentia infallibili que deus eſt: q̇ ſic res ordinat vt eos ꝓprios motus agere ſinat.

Volūtas eſt nobilior intellectu.

Caplm xxxij

A

Volūtas eſt nobilior intellectu

S Ecūdum ad queſitum quo querebat᷑ de volūtatis ⁊ intellectus adinuicem compatione. Utrum voluntas ſit eminentior ⁊ nobilior potētia intellectu. Reſpondet Cancellariꝰ pariſieñ ſuper Cantica ꝙ Ariſtoteles et

ſequaces etiã theologi: ſicut ſctũs Thomas videnť intellectus preferre dignitatem. Alij vero magis ſequentes Auguſti. ⁊ chriſtianã pietatem: certiſſimis rationibus volũtatem anteponũt. ſicut ſanctus Bonauentura qui ꝓpterea ex doctrina ⁊ vita pietatis circa charitatem cognominatus eſt Seraphicus. (Bonauẽtura ſeraphic⁹) Solius itaqꝫ cultura intellectus ſpeculatiui q̄tumcunqꝫ ſubtilis: cadit in illud apoſtolicũ: ſcientia inflat. Cultus vero volũtatis in amore meret illud quod addiť: ⁊ charitas edificat que ſedens ſub vmbra illius quem deſiderat fructum guſtat: imo fructus ſpiritu ales duodecim dulces gutturi ſuo. In his verbis Cancellarius ſentire videtur volũtatem nobiliorem intellectu. Petr⁹ etiam de aquila in ſuo ſcotello ſuper .ij. ſenten. diſtin. xxiiij. tenet ꝙ voluntas ſit nobiliſſima potentiarum anime: tum ꝓpter dicta ſanctorum ⁊ philoſophorum: tum ꝓpter rõnes. Nã ſanctus Bernardus in libro de libero arbitrio dicit ꝙ voluntas eſt nobiliſſima potentia. Item Anſhelmus de cõceptu virginali: dicit ꝙ volũtas eſt regina ⁊ domina in toto regno anime. Idẽ dicit Richardus in libro q̃ incipit Dñe caput languiduꝫ. Item Richardus ſuper .iiij. ſentẽ. diſtin. xlix. q̃ſtione .vij. ꝓbat voluntatem nobiliorem eſſe intellectu: ⁊ ſoluit argumenta oppoſitum ꝓbantia. Itẽ ſanctus Bernardinus in ſuo quadrageſimali ſermone .lxij. capĺo .ij. idem ſentit. Item philoſophus .ix. Metaphiſice. Et Commentator ibidem dicunt ꝙ hereſis. id eſt. electio habet intellectũ determinare: quia eſt potentia valens ad oppoſita: ſed non haberet vim determinatiuaꝫ niſi eſſet nobilior. Secũdo voluntatis nobilitas ꝓbať per rationes: nam quod eſt liberum per eſſentiam nobilius eſt eo quod non eſt liberum per eſſentiam: q̄a libertas eſt ꝓprietas nobiliſſima: ex ꝓlogo Metaphiſice: ſed volũtas eſt libera per eſſentiam. Intellectus vero ſolũ per participationem. Intelligimus enĩ cum volumus. Preterea: ſicut ſe habet actus ad actum: ita potentia ad potentiã. Sed actus voluntatis eſt nobilior actu intellectus: ergo ⁊c. minor patet: quia beatitudo (que eſt perfectus ſtatus aggregatione omniũ bonorum) conſiſtit principaliter in actu nobiliſſime potentie ſm philoſophum. ſcilicet perfecta fruitiõe trinitatis increate: ſed fruitio: vt patet in ſequẽtibus eſt actus voluntatis: ⁊ talis eſt nobilior ⁊ melior quocunqꝫ actu intellect⁹. Etiam clara dei viſione (in qua alij dicũt beatitudinem cõſiſtere) Nam fruitio q̃ eſt ſubiectiue in voluntate intimius ⁊ perfectius coniũgit naturam intellectualem cum obiecto beatifico ſcilicet deo q̄ viſio faciei. Igitur in fruitione actu volũtatis conſiſtit principalius beatitudo: q̄ in viſione que eſt actus intellectus. Item cui debetur nobilior perfectio eſt nobilius: ſed nobilior perfectio debetur voluntati q̄ intellectui: ergo ⁊c. Probatio minoris: quia intellectui debetur ſcientia: ſed charitas debetur voluntati: ſed charitas nobl o: eſt ſcientia: quia ſm apoſtolum Scientia inflat: charitas edificat. Nam lux: ſiue cognitio ſcientie: ſine ardore et amore charitatis parum eſt: ⁊ ſepe nociuum: ſepe noxium: quia ſcientia inflat et demonẽ facit. Quid enĩ demon interpretatur niſi ſciens: ſed abſqꝫ charitate. Itẽ ſm philoſophum. Beatitudo cõſiſtit in actu nobiliſſime virtutis: ſed charitas q̃ eſt actus voluntatis eſt excellentiſſima omnium virtutum. j. Corinthiorum. xiij. Si linguis hominũ loquar ⁊ angelorum charitatem autem non habeaꝫ nihil ſum. Et ibidem concludit apoſtolus Fides: ſpes charitas: tria hec: maior horum eſt charitas: ergo idem quod prius. B Intellectũ voluntati preferentes nõnullis argumẽtis ſuam opinionem roborant. E quibus tria eorum argumenta hic ſoluunť. Primum argumentum: illa potentia eſt nobilior cuius obiectum eſt ſimplicius: ſed obiectum intellectus eſt ſimplicius obiecto voluntatis ergo ⁊c. Probatio minoris: quia obiectum intellectus eſt verum quod eſt in mente: obiectum autem volũtatis eſt bonum quod eſt in rebus: ex .vj. metaphi. ſed quod eſt in mẽte eſt ſimplicius eo qꝺ eſt in re. Dicendum ꝙ hoc argumentum eſt contra eos: quia obiectum voluntatis eſt ſimplicius: quia obiectum voluntatis ſm eos eſt deus in ſe: obiectum vero intellectus in patria ẽ deus receptus in intellectũ: ſed deus in ſe habet ſimplicius eẽ q̄ ꝓut habet eſſe receptum in intellectu: quia eſt ibi aggregatio rei ⁊ multarum relationum rationis.

Scd̃m argumentum. Illa potẽtia eſt nobilior in cuius actu principaliter conſiſtit beatitudo: ſed in actu intellectus principaliter cõſiſtit beatitudo ergo ⁊c. Probatio minoris: quia clara viſio dei eſt ſubſtantia beatitudinis ſm illud Ioh. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcunt te ſolum verum deum. Sed cognitio ſiue viſio pertinet ad intellectum ergo ⁊c. Reſpondetur ꝙ in viſione ſm ſe ⁊ abſolute ſumpta non conſiſtit vita eterna ⁊ beatitudo: ſicut dicit gloſa ſuper illud pſalmi. Oſtendam illi ſalutare meum. Sed per cõcomitantiam ⁊ per reſpectum ad fruitionem: quia viſio ⁊ complacẽtia in qua eſt perfecta ratio fruitionis inſeparabiliter ſe habent: ergo viſio dei que eſt actus intellectus: eſt ꝓpter fruitionem: que eſt actus voluntatis: ſed qꝺ eſt ꝓpter aliud eſt ignobilius eo: ſm illud phi. j. poſteriorum: propter qꝺ vnũquodqꝫ tale ⁊ illud magis: et ſic intelligitur illud Aug⁹. Viſio eſt merces tota beatorum ꝓpter connexionem in dotibus glorioſis. Viſio enĩ dei non tm̃ reſpicit potentiã cognitiuam: immo etiam affectiuam ſcꝫ voluntatem.

Tercium argumentum dirigens ẽ nobilius directo: ſed intellectus dirigit voluntatem: ergo ⁊c. Reſpondetur ꝙ dirigens per modum conſilij non eſt nobilius directo: ſicut patet de portante candelam ante dominũ. Intellect⁹ aũt dirigit per modũ conſilij ⁊ non imperij: ideo non eſt nobibior. Unde exemplificat cancellarius pariſienſis ſuper Magr̃. Ratio non principatur voluntati vt ancille: ſed ſibi conſulit vt domine ſue: portat tamen ſibi lucernam vt videat qualiter ſit incedendum: non vt cogat eam: immo diuertit ad voluntatis imperium lucernam ſuam: vel ſuffocat ⁊ deſerit eam ne luceat actu pleno.

¶ De diffinitione voluntatis. Capitulum xxxiij

A (De diffinitione volũtaꝫ)

Tercium ad queſitum quo querebatur de voluntatis diffinitione Reſpondetur ꝙ voluntas ſic diffinitur. Voluntas eſt vis anime rationalis affectiua: apta moueri in bonum ſeparatum a materia: ex coniuncta apprehenſione rationis particulariter dirigentis. In hac diffinitione voluntatis. Vis anime rationalis ponitur loco generis: in quo voluntas differt ab omnibus inferioribus viribus anime: tam vegetabilibus que non ſunt potentie anime rationalis inquantũ rõnalis ſed inquantũ vegetatiua: q̄ etiam viribus anime ſenſitiue cognitiuis ⁊ appetitiuis que ſunt potentie anime rationalis non inquantum rationalis: ſed inquantum animal ⁊ brutalis. Nam homines ſcd̃m illas vires viuentes dicuntur beſtialiter et brutaliter viuentes ꝓmo Ethicorum. Et in hac particula voluntas conuenit cum intellectu: ſiue ratione. Nam volũtas ⁊ ratio: vt ſupra dictum eſt capitulo .xxviij. ſunt rationales per eſſentiã: quia ſunt in parte anime intelellectiua ⁊ rationali. Secundo dicitur in diffinitione voluntatis affectiua: ad differentiam rationis ſiue intellectus que non ſunt potẽtie affectiue ſeu appetitiue: ſed apphẽſiue ⁊ cognoſcitiue. Nã i pte aĩe rõnalis ſolũ ponũť tres

potentie realiter diſtincte. Due in parte
intellectiue: ſcilicet intellectus agens et
poſſibilis: ⁊ vna in parte affectiua ſcꝫ vo
luntas. Tercio dicit̃ in dicta diffiniti-
one: apta moueri in bonū ſeparatū a ma
teria: in quo tangit̃ obiectū volūtatis qḋ
eſt bonū vniuerſale: de q̄ in ſequēti. c. di-
cet̃. Per hoc differt volūtas ab appetitu
ſenſitiuo. Nā appetitus ſenſitiuus fert̃
in bonū particulare ꝯiunctū materie: qꝛ
mouetur ī id quod ſenſus ſentit: ſed hoc
eſt particulare. Nam ſenſus exterioꝛ co-
gnoſcit obiectum in p̄ſentia materie: ſen
ſus interioꝛ ſine p̄ſentia materie: ſed cuꝫ
cōditionibus materie vicꝫ loco ⁊ tpe. Sꝫ
ſenſum inſequit̃ cōſimilis appetit⁹ ſenſi-
tiuus: qui fert̃ in bonum vtile vel delecta
bile ꝯiunctū materie in re ſenſibili: vt ſu-
pꝛa diffuſe dictum eſt: in dubijs cap̄. xxv.
Sed voluntas fert̃ mouet̃ ⁊ inclinat̃ in
bonum vniuerſale ſeparatum a materia
qꝛ mouet̃ in id quod ratio ſiue intellect⁹
intelligit: ſed hoc eſt vniuerſale. Cogno-
ſcit enim intellectus obiectum ſuuꝫ ſine
materia: abſente materia: ⁊ ſine cōditio-
nibus materie. Sicqꝫ intellectū ſequitur
cōſimilis appetitus intellectiu⁹ ſcꝫ volū
tas: que mouet̃ in bonū vniuerſale ꝑ in-
tellectum appꝛehenſum. Quarto dī in
diffinitione volūtatis ex cōiuncta appꝛe-
henſione rōnis: particulariter dirigētis:
ad differentiā appetitus naturalis: q̄ du
pliciter differt ab appetitu intellectiuo .ſ.
voluntate. Nā cū q̄libet appetitus inſe-
quit̃ cognitionē: voluntas tñ et etiā ap-
petit⁹ ſenſitiuus ſequunt̃ coniunctā co-
gnitionē. Nā volūtas ⁊ ratio coniuncta
ſunt in parte aīe rōnalis. Appetitus ve-
ro ſenſitiuus inſequēs cognitionē ſenſu-
um: cōiunct⁹ eſt cū ſenſibus in parte aīe
ſenſitiue. Sed appetitus naturalis (q̄ cō
uenit rebus inaīatis. Similiter materie
ꝓme q̄ naturaliter appetit formā) nō ha
bet cognitionē ꝯiunctā q̄ cognoſceret il-
lud quod appetit: ſed ſequit̃ cognitionē
non coniunctā ſcꝫ intelligentie ſeu dei: q̄
omnia infallibiliter dirigit. Nam op⁹ na
ture eſt opus intelligentie non errantis:
q̄ deus eſt. Queadmodū ſagitta emiſſa
a baliſtario non cognoſcit metam: ſed ba
liſtarius ipſam dirigens. Et hec eſt pꝛima
differentia appetitus naturalis ⁊ volūta
tis que in dicta ponit̃ diffinitione. Scḋa
differētia. Nā volūtas ſequit̃ cognitionē
q̄ fit ꝑ rationē particulariter cognoſcen-
tem dictantē ſiue dirigentē: referendo co
gnitionē particularē ad rationem cogno
ſcentē: non ad cognitū ſiue obiectū rōnis
qḋ vniuerſale eſt. Silr̃ appetitus ſenſiti-
uus ſequit̃ cognitionē ſenſuum particu-
lariter cognoſcentiū. Cognitio eīm parti-
cularis eſt vnius aīalis vel hoīs. Sed ap
petitus naturalis ſequit̃ cognitionē non
ꝯiunctā vniuerſaliter dirigētis .i. dei qui
vniuerſaliter oīa dirigit in fines ſuos.
Pluraqꝫ de appetitu naturali: ſenſitiuo:
et intellectiuo ſiue volūtate: ꝓpoſite diffi
nitioni volūtatis deſeruiētia. ſupꝛa habē
tur ca. xxv. ¶ Scḋa diffinitio volūtatis — B Scḋa diffinitio voluntatis.
ponit̃ ab Anſhelmo. Volūtas eſt inſtru
mentū ſeipm̄ mouēs. Vñ pꝛo iſtius diffi
nitionis noticia conſiderandū: ſicut patꝫ
infra. c. xxxv. Sicut volūtas habet domi
nium ſuꝑ actus aliarū potentiarū obedi
entiū rōni eis imperādo: vt exeāt ī actus
ſuos: ⁊ etiā eas ꝓhibendo ne exerceant
actus: ſic etiā habꝫ dñium ſuꝑ actum ꝓ-
pꝛium ſeipſam mouendo in ſuos actus
tam elicitos q̄ impatos. De quibus acti
bus infra dicitur capitu. xxxvij. Unde di
cit Sanctus Bonauentura in. ij. ſenten.
Cum nomino voluntatem: nomino vt
volentem aliquid: ⁊ nomino voluntateꝫ
vt volentem ſe velle. Verbigratia. Volo
ire ad eccleſiā: ibi voluntas aliquid vult.
Cumqꝫ intellectus appꝛehendit actum
volendi tanq̄ bonum. Tunc voluntas
ſeipſam mouet ad iſtum actum volen-
di in eum ſe inclinando et conſentiendo:
et hoc eſt pꝛimum volūtatis imperium:
quia vult ſe velle ire ad eccleſiam. Poſt
hoc imperat ſecundo viribus tam appꝛe



henſiuis q̄ motiuis ad exercēdum actuꝫ
ſuum volitionis: vt oculis ad videnduꝫ
⁊ virtute executiue affixe in neruis ⁊ mu
ſculis ad ambulandum. Et ſic voluntas
vna ⁊ eadem exiſtens potentia ſm̄ ſub-
ſtantiam: eſt pꝛincipale agens ⁊ min⁹ pꝛi
cipale: ⁊ inſtrumentū: mouēs ⁊ motum:
quia vult ſe velle. Vult etiam ſe frui: vti
⁊ eligere: ⁊ ſic de alijs actibus voluntatꝭ
elicitis. Mouet etiam ſeipſam ad actus
ſuos impatos: q̄a voluntas vult ſe impa
rare oībus alijs viribus rationi ſubie-
ctis ⁊ etiam ratione: vt exeant in act⁹ ſu
os. Non aūt alie potētie poſſunt ſibipſis
imꝑare: nam viſus nō vult ſe videre: ſed
voluntas: nec intellectus vult ſe intelli-
gere: ſed quādo volūtas vult: ⁊ hoc do-
minium voluntatis ſuper actū ꝓpꝛium ⁊
ſeipſam moueri: cōuenit voluntati: quia
eſt potentia ſuper ſeipſam reflexiua. De
quo ſupꝛa dictum eſt c. xxix. q. viij. Qua
liter intellectus ſeipſum cognoſcit Eſt
inſuꝑ notandū: q̄ q̄a dictū eſt q̄ volun-
tas ſeipſam mouet. Motus ꝓut hic ac-
cipit̃ nihil alius ē q̄ anime inclinatio ad
aliquid. Et ideo illis viribus ſeu potētijs
anime q̄bus inclinatio nō cōuenit nō at-
tribuit̃ ꝓpꝛie motus. Inclinatio aūt ē in
appetitu q̄ mouet in aliquid habendum
vel agendū: ⁊ ideo actus appetitiuarum
virtutū (ſcꝫ naturalis: ſenſitiui ⁊ rōnalis
ſiue voluntatis) motus ꝓpꝛie vocantur.
nō aūt actus virtutū appꝛehenſiuarum.
C Tertia diffinitio voluntatis — ¶ Tertia diffinitio voluntatis eſt ſancti
Auguſtini: ⁊ eā recitat magr̃ in. ij. ſen. di-
ſtin. xxvj. Voluntas eſt animi motus: co
gente nullo ad aliquid nō admittenduꝫ
vel adipiſcendū. Hec aūt: vt non admit
tat malum ⁊ adipiſcat̃ bonū: pꝛeuenitur
⁊ pꝛeꝑatur dei gratia. Hec Auguſtin⁹ de
duabus animalib⁹. Pꝛo huius diffinitio
nis intelligentia notandū q̄ ſm̄ Anſhel
ma. Volūtas dicit̃ equiuoce ad volunta
tem affectionem: ꝓut accipit̃ pꝛo poten
tia: ⁊ ad volūtatem inſtrumentū: ⁊ ad vo
luntatem vſum: ꝓut accipit̃ pꝛo actu vo
luntatis: pꝛo pꝛima acceptiōe data ē pꝛi-
ma diffinitio. pꝛo ſcḋa diffinitio: pꝛo ter-
tia acceptione: dat̃ tertia diffinitio. Et ſi
querat̃ quare magis diffinit ſctūs Aug.
voluntatem pꝛout accipit̃ pꝛo vſu q̄ pꝛo
potentia. Reſpondet̃ q̄ potentie magis
manifeſtāt̃ per actus: ⁊ ideo cognita vo-
luntatis vſu per conſequēs cognoſcitur
voluntas potentia. Dicit̃ in dicta diffini
tione: cogente nullo: per hoc innuit̃ vo-
luntatis libertas: quia volūtas non cogi
tur obiecto bono: ſicut intellectus vero.
Cuius ratio eſt: quia citra pꝛimum nihil
ita bonum eſt quod nō habet aliquid im
perfectionis: ſed aliquid ita veruꝫ eſt qḋ
nihil habet falſitatis: vt patet in hac pꝛo
poſitione. Q̄libet totum eſt maius ſua
parte: vnde tali cogit̃ intellectus aſſenti-
re: ſed voluntas nullo bono creato cogit̃
adherere. De libertate voluntatis plura
habent̃ infra caplo. xxxix.

¶ De obiecto voluntatis.

Caplm xxxiiij

q Uartū ad queſitū quo quereba
tur de volūtatis obiecti motione — A De obiecto voluntatis.
videlicet de obiecto quod pꝛimo
obijcit̃ appetitui rōnali ſiue volūtati: cir
ca quod negociat̃ ipſa voluntas que mo
uet̃ ⁊ inclinat̃ ab obiecto. Pꝛo hui⁹ que
ſtionis ſolutione hic quatuoꝛ occurrūt vi
denda. Pꝛimū q̄ differenter appetit⁹
naturalis: ſenſitiuus ⁊ volūtas mouent̃
in ſua obiecta. Scḋm de obiecto volunta
tis. Tertiū de obiecti volūtatis abſtracti
one. Quartū de obiecti volūtatis diffini-
tione. Q̄tum ad pꝛimū. Notandū ſi-
cut dicit̃ .j. Ethicoꝝ. Bonū eſt qḋ omnia
appetunt. Cumqꝫ triplex ſit appetitus: ⁊
quilibet appetit bonū in qḋ tendit ⁊ mo
uet̃. Appetitus eīm naturalis qui eſt in
animatoꝝ: ⁊ ſenſitiuus qui eſt brutoꝝ
mouent̃ in bonum particulare. Natura
lia anim ⁊ inanimata tendunt per appe-
titum naturalem eis inditum ad bonuꝫ
duntaxat vtile quadam neceſſitate ſicut
ad loca ſua conſeruatiua: ⁊ ad opatiōes

ſuas ſine quibus eſſe bene non poſſunt.
Rationalia ſcilicet homies mouentꝰ per
appetitum intellectiuū: ſiue voluntatem
in bonum vniuerſale ſiue honeſtum me-
ra libertate. Nam volūtas in rationali-
bus habet libertatem reſpectu actus ꝓ-
prij exterioris et interioris: ⁊ non ſolum
compeſcit manum exteriorem vel pedē.
ſed etiam compeſcit ſeipſam ⁊ refrenat:
incipiens odire frequēter quod prius di
ligebat: ⁊ hoc ex ſui ipſius imperio ⁊ do-
minio. Bruta vero feruntꝰ per appeti-
tum ſenſitiuū in bonū particulare vtile ⁊
delectabile quadam impetuoſitate: que
eſt infra libertatem ⁊ ſupra neceſſitatem
Non eñ poſſunt ſe omīno reprimere re
ſpectu actꝰ ꝓprij interioris ſcilicet appe-
titus. Unde ſi aliquid amant nō poſſunt
illud nō amare. Reſpectu tamē actus ex
terioris bruta poſſunt ad oppoſita tēde-
re: quia bene aliquādo refrenantꝰ a proſe
cutiōe alicuius rei amate timore alicuiꝰ
pene: ſicut patet in animalibꝰ domeſticis

B Q̄rtum ad ſcd̄m de obiecto ſcȝ volun
tatis. Obiectum eñ volūtatis eſt bonuȝ
vniuerſale: ſiue bonum ſeparatū a mate
ria: vel bonū honeſtum. Cum eñ totum
regimen anime pendet ex ratione ſeu in-
tellectu ⁊ voluntate. Ratione ſcȝ oſtēn-
dente: dirigente ⁊ cognoſcente. Volunta
te vero appetente: conſentiēte ⁊ impan
te: veluti ad motū ꝓgreſſiuū concurrit ſi
mul operatio viſus oſtendentis viam: et
opatio pedis incedentꝭ: vnde hoc quod
intellectus practicꝰ: ſeu ratio motiua in-
telligit: cognoſcit: oſtendit ⁊ iudicat eſſe
bonum: hoc voluntas appetit: diligit: de
ſiderat: in hoc tendit: ferꝰ: mouetꝰ ⁊ incli-
natur. Nam non diligimus niſi cognita
ſm Auguſtinū: ſed hoc eſt bonū vniuēr-
ſale ſiue ſeparatū bonum a materia: ſiue
bonū honeſtum: de quo in tertio notabili
dicetꝰ. Scd̄m eñ ſctm̄ Thomam. Bonū
intellectū ſeu apprehenſum et cognitum
ab intellectu: mouet appetitū rationalē:
ſiue volūtatem. Sicut enim appetitꝰ ſen

ſitiuus ferꝰ in bonū quod ſenſus apprē-
hendit ⁊ ſentit: ſed hoc eſt bonū particu-
lare vtile vl' delectabile: ſic appetitus ra
tionalis ſiue volūtas: ferꝰ in id quod ra-
tio ſeu intellectus cognoſcit ⁊ intelligit:
ſed hoc eſt bonum vniuerſale: ſeu ſepa-
ratum a materia: ſiue bonuȝ honeſtum.
Intellectus enim intelligit cōmune ⁊ vni
uerſale. vnde dicitꝰ .ij. de ania. Senſus eſt
ſingularium: intellectus vniuerſalium.

C Q̄rtum ad tertium: qualiter ſcilicet bo
num vniuerſale ⁊ ſeparatū a materia ab
ſtrahi debet a fantaſmatibꝰ. Reſponde-
tur: de hoc ſatis dictum eſt ſupra. ca. xxix.
q̄ſtione. iij. Ubi diffuſe dictū eſt qualiter
intellectus agens abſtrahit ſpecies intel
ligibiles a fantaſmatibus. Q̄rtum vero
ad preſens ſufficit Cancellarꝰ pariſieñ.
tale dat documentū dicens. Sentimus
nanqȝ ⁊ experimur per voluntatem nos
appetere ⁊ diligere in cōmuni ⁊ vniuer-
ſaliter: ⁊ illud bonum neqȝ eſt coloratuȝ
neqȝ ſonorū: neqȝ ſapidum: neqȝ odorife
rum: neqȝ frigidum: neqȝ calidum: non le
ne: nō aſperum: non paruū: nō magnum
Et licet illud in quo figere ſtatuere ⁊ ſub
ſiſtere videtꝰ illud bonum: neqȝ figuratū
neqȝ corporeū ſit calidum frigidū nec co
loratum. Nec etiam habeatꝰ conceptus
dilectionis boni: quin de neceſſitate fera
tur cordis intuitus ad hoc vel illud bo-
num particulare: vt ad bonū cibum: ad
bonam tunicaȝ: ad bonū hominem: ⁊ ita
de reliquis. Noſter tamē intellectꝰ poſt
inſpectionem fantaſmatum cauſatorum
a rebus extrinſecis: format primo conce
ptus vagos ab omni cōnotatione accidē
tium: vt a ſitu loco a figura: ⁊ ſic de alijs:
quo facto remanet in anima ſimilitudo
eſſentialis in qua conueniunt exterius a
parte rei oīa bona ſenſata q̄ ſunt eiuſ-
dem generis vel ſpeciei. vnde dicit Au-
guſtinus Tolle bonum hoc: tolle bonuȝ
illud: ⁊ remanebit verum ⁊ generale bo-
num. Dicendum eſt ſicut dictū eſt ſupra:
ca. xxix. q̄ſtione tertia. ⁊ vj. de vniuerſali



bus. Verbi gratia: vt ſi queratꝰ: vbi ē hu
manitas ad extra. Dicendum ꝙ in hoc
homine ſingulari ⁊ in altero ſimiliter: et
ſi nullus eſſet ſingularis homo: nulla ꝑ-
maneret exterius humanitas: quoniam
deſtructis primis ſubſtātijs (vt dicit Ari
ſtotiles) impoſſibile eſt aliquod aliorum
remanere. Nihilominus adhuc remane
ret interius in mente angelica. Angelus
eſt intelligentia plena formis. id eſt. ſpe-
ciebus concreatis: per quas intelligit co
gnitione veſpertina omnes creaturas in
proprio genere. Remanet etiam ſicut an
te mundi conſtitutionem: ꝓut nūc ratio
vniuerſalis bonitatis et ydea: in men-
te dei per idemptitatem: ſicut ponimus
ꝙ ſapientia eſt in deo non per inheſionē
ſed per ydemptitatem: q̄m eſt ipſe deus.

D De bono honeſto. ¶ De bono honeſto. Sctūs Bonauē. ⁊
Cancellarꝰ pariſieñ. in pluribꝰ ſuis opu-
ſculis dicitꝰ. Bonū honeſtū obiectū eſſe
volūtatis. Dicit eñ San. Bonauē. in. ij.
ſen. diſt. xxv. q. j. Q̄r volūtas libertatē hȝ
reſpectu obiecti: q2 non eſt artata ad ali-
qd̓ genus appetibilis ſed nata eſt omnia
appetibilia appetere. Tria autem ſunt q̄
Bonum triplex ſunt in appetibilibus vicȝ bonum hone-
ſtum. Bonum cōferens ſiue vtile: et bo-
num delectabile. Cum autem bonum cō
ferens ⁊ delectabile nata ſunt appeti ab
irrōnabilibꝰ. Bonū honeſtū a ſolis rōna
libꝰ pōt appeti: ⁊ ideo in eis ſolū reperi-
tur voluntas que non eſt ad aliqd̓ genus
appetibilis artata. Bonū tñ honeſtum:
vt dicit San. Bonauē. in. j. ſen. diſt. j. du
pliciter dr̄: aut qd̓ eſt pure bonum: aut in
quo relucet eius ſimilitudo. Primū ho-
neſtum bonū eſt ſummū bonū: qd̓ ſolum
terminat ⁊ quietat anime appetitum ra
tionalem ſcȝ voluntatem: que creata eſt
ad intelligendum et amandum ſummū
⁊ infinitum bonum: qd̓ deꝰ eſt. Scd̄m bo
num honeſtuȝ in quo relucet ſimilitudo
veri ⁊ eterni honeſti boni ſunt dona gra-
tiarum ſcȝ fructus dona beatitudines ⁊
virtutes. Huiuſcemodi bona ꝓpter aſſi-

milationem ad ſummū bonū hñt honita
tem ⁊ honeſtatem qua voluntatem affici
unt ⁊ alliciūt. De hoc require ſupra lati-
us ca. xxv. dubio ſexto. Hic incidit que
ſtio qualiter ſcȝ differūt: Bonum hone-
ſtum ⁊ bonum vniuerſale quod etiaȝ po
nitur obiectum voluntatis. Reſpondetꝰ
ꝙ ſunt idem ſm rem. Nam ſm Auguſt.
Omne bonū aut deus eſt aut a deo. Bo
num nanqȝ (ſm Dionyſium) eſt ſui ꝑi-
us diffuſiuum Summum igitur bonum
qd̓ deus eſt ſumme eſt ſui diffuſiuū: non
ſolum eternaliter per cōicationē bonita-
tis in diuinis perſonis per modū genera
tionis ⁊ ſpirationis: communicādo dile-
cto ⁊ cōdilecto ſuam ſubam naturam et
virtutē: ſed etiam diffundit ſe ex tpe i cre
atura per cōicationē bonitatis in effecti-
bus creatis. Nam omni creature aliquā
bonitatē indidit ſcȝ vel vtilis vel delecta
bilis. Hominibꝰ vero vltra hoc ꝓut vult
diſtribuit ⁊ cōmunicat bonum honeſtū:
ſcȝ gratias ⁊ virtutes multiplices. Cum
ergo ꝓut dictum eſt intellectus noſter a
rebus creatis abſtrahit bonitatē ſcȝ vtili
tatem delectationem ⁊ honeſtatē: ſcȝ ab
hominibus gratias ⁊ virtutes: remane-
bit vnus conceptus vniuerſalis in q̄ om
nia bona conueniūt vtilia delectabilia ⁊
honeſta: ⁊ tale eſt bonum vniuerſale ſe-
paratum a materia: ⁊ eſt bonum ꝑ parti
cipationem quod mouet appetitum ſci-
licet voluntatem. Et quia anima ratio-
nalis creata eſt ad appetendum deum:
ideo eius voluntati non ſufficit quicqd
deus non eſt. Nullius enim creature vti
litas et ſalubritas potentia ⁊ opulentia:
delectatio iocunditas et ſuauitas et vir-
tutum honeſtas: ſaciare et quietare po-
teſt anime deſiderium et voluntatem.
Omne enim quod eſt tale per participa
tionem reduci habet ad tale per eſſentiā
Ideo mens hūana appetit q̄rit et nūq̄
quieſcit: donec volūtas veniat in dilecti-
onē abſolutam primi ⁊ veri boni: qd̓ non

eſt bonū per participationem ſed ꝑ eſſen
tiam. Et hoc eſt ſummū bonum ſcꝫ deꝰ:
qui ⁊ bonum honeſtum dr̄. Ex cuiꝰ perce
ptione ſequit̄ ſumma vtilitas: ꝓpter cu-
iuſlibet indigentie ſupplemētum. Et ſum
ma delectatio: ꝓpter ꝯuenientiā ſummā
cum appetitu rōnali. Eſt enī delectatio
ꝯiunctio appetibilis ꝯuenientis cum ap
petitu. Hec autem delectatio ⁊ compla-
centia voluntatis in ſummo bono: hic in
via impfecte ⁊ ſemiplene habet̄: ꝑ perfe-
ctam ⁊ deuotam orōnem ⁊ contemplati
onem: q̄ ⁊ theologia myſtica dr̄. In pr̄ia
E vero ꝑ iugē fruitionem. Ad quartum
dicendum ꝙ obiectum voluntatis ſcꝫ bo
num tripliciter diffinit̄. Prima diffini-
tio eſt ariſtotel'. j. Ethicorū. Bonū eſt ap-
petitus motiuū. Oīs nāqꝫ phia clamat
⁊ certiſſima veritas aſſeuerat: ꝙ oīa bo-
num exoptāt: qꝛ nihil poteſt naturaliter
appeti niſi ſub rōne boni: ergo ſi bonum
deſiderat̄ ab omnibus qꝛ bonum: magis
appetitur maius bonum ⁊ maxime ſum
mum bonum. Bene ergo deſcribit a phi
loſopho. Bonum eſt appetitus motiuū.
Hec deſcriptio ſumit̄ ex. j. Ethicorū vbi
dicit phs. Bene enūciauerunt dicentes.
Bonum eſt qđ omnia appetunt. Et qꝛ
omne quod appetit̄ vel bonum eſt vł ap
parens bonum maxime appetit̄ ſummū
bonum: vñ dicit Boetius. iij. de conſola
tione: pſa. ij. Omnis cura mortaliū: licet
diuerſo calle ꝓcedit: ad vnum tñ beatitu
dinis finem nitit̄ ꝑuenire. Illud autē in-
quit eſt ſummū bonum: quo ꝗs adepto
nihil vlterius deſiderare q̄at. Eſt enī in-
quit mētibus hoīum naturaliter inſerta
ſummi boni cupiditas. i. deſideriū. Deſi-
derium aūt eſt ipſius qđ maxime mouet
Maxime aūt mouet qđ maxime amat̄:
maxime aūt amat̄ eſſe btm̄: btm̄ aūt eſſe
non habet̄ niſi ꝑ optimū bonū. Nihil igi
tur appetit humanū deſideriū: niſi quia
ſummū bonū: vel qꝛ eſt ad illud vt virtu
tes: vel qꝛ hꝫ aliquā effigiē illius vt bonū
vtile ⁊ delectabile: qđ impſſit deus crea-
turis. Tanta enī eſt vis ſummi boni: vt
nihil niſi per illius deſiderium amatur a
creatura rōnali: que tunc fallitur ⁊ errat
cum effigiem ⁊ ſimulacrū ꝓ veritate ac-
cipit: ⁊ ideo dicit Boetius ad falſa tamē
deuius error abducit. Nam auaros de-
cipit falſa cupido ⁊ opulētia: ſupbos fal-
lit glorie altitudo ⁊ arrogantia. Luxurio
ſos ſeducit corporū pulcritudo ⁊ laſciuia
Hereticos decipit intelligētie hebetudo ⁊
fallacia. Sed iuſtos allicit ſummi boni
dulcedinis magnitudo ⁊ beatitudo.

Et ſi dicat̄ deſiderium nō eſt niſi aīa-
torum ſenſibilium: ſed non oīa ſunt ſenſi
bilia: ergo non omnia appetunt bonum.
Reſpondet̄ ꝙ q̄uis oīa non habeāt co-
gnitionem per pncipium ꝯiunctū: habēt
tñ cognitionē ꝑ pncipium ſeparatū qđ ē
pmus motor: q̄ dirigit omnia in pmū bo
num: ⁊ deſideriū ipſius eſt in omnibꝰ his
q̄ ab ipſo mouent̄. Sicut deſideriū ⁊ in-
tentio ſagittantis eſt in ſagitta directa.
Nam ex diuina ordinatione quodlibet
ens tam cognitione ſenſitiua q̄ etiam ra
tione carens: tendit in bonum ſummum
Eſt aūt illud bonum qđ oīa inaīata ⁊ eti
am ſenſitiua ⁊ rōnalia appetunt: perpe-
tuatio in eſſe: ⁊ hec eſt aſſimilatio ⁊ effigi
es ſummi boni ⁊ ꝑpetui. Appetitus enī
non ſolum eſt boni non habiti: ſed etiam
boni habiti vt melius habeat̄: ⁊ talis eſt
appetitus ipſius eſſe cū ꝑpetuatione ipſi
us eſſe iam habiti. Scđa diffinitio bo F
ni eſt diuini Dionyſij. Bonū eſt ſui ipſiꝰ Bonū q̄d
diffuſiuū vel cōicatiuū. In omni nanqꝫ
bono eſt eſſentia: ab eſſentia aūt fluit po-
tentia: ⁊ a potētia actus vel actio. Actio
vero boni eſt ſui ipſius cōicatio. Bonū
autem (vt dicit. S. Bonauen. in. ij. ſentē.
diſt. x.) dupliciter eſt ſui diffuſiuum: aut
per modum ſuiipſius multiplicationis:
ſicut calor vel lumen ſe diffundit: aut per
modum vtilis operationis: ſicut homo
bonitatem ſuam effundere dicitur: dum
ad hoc operatur ⁊ laborat vt alij bonita
tem non ab eo ſed a deo ſuſcipiunt. Vñ



nota ſm San. Bonauen. quelibet crea-
tura vt ſe diffundat ad duo ordinat̄: ſcꝫ
ad operationē. Operatio vero ordinat̄
ad aliquā vtilitatē vel delectationē. De-
us enim et natura ſm ariſtotelē nihil fa-
cit ocioſum ⁊ fruſtra: nec deficiunt in ne
ceſſarijs nec habundāt in ſupfluis. Om-
nis nanqꝫ creatura ſicut vult Damaſ. et
phs habet ꝓpriam operationē: alioq̄n eſ
ſet ocioſa. Sed omnis operatio eſt alicu
ius boni vtilis vel delectabilis opatrix:
alioq̄n eſſet fruſtra: patet hoc in hoīe: nā
operatio hoīs eſt duplex vicꝫ intelligere
veritatem ⁊ diligere bonitatem. Opatio
vero ordinat̄ in delectationē. Quelibet
enī ꝓpria operatio hoīs habet annexam
delectationē: et virtus etiam facit delecta
biliter operari: qꝛ in modum nature indi
nat: vt dicit Tulius: ideo dicit phus. ij.
Ethicorū. Signum aūt generati habitus
oportet accipere in operatione delectati
onē. Habet etiā operatio hoīs annexam
vtilitatē qꝛ cognitio veritatis ⁊ operatio
virtuoſa: ordinant̄ in vtilitatē ⁊ ſalutem
ꝓpriam ⁊ primorū. Sic etiā naturalia ne
ſunt ocioſa mouent̄ ad loca ſua ꝓpter ſu-
am vtilitatē ſcꝫ eſſe conſeruationē. Aīa
lia etiā varias habēt opationes: quas di
uerſe ſequunt̄ delectationes ⁊ vtilitates
Et tñ de diffinitione boni creati. Bo-
G num etiam increatum ſcꝫ deus eſt ſui dif
fuſiuum: vt dictum eſt. Vno mō eternali
ter per cōicationē bonitatis in diuinis ꝑ
ſonis. Alio modo tpaliter per cōicatio-
nem bonitatis in effectibus creatis. Dif-
fert tamē diffuſio eternalis ⁊ tpalis. Nā
diffuſio ſumme bonitatis diuine ex tem-
pore nō eſt niſi centralis ⁊ punctualis: re
ſpectu diffuſionis in eterna trinitate que
eſt circūferentialis: in qua diffundēs cōi
cat alteri totā ſuam ſubām ⁊ naturam.
Propter qđ Termegiſtus phus deſcri-
bens deum ꝓut potuit ſic ait. Deus eſt
ſpera intelligibilis: cuiꝰ centrū eſt vbiqꝫ
circumferentia vero nuſq̄ niſi ſupple in
ſeipō. Ipſe vero totum in ſe cōtinet quē
tenebre creaturarum non poſſunt com
prehendere. Quia deus non poteſt ſe a
dextra cōicare creaturis niſi qđammo
do punctualiter: quia effectus nō poteſt
coequari virtuti ipſius prime cauſe. Cre
atura omnis finita eſt ſic non poteſt coe-
quari ſuo creatori qui infinitus eſt.

Tercia diffinitio boni eſt ipſius Tulij H
⁊ eſt boni honeſti. Honeſtum eſt qđ ſua
vi nos trahit: allicit ſua dignitate: hec de
ſcriptio pncipalius cōuenit puro ⁊ ſum-
mo bono honeſto qđ deus eſt. Hoc ꝓpri
um ſoli nature intellectuali eſt vt ad bo-
num honeſtum ſolum ꝓpter ſe moueat̄:
etiam ſi nihil inde vtilitatis nihilqꝫ dele
ctationis orirent̄: q̄uis in ſe ſit ſumme vti
le et delectabile. A quo omnis creatura
habet quicq̄d habet vtile ⁊ ſalubre dele-
ctabile ſuaue et dulce: ſpecioſum decorū
et pulcrum. Omnibus nanqꝫ creaturis
vtilior delectabilior ⁊ ſpecioſior eſt crea-
tor: quibus tñ minimā guttam et modi-
cam ſcintillulam ſue ineſtimabilis ⁊ incō
prehenſibilis dulcedinis ⁊ pulcritudinis
cōmunicauit. Nec eſt aliud in creaturis
dulcedo ⁊ pulcritudo: niſi immenſe crea
toris dulcedo ⁊ pulcritudis (quā abſcō-
dit deus timētibꝰ ſe) demonſtratio. Eter
neqꝫ dulcedinis et pulcritudinis (velut
cauſe in ſuo effectu) declaratio: ⁊ ad eter
nam dulcedinem ⁊ pulcritudinem inui-
tatio. Nam finis nature intellectualis ē
vt ſuſcipiatur ad bonum honeſtum vti-
liſſimum delectabiliſſimum ⁊ ſpecioſiſſi-
mum: quo ſolo fruatur ⁊ in illo delecta-
ta quieſcat. Nam deus conſtituit natu-
ram humanam ſupra creaturas irratio-
nales: vt capax eſſet honeſtatis: que di-
citur honoris ſtatus: terminus boni ⁊ fi-
nis honoris. Poteſt ⁊ dicta deſcriptō bo
ni honeſti cōpetere: bonis gratie ⁊ virtu-
tibus: in quibus relucet ſimilitudo hone
ſti boni: que etiam alliciunt ⁊ trahunt ap
petitum voluntatis tanq̄ finis quo quie
ſcitur. Unde conſiderandum ſicut dicit
Sanctus Bonauētura in. ij. diſt. xxviij.
L

Finis eſt triplex (Nam finis et bonum
idem ſunt) ſcʒ finis vltimus in q̄ quieſcit
ꝛ finis q̄ quieſcit qui duplex eſt. Finis i
quo quieſcit eſt verū ꝛ ſimpliciſſimū bo-
num honeſtum ſcʒ deus. Finis quo qui
eſcitur dicit dupliciter vel ſimpliciter vel
vt nunc. Finis quo quieſcit ſimpliciter
eſt dilectio ſiue charitas cōſummata pa-
trie qua quieſcit ſimpliciter in deo. Fi-
nis quo quieſcit in deo vt nunc: eſt gra-
tia gratūfaciens vicʒ fides cum dilectio-
ne: fides ex parte intellectus: dilectio ex
parte affectus: cui in patria correſpōdet
clara viſio cū perfecta charitate. Ad cha
ritatem eñ hic in vita omnes virtutes tā
ꝙ̄ in finem ordinant in quib⁹ relucet bo
ni honeſti ſimilitudo. Sicut eñ locatum
non quieſcit in loco niſi mediante pōde-
re: ſic aīa in bono honeſto ſcʒ deo nō hʒ
quietari (qui eſt eius locus et finis vlti-
mus) niſi mediāte dilectione ꝛ charitate

¶ De actibus voluntatis

Capitulum xxxv

A De actibus voluntatis Quintum queſitum principale in
ca. xxxj. fuit de volūtatis actione
Conſiderandū ꝙ volūtatis act⁹
ſunt duplices eliciti ꝛ impati Eliciti ſunt
immediate ꝓcedunt ab ipſa voluntate.
Et ſunt ſex vicʒ velle: frui: intendere: eli-
gere (qd tñ p̄cedit cōſulere) cōſentire: et
vti. Omnes etiam actus aliarū potentia
rum tam apprehēſiuarū ꝙ̄ motiuaꝝ qui
immediate procedūt ꝛ eliciunt a ſuis po
tentijs dicunt actus eliciti: ſicut a viſu vi
dere: a fantaſia cōponere ꝛ diuidere. Ab
eſtimatiua elicere non ſenſata ex ſenſaꝗ̄.
Ab intellectu intelligere: ab appetitu in-
clinari moueri appetere: ꝛ ſic de alijs: vt
patet conſideranti actus omniū potenti
arum de quibus in ſuperiorib⁹ capitulis
dictum eſt. Actus voluntatis impati
ſunt qui a voluntate imperantur. Et hoc
modo actus omnium virium ꝛ potentia
rum obedientium rationi voluntati at-
tribuuntur: que eſt motor omnium viri-
um per imperium. Nam per imperium
voluntatis mouentur potentie in actus
ſuos: vnde ſm imperium voluntatis: vi
ſus videt vel non videt: intellectus intel
ligit: et cōnaturaliter actus omniū viriū
que dicunt rationales per participatio-
nem: tam apprehenſiuarū ꝙ̄ appetitiua-
rum impant a voluntate. De his quere
ſupra capi. xxviij. Virtutes vero vegeta-
tiue: vis pulſiuā cordis: motus genitaliū
(de quibus dictum eſt ca. xxv. dubio ſe-
primo in fine) cum non participant rati-
one: ideo non impant a voluntate. Pri-
mo dicendum eſt de actibus voluntatis
immediate ab ipſa elicitis. Scd̄o de acti
bus ab ea impercatis: caplo. xxxvj.

Videndum nunc eſt de actibus volun
tatis ab ipa immediate elicitis. Pro quo
notandum ꝙ voluntas mouet in finem:
et in ea que ſunt in finem. Primo agen-
dum eſt de actibus volūtatis ab ea elici-
tis quibus mouetur in finē: ꝛ hi ſūt tres:
ſ. velle: frui ꝛ intēdere. Deinde de actib⁹
volūtatis quibus mouetur in ea q̄ ſunt
ad finem. Et hi ſunt tres. Primus elige-
re (quod tamen precedit conſulere) Se-
cundus eſt conſentire. Tercius vti. Et
ꝙ̄tum ad primos tres actus ſciēdum ꝙ
cum actus voluntatis primo ſit reſpectu
finis: voluntas reſpicit finem tripliciter.
Vno modo abſolute: ꝛ ſic dicitur actus
eius voluntas ſeu volicio: ꝓut ſcʒ abſo-
lute volum⁹ vel ſanitatem: vel ſiquid eſt
hmōi. Alio modo voluntas reſpicit finē
ſm eam conſideratione qua in fine quie
ſcitur: ꝛ talis actus dicit fruitio. Tercio
modo conſideratur finis prout voluntas
reſpicit ipm ſm quod eſt terminus alicu
ius quod in ipm ordinatur: ꝛ talis actus
voluntatis dicitur intentio. Nō enim ex
hoc ſolum dicimur intendere ſanitatem
ꝙ volumus eam: ſed quia volumus per
aliquod aliud ad eam peruenire: vt per
medicinam.



¶ De volitione

B De volitiōe velle Primus actus voluntatis elicitus di
citur Volitio: velle: ſeu voluntas (di-
ctum enim prius eſt ꝙ voluntas aliquā-
do ſignat actum volitiue potentie.)

Unde notandum ꝙ volitio ſeu velle ē
tantū de bono. vnde dicit Dionyſius: ꝙ
malum eſt preter voluntatem eo ꝙ om-
nia bonum appetūt. Sed bonum de quo
eſt voluntas non ſemper eſt verū bonū
ſed aliquando apparens bonum ꝛ actus
peccati. vnde dicit philoſophus. ij. phiſi-
corum. Uꝛ finis eſt bonū verum: vel ap-
parens bonum. vnde dicit Dionyſius: ꝙ
nemo operatur: ad malū aſpiciens: nam
quod volūtas vult ſi non ſemper eſt bo-
num ſm veritatem: ſufficit ꝙ ſit bonum
ſm apparentiam ꝛ eſtimationem. Quod
patet: quia auarus ꝛ ſuperbus volūt vti
le: qd eſt bonum ſm apparentiam ꝛ eſti-
mationem tm̄. Auarus eñ vult diuitia-
rum ſufficientiam: ſuperbus honorū ex-
cellentiam: luxurioſus appetit ꝛ vult bo
num apparēs delectabile ſm ſenſum: ſci
licet iocunditatem voluptatis ꝛ leticiam

Conſiderandum etiam ꝙ voluntas
etiam eſt reſpectu mali: vnde ſicut ea-
dem potentia ſenſitiua eſt oppoſitorum:
ſicut viſus eſt albi: ꝛ nigri: ſic volūtas eſt
boni ꝛ mali: ſed ad bonum ſe habet illud
appetendo: ꝛ ille appetitus dicitur voli-
tio: ſiue velle. Ad malum autem ſe habet
voluntas fugiendo. Volumus enim non
malum: ſed fugere malū: ꝛ illa fuga mali
habet rationem boni: ꝛ ipſa fuga mali di
Nolitio Nolle citur. Nolitio: ſiue nolle. Conſideran-
dum etiam ꝙ primus actus voluntatis.
ſcilicet Volitio ſeu velle: poteſt etiam no
minare Amor ſeu amare. Nam ſm Au-
guſtinum. Amor eſt aliquid pertinēs ad
appetitum: nam amare eſt velle bonum.
Bonum autem eſt obiectum appetitus.
ſic etiam nolitio: ſiue nolle nominari po-
teſt: odium ſiue odire: nam quicꝙ̄ amo-
ri boni contrarium apprehendit hoc odi
tur: ſed hoc eſt malum: nam odire eſt nol
le bonum.

¶ De fruitione.

C De fruitōne Scd̄s actus elicitus a voluntate eſt frui
tio: ſiue frui. Pro quo ſciendū: ꝙ aīa cre
ata eſt ad cognoſcendum ꝛ ad amanduʒ
hoc ē ad intelligēdū ꝑ intellectū ſummā
veritatē: ꝛ ad amanduʒ per affectum vo-
luntatis: ſummam ꝛ infinitam bonita-
tem que deus eſt. Ideo dicit magiſter in
ſecūdo ſententiaꝝ diſtinctione ꝑma. Fe-
cit deus rationalem creaturam: vt ſum-
mum bonum intelligeret: intelligendo a-
maret: amando poſſideret: poſſidendo
frueretur: fruendo beatificaretur. Ideo
beatitudo (que nihil aliud ꝙ̄ ſumma bo
ni fruitio) formaliter conſiſtit in duobus
actibus. ſcilicet intellectus: qui eſt clara
ꝛ intuitiua dei viſio: ꝛ voluntatis qui eſt
perfecta dei fruitio. Propterea ad co-
gnoſcendam beatitudinem neceſſario p̄
requiritur cognitio fruitionis. Ideo ani
ma conari ad hoc debet vt deum cogno-
ſcat per actum intellectus: et amet per
actum voluntatis: ꝛ in eo ſolo delectari
et quieſcere et eo frui. Et ideo nihil po-
teſt animam ſufficienter finire et ſatiare:
quo ad cognitionem amorem: delectatio
nem: quietationem ꝛ fruitionem: niſi bo
num ad quod eſt. Hoc autē eſt ſummū
bonum: quod ſuperius eſt anima et bo-
num infinitum: quod excedit anime vi-
res. ſcilicet cognitiuam ꝛ affectiuā. Co-
gnitio enim anime rationalis ē cognitio
non artata. Unde nata eſt quodāmodo
omnia cognoſcere: vnde nō implet eius
cognitio aliquo cognoſcibili: niſi quod
in ſe habet omnia cognoſcibilia: et quo
cognito omnia cognoſcuntur. Similiter
eius affectio nata eſt diligere omne bo-
num: ergo nullo bono finitur ſufficien-
ter affectio anime: niſi quod eſt bonum
omnis boni: et quod eſt omnia in om-
nibus. De quo legitur Exodi. xxxiij. vbi
moyſes petijt videre faciē dñi: rn̄dit dñs

Oſtendã tibi om̄e bonũ: hoc eſt ſummuz bonum: in quo ſunt om̄ia bona: ⁊ per qđ ⁊ a quo ſunt om̄ia bona: ⁊ ſine quo nihil eſt bonum: in quo ſolo eſt perfecta delectatio: quietatio ⁊ fruitio. Ex his patet ꝙ quatuor requirunt̄ ad fruitionē: ſm̄ hoc etiam dant̄ quatuor diffinitiões ab Auguſtino.

D Primo clara viſio: nam viſio diuinitatis ponit̄ tota ſubſtãtia beatitudinis: que cõſiſtit in fruitione: ſicut dicit̄ Johã. xvij. Hec eſt vita eterna ⁊c. Sup illud verbũ pſ. Oſtendã tibi ſalutare meum: dicit gloſa. Viſio ē tota merces beatorũ: hoc intelligit̄ ꝑ comitantiã: ꝗ a viſio ⁊ cõplacentia in qua eſt ꝑfecta ratio fruitionis: inſeꝑabiliter ſe habent: ⁊ ſic diffinit̄ ab Auguſti. libro. x. de trinitate. Fruimur cognitis in ꝗbus delectata volũtas cõquieſcit: nam appetitum volũtatis vel deſideriũ boni: ſemꝑ precedit cognitio in intellectus: ⁊ voluntas nõ poteſt exire in actum ſuũ ſine actu intellectus. Non tñ ſequit̄ (vt ſupra dictum eſt ca. xxxij.) ꝙ intellectus ſit nobilior voluntate: ſicut ſecuris eſt nobilior ꝙ̄ manus: hec ſanctus Bonauẽtura. iiij. ſentẽ. Cognitio aũt: ſeu clara viſio p̄rie: ſuccedit fidei vie. Secundo requirit̄ plena adeptio cõſecutio: vel ſecura tentio: qui eñ̄ tenet rem ſecurus eſt de illa. Ex viſione aũt: viſuz recipitur in vidente ⁊ tenet̄: ⁊ ip̄m viſum receptum in vidente vnit ſibi videntē: vt fiat quaſi mutua penetratio tentio vel inheſio ꝑ amorem vidẽtis ⁊ viſi. Juxta illud prime Johanis. iiij. Qui manet in charitate in deo manet: ⁊ hec tentio ſuccedit ſpei. Et ſic dicit Auguſtin⁹. Frui eſt amare inherere alicui rei propter ſeipſam.

Tertio requirit̄ ſũma delectatio ⁊ gaudium. Et ſequit̄ ex tribus predictis. Nã ex noticia: ex preſentia: ex amore ſummi ⁊ infiniti boni: ſequit̄ in fruitione ſumma delectatio ſiue gaudium: ita ꝙ fruitio eſt complacentia: delectatio ſiue gaudiũ voluntatis in vltimo fine et ſummo bono. ⁊ talis delectatio ſiue gaudiũ ſuccedit in patria amori imperfecto huius vie. Et ſic dicit Auguſtinus. Frui eſt cum delectatione ⁊ gaudio vti. Cum enim adeſt quod diligit̄ etiam delectatõem cum gaudio ingerit. Ex quo patet ſm̄ ſctm̄ Bonauentu. in. iiij. ſenten. Q amor ⁊ gaudium differunt in fruitione. nam frutio eſt ſummo bono clare viſo: amore inherē ꝓpter ſeipſum: ſed amor nõ eſt gaudium. Cauſatur enim gaudium ex preſentia boni amati. Unde gaudium eſt delectatio cauſata in voluntate ex amore ſummi boni: per claram viſiõem: ⁊ perfectam dilectionem in animabus ſanctorum: ⁊ ſic gaudium eſt effectus fruitionis. Quarto requirit̄ ad fruitionem perfecta quietatio: nam niſi voluntas quietaret̄ nunꝙ̄ frueret̄: ſeu delectaret̄: nec gauderet. vnde Auguſtinus in libro de doctrina xp̄iana. Si vere inheſeris atq; ꝑmanſeris finem in ea ponẽs leticie tue: vere ⁊ ꝓprie frui dicendus es: quod non eſt faciendũ niſi in illa trinitate. id eſt ſummo infinito ⁊ incõmutabili bono: ⁊ illa quietatio in fruitione cauſat̄ a gaudio: amor non poteſt quietare voluntatem priuſꝙ̄ gaudeat de re amata: quia illud quod maxime deſiderat̄ ab hominibus eſt fruitio beatitudinis: ſed ſummum gaudium maxime deſiderat̄ ab hominibus: nam dicit philoſoph⁹. iiij. Ethicoꝝ. Q delectatio maxime deſiderat̄ ab hominibus: ſed delectatio ⁊ gaudium requirit̄ ad quietationem: que eſt quarta conditio fruitionis: que vocat̄ amor cũ gaudio et ꝗetatione. Qui enim vere ⁊ plene amat rem: gaudet ⁊ quietatur in eius preſentia. Ex dict̄ duo inferuntur correlaria. Correlarium primum: quo fruendum ſit: naz ſolo deo fruendum eſt: capiendo frui ꝓprie prout dicit motum voluntatis cum delectatione ⁊ quietatione: quia ſummum bonum ſolum terminat appetitum anime rationalis ⁊ quietat: que creata eſt ad percipiendum ſummũ bonũ ſcilicet deũ: capiendo frui cõmuniter: prout dicit motuz voluntatis cum delectatione tantum et nõ quietationem. Et ſic omnibus que ſpiritualiter delectant (cuiuſmodi ſunt fructus beatitudines dona ⁊ virtutes) poteſt frui homo eis ſcȝ per amorem ⁊ gaudium inherere. De hoc ſupra habitũ eſt diffuſe ca. xxv. dubio ſexto. Humanitate chriſti non eſt fruendum: quia in ea non eſt finis vltimus: ideo in viſione ei⁹ non eſt ꝓprie fruitio: ſed quoddã gaudiũ accidentale. Homine autez ſancto nõ eſt fruendum ſimpliciter ſed in deo. Juxta illud apoſtoli ad philemonē. Fruar te in chriſto: ſcȝ ꝓpter grãm in eo in qua habitat deus. Peccatore autem nõ eſt fruendum in deo: quia non eſt in eo gratia que facit deum inhabitare: que eſt exemplar ſimilitudinis ſumme bonitatis: qua fruendum eſt. Irrõnali creatura multominus fruendum eſt. Non eñ̄ ſufficit ſimilitudo imaginis vel veſtigij ſcȝ ſimilitudo gratie.

E Correlarium ſcđm quorum ſit fruitio. Cum enim fruitio incipit in actu intellectus ſcȝ in cognitione ⁊ terminat̄ in actu voluntatis ſcȝ amore gaudio et quietatione: ob id inanimata ⁊ bruta non fruuntur: quia carent intellectu ⁊ voluntate. Peccator autem cũ nõ ordinet operationes ſuas in vltimum finem ſcȝ deum non fruitur vere. Quãuis enim talis facit aliquando ꝓpter deũ aliquid tamen quia diligit aliq̄d habitualiter ſupra deum ⁊ ſi non actu: ideo nõ fruitur deo: ſed illo ad qđ omnia ordinat. ſ. delicijs diuitijs ⁊ honorib⁹. Et quia fruitio dicit delectationem cum quietatione in vltimo fine ſcȝ deo: que eſſe non poteſt in viatoribus. Unde homo iuſtus in via non perfecte fruitur: ſed ſancti comprehenſores in patria vere fruuntur.

F De intẽtiõe

¶ De intentione.

Tercius actus a voluntate elicitus dicitur intentio ſiue intendere. Unde conſiderandum ꝙ intentio multipliciter accipitur in ſcriptura. Primo intentio dicitur quecũq; ſimilitudo vel ſpecies ſiue quodcũq; exemplar: quod ducit repſentando in cognitionem cuiuſcunq; rei. Et ſic ſpecies intelligibilis: et etiam ſpecies rei viſibilis i medio: vel fantaſia ſeu imaginatione. Vel ſpecies in memoria: vel imago herculis intentio dici poſſunt: de hac intentione ſupra dictum eſt in capitulis de potentijs ſenſitiuis ⁊ intellectiuis. Secundo intentio ſumit̄ ꝓ actu virtutis eſtimatiue: cuius eſt elicere intẽtiones non ſenſatas de ſpeciebus ſenſatis: de qua dictum eſt in capitulo de eſtimatiua. Tercio intentio accipitur pro entibus rationis que fabricantur per intellectum ⁊ rationem: qualia ſunt oratio propoſitio: ſilogiſmus: ⁊ ſic dicit Auicenna. Q logica eſt de intentionibus ſcđis: adiunctis primis. Quarto intentio: ſcđm Damaſcenum dicit conuerſionem ipſius ꝟtutis intellectiue ad aliquod obiectum determinatum: per quem modũ dicitur in alterum tendere qui illum aſpicit vel conſiderat. Et talis modus accipiendi intentionem frequenter habetur in ſcriptura. Unde et actuum. iij. dicitur ꝙ claudus qui ſtabat ad portam templi intendebat id eſt aſpexit in petrum ⁊ iohãnem ſperans aliquid ab eis. Et in pſalmo. Deus in adiutorium meum intende id eſt aſpice et in multis alijs lohis ſacre ſcripture. Quinto intentio accipitur pro actu voluntatis tendentis in finem bonum vel apparens: per aliquod medium per quod peruenitur in finem. Et ſic accipitur hic: ⁊ eſt tercius actus elicitus a voluntate: vnde ad intentionem duo concurrunt: ſcilicet ratio ⁊ voluntas: vnde intentio (ſm̄ Alexan. de ales. in ſecũda parte ſumme) dicitur ab eo quod eſt intendere: ⁊ in hoc conuenit voluntati ⁊ rationi: quia vtrũq; tendit in finem. Tẽdit enim ratio in finem: precognoſcendo diffiniendo: abitrando: dirigendo ⁊ ordinando. Unde dicitur Mathei ſexto: Si

oculus tuus fuerit ſimplex totum cor-
pus tuum lucidum erit. Si autem ocu-
lus tuus fuerit nequam totum corpus
tuum tenebroſum erit. Item glo. expo-
nit vt per oculū intelligatˀ intentio. Di-
citur aūt intentio oculus qꝛ cognitionē
ꝑſupponit ꝑ quā ꝓponitˀ volūtati finis
ad quē mouet. Unde ſicut oculus corpo
ralis dirigit oꝑa corꝑalia: ſcꝫ manus ad
operandū: pedes ad ambulandū: ſic ocu
lus mentis ſcꝫ rō: dirigit opera humana
cognoſcendo in eis bonitatē moralē. Tē
dit etiā volūtas: dum inclinatˀ in appetē
do aliquē finē a rōne ꝑcognitū: non ſim-
pliciter ſed per aliqꝺ medium per qꝺ ꝑ-
uenitˀ ad finem. Nam dicit phˀs ꝙ volū
tas eſt reſpectu finis: ꝛ eius qꝺ eſt ad fi-
nem. Verbigrā. Ut ſi quis voluit refice-
re eſurientē vt habeat vitā eternā. Uita
eterna eſt finis ad quē intendit quis per
uenire per refectionē eſurientis: velut per
mediū. Conſiderandū eſt ꝙ intētio nō
ſolum eſt vltimi finis ſed ꝛ alioꝝ finium
Cum eñ vltimus finis humanarū volū-
tatum ſit vita eterna ſeu beatitudo ꝛ per
ꝯñs vltimus finis: non eſſent diuerſe ho
minum intentiones qꝺ patet eſſe falſum
Vñ intentio ſic poteſt deſcribi. Intentio
eſt actus volūtatis in aliquē finem tendē
tis per aliquod vel aliqua ad illum finē
ordinata. Dicitur enim intentio quaſi in
aliud tentio: nam intentio ſemꝑ reſpicit
aliqꝺ vt finem: ſm ꝙ illud eſt terminus
voluntatis. Nō immediate ſed median-
tibus alijs ꝑ que in illud in quod ſic fer-
tur ꝛ tendit nititur peruenire: tunc pro-
prie eſt intentio. Ut gratia exempli: fer-
tur ꝛ tendit principaliter affectus alicu-
ius ſeu voluntas in ſuum finalem ſalutē
ꝛ ꝓpter ipſam facilius aſſequendam: intē
dit corpus ſuū domare ꝛ ſpiritui ſubijce
re: ꝛ vt hoc cōgruentius facere poſſet: in
tendit religionem aliquā intrare: et pro
hoc faciendo ad aliquem locū talis reli-
gionis ire. Iſte talis reſpectu ſalutis ſue

qui eſt vltimus finis quem tunc ſibi con
ſtituit: reſpectu etiam domationis corpo
ris ſui: ac ingreſſus religionis qui ſūt me
dij ad illud ſcꝫ finem vltimum ordinati:
dicitur ꝓprie habere intentionem: reſpe-
ctu vero additionis talis loci illius religi
onis: licet ſit quedam voluntatis diſpoſi
tio: non tamē ꝓprie dicitur eſſe intentio.

Pro cōcluſione huius capituli eſt du-
bium et queſtio vtrū meritum attendatˀ
penes intentionem cōmunē. Uidetur ꝙ
ſic. Dicit enim Iſi. ex intētione aut ꝓbatˀ
bonum aut reprobatˀ indignum. Uniuſ
cuiuſqꝫ opus bonum qꝺ agit intentione
bona apparet qm̄ pro mala intentione
plerūqꝫ bonum opus quod agimus per
dimus: ergo penes intentionem conſiſtit
bonum. Item Beda dicit in merito intē
tiones diſcernuntˀ opera an ſint lucis an
tenebrarum: ergo penes intentionem re
ſidet meritum. Contra intentio ratio-
nis eſt: ſed quod rationis eſt non ſufficit
ad meritum ſine voluntate: ergo penes
intentionem non menſuratur meritum
vel demeritum. Item Augˀ. non diutur
nitas temporꝝ: non immenſitas operum
ſed ſola charitas ꝛ voluntas facit meri-
tum: non ergo hñ reſidet menſura meri-
ti vel demeriti penes intentionem: prete
rea ꝑter bonum vel malum ex intentio-
ne: eſt bonum in genere vel maluꝫ: ꝛ ma
lum ex circūſtantia vel bonum: non ergo
tm̄ reſidet menſura meriti vel demeriti
penes intentionem. Ad qꝺ dicendum ꝙ
menſura meriti vel demeriti attenditur
penes intentionem ſm ꝙ vno modo ac-
cipitur intentio prout enim intendere eſt
tendere in aliquid per aliquid intentio
non tm̄ reſpicit finem: ſed reſpicit illud
per quod venitur in finem ꝛ ita comple-
ctitur genus operis cum circumſtantia:
ſm hunc modum menſura meriti vel de
meriti attenditur penes intentionem Si
vero intentio reſpiciat tm̄ finem: nō om-
nino attenditur menſura meriti vel de-



meriti penes intentionem: ſed principa-
liter. Ad illud vero quod obijcitur: ꝙ in-
tentio reſpicit intentionem ꝛc. dicendum
eſt. ꝙ cum dicitur meritum vel demeritū
eſt penes intentionem non excluditur vo
luntas ſed datur intelligi: ſed hic attēditˀ
vt dicatur ratio meriti ex parte rationis:
ſicut ratio meriti eſt in voluntate ex par
te illius potentie: vel vt intentio commu
niter ſe habeat ad rationem et volunta-
tem. Similiter cum dicitur: ꝙ ſola chari-
tas ꝛ voluntas facit meritum: hoc intelli
gitur principaliter nec ex hoc includitˀ in
tentio: quia in voluntate cointelligitur in
tentio: ſed hoc datur intelligi ꝙ penes ge
nus operis vel diurnitatem operis non
tota reſidet ratio meriti: vel non princi-
paliter: hec Alexander de hales parte ſe-
cunda queſtione. cvij. membro ſecundo.

De electione Conſilio: cōſenſu ꝛ vſu.
Caplm xxxvj

A de electōne ɔſilio ɔſen-ſu ꝛ vſu.

c Onſequēter di
cendum eſt de actibus volun-
tatis qui ſunt in comparatio-
ne eorum que ſunt ad finem. Horum pri
mus dicitur Electio. Secūdus cōſenſus
Tertius vſus. Quartus actus volunta-
tis a voluntate elicitus dicitur Electio: ſi
ue eligere. Qꝫ autem electio ſit actus vo-
luntatis ꝛ non rationis. Patet per philo
ſophum tertio Ethicorum qui dicit. Qꝫ
electio eſt deſiderium eorum que ſunt in
nobis. Deſiderium autem eſt actus vo-
luntatis. Sciendum tamen ꝙ Ele-
ctio importat in nomine ſuo aliquid pti-
nens ad rationem et aliquid pertinens
ad voluntatē: ꝛ ſic electio ꝓprie eſt actus
liberi arbitrij: quod complectitur ratio-
nem ꝛ voluntatem: vt infra dicetur. Di-
citur enim. iij. Ethicoꝝ. Qꝫ electio eſt ap
petitus intellectiuus: vel appetitus intel
lectus: ſiue ratiocinatus. Electio tamen

proprie pertinet ad vim appetitiuam ſi-
ue voluntatem. Uis enim appetitiua ꝑ-
ut ſepe dictum eſt: preſupponit vim co-
gnitiuam. Unde electionem precedit de-
liberatio ꝛ iudicium per actum rationis:
ꝛ ſubſeqtur ꝑoptatio per actū volūtatis
Unde electio tertio Ethicoruꝫ ſic deſcri-
bitur. Electio eſt appetitus conſiliatiuˀ Electio
ſcḋm iudicium rationis: alterum alteri
preoptando. In hac diffinitione appeti-
tus ponitur pro genere. Nam appetitus
eſt genus ad appetitum naturalem ſen-
ſitiuum ꝛ rationalem. Et per hoc quod
ſubiungitur conſiliatiuuſ: per hoc differt
ab appetitu naturali et ſenſitiuo. Nam
electionem que eſt actus appetitˀ ratio-
nalis ſiue voluntatis antecedit conſiliuꝫ
ꝛ iudicium rōnis. Dicitˀ eñ. iij. Ethicoꝝ.
Qꝫ electio eſt volūtariū precōſiliatū: qꝺ
nō fit in appetitu naturali q̄ mouet qua
dam neceſſitate: neqꝫ in appetitu ſenſiti-
uo: q̄ mouet quadā impetuoſitate. Per
hoc qꝺ in dicta deſcriptiōe dicitˀ: alteruꝫ
alteri ꝑoptando: electio differt ab inten-
tione. nam intentio dicit motū volūtatis
qui fertˀ in finem ꝓut acquiritˀ ꝑ media
que ſunt ad finem: ſed electio dicit motū
volūtatis ꝓut fertˀ in id qꝺ eſt ad finem.
ſcꝫ duobus vel pluribus ꝑiacentibus al-
terū alteri determinando ꝑoptare. Gra-
tia exempli: aliqˀs ꝓpter penitentiā agen
dam intendit intrare religionē aliquam.
Penitere eſt finis quē intendit voluntas
Religionis vo ingreſſus eſt mediū ꝑ qꝺ
acqritˀ penitētia: quā volūtas finaliter in-
tendit: ad hoc mediū fertˀ voluntas ꝑ ele
ctionem: quā ꝑcedit cōſiliū ꝛ iudiciū rō-
nis. Primo eñ delibrat ꝑ cōſiliū (qꝺ eſt
mentis ꝛ rōnis inqſitio) ſeipſo: vel alios
conſulendo quā religionē intrare debeat
ꝓpter pniam. Inquiſitione tandē habita
poſt ɔſilium Ratio ſcḋo ꝓfert iudicium
ſeu ſniam vnā religionē alteri preferēdo
Tertio ſequitˀ in volūtate: inclinatio: ele

ctio:ſeu ꝑoptatio iſtius religionis ingreſ
ſus:de qua ratio preceteris ſentētiauit.
B Ex dictis ſequit̄: ꝙ electio nō eſt natu
raliū ⁊ brutoꝝ:quia carent rōne:nec pue
rorum rōnis vſum nōdum habentium.
Quis em̄ pueri:⁊ etiam brutū aial pre
accipit vnū potius ꝙ̄ alterū:vt ouis vnā
herbam ⁊ nō aliam:abſ꧐ tamen electio-
ne mouet̄ in illud:ſic etiam ignis natura
li appetitu abſ꧐ electione mouet̄ ſurſuz
⁊ non deorſum.Statim em̄ qđ ꝑ ſenſum
vel imaginatōem bruto rep̄ſentat̄ ad qđ
naturaliter inclinat̄ eius appetit⁹ abſ꧐
electione cum impetu mouetur in illud.
Electio etiam eſt in deo:vt ptz in mul-
tis ſacre ſcripture lōcis.nam dicit̄ Iohā
nis.xv.Nō vos me elegiſtis:ſed ego vos
elegi.Item.j.Eph.Elegit nō ante mūdi
inſtitutiōem:ſed nō cadit electio in deo
eo modo quo in nobis.Nam dicit Ale-
xander in prima parte ſumme.Electio ē
duobus ꝓiacentibus alterū ꝑoptare:ſed
hoc poteſt eſſe dupliciter.Uno modo vt
eligere dicit̄ determinare ſeu diffinire in
ter aliqua duo precedente certa cognitio
ne:⁊ ſic electio eſt in deo.Alio modo dici
tur eligere rem prius ignotam determina-
re cum delibratione preuia.Unde h̄ mo-
do Electio dicit̄ determinatio rei dubie
in alteram partem:⁊ quia id ponit igno-
rantiam:⁊ ſic electio nō cōuenit deo.Et
ſic patet ꝙ in deo ⁊ in om̄i rōnali creatu-
ra in qua eſt liberꝝ arbitriū etiam reperit̄
electio. Habito in q̄bus reperit̄ electio
nunc videndū eſt de quo eſt electio.Un-
de conſiderandū ꝙ ſicut dicit̄.iij.Ethico
rū.Electio eſt eorū que ſunt ad finem:ſi-
cut intentio eſt reſpectu finis.Dicit em̄
phs.ij.phiſicorū.Qꝛ finis in oꝑabilibus
habet ſe ſicut principiū in ſpeculabilib⁹.
Sicut em̄ ſe habet in cognitiuis principi
um ad concluſionem:cui ꝓpter principia
aſſenſitiuus in veritate:ſic in oꝑabilibus
⁊ appetitiuis ſe habet finis ad ea media
que ſunt ad finem:que ꝓpter finē appe-
tunt̄:de quibus eſt electio.vnde illud ca-
dit ſub electiōe qđ ſe habet vt cōcluſio in
ſilogiſmo oꝑabiliū.Finis aūt de quo eſt
voluntatis intentio ſe habet vt principiū
⁊ non vt ꝯcluſio:⁊ ſic finis in q̄ntū hmōi
nō cadit ſub electione.Uerbi gratia.Uo
luntas medici ꝑ intētionē fert̄ in ſanita-
tem tanꝙ̄ in finē principalem:que ſani-
tas licet ſit finis ⁊ vltimū in executiōe:eſt
tamen principiū in intentione:⁊ de ea me
dicus non conſulit vt eam eligat:ſed pre
ſupponit eam tanꝙ̄ bonum:ꝓpter ſani-
tatem:fiunt attenuatio corporū in his q̄
ſuꝑabundant humoribus:⁊ etiam pur-
gatio ꝑ quam acquirit̄ attenuatio:⁊ his
medijs medicus conſiliat̄:iudicat ⁊ tan-
dem eligit purgationē et attenuationem
tanꝙ̄ media ſanitatem efficientia. Ele
ctio eſt etiam reſpectu actuuz humanoꝝ
quia dicit phus.iij.Ethicoꝝ.Qꝛ nullus
eligit niſi que extimat fieri ꝑ ipſum.Ele-
ctio etiam eſt poſſibiliuz.Nam dicit̄.iij.
Ethicoꝝ.Electiones noſtre referunt̄ ad
ad actiones noſtras.Ea autē que ꝑ nos
agunt̄ ſunt nobis poſſibilia.Cui⁹ ſignuz
eſt ꝙ cum in cōſilio qđ precedit electōez
ꝑueniunt homines ad aliquod impoſſi
bile diſcedunt quaſi nō valentes ꝓgre-
di vlterius. ¶ De conſilio Conſiliuz ſm̄
phm.iij.Ethicoꝝ antecedit electionē.vn
hic dicendū eſt de cōſilio.Et primo de ei⁹
multiplici acceptione. Pro qua cōſide
randum.ꝙ cōſilium tribus modis acci-
pitur.Primo dicit̄ ꝑſuaſio rerum excel-
lentiſſimū ad quos non tenemur:ſm̄ qđ
dicit̄ Math.xix.Si vis ꝑfectus eſſe:va-
de ⁊ vende om̄ia ⁊c̄.Scđo dicit̄ cōſiliuz
prudētia valde exercitata in medio con-
templatiuoꝝ ⁊ actiuoꝝ donorū:⁊ delibra
tio de opibus arduis ſiue tenemur ad ea
ſiue nō:⁊ ſm̄ hoc ſumit̄ donum conſilij.
Tertio dicit̄ cōſiliū delibratio de rebus ⁊
medijs valentibus ad finem quem inten
dimus:ſic ſumit̄ hic.Et ſic deſcribit̄.Cō-
ſilium eſt mentis inquiſitio de rebus agē

¶ De conſi[lio]

dis ꝓut iudicat homo ſapiens ⁊ exꝑtus
Pro huius deſcriptiōis noticia cōſiderā
dum.Qꝛ electio:vt dictū eſt ſequit̄ iudi-
ciū rōnis de rebus agendis que ſunt me-
dia ordinata in finem ꝑintentum.In re-
bus aūt agendis multa incertitudo inue
nitur:quia actiōes ſunt circa ſingularia
cōtingentia que ꝓpter ſui variabilitatem
incerta ſunt.In rebus aūt dubijs ⁊ incer
tis ratio nō prefert iudiciū ſeu ſententiā
abſ꧐ precedenti inquiſitione.Et ideo ne
ceſſaria eſt inq̄ſitio rōnis ante iudicium
de eligendis:⁊ huiuſmodi inquiſitio:con
ſilium dicit̄:ꝓpter qđ dicit̄.iij.Ethicorū.
Electio eſt appetitus precōſiliati:de quo
cōſiliant̄ homines experti habētes intel-
lectum recte diſpoſitum.Aliq̄s em̄ non
habens debitū vſum rōnis:ſed ꝑuerſum
nō bene cōſiliat̄.Idcirco dī in deſcriptio
ne conſilij:ꝓut iudicat homo ſapiens et
exꝑtus.Eſt tamē cōſiderādum ꝙ ꝯſiliuz
non ſolum ꝑtinet ad rōnem:ſed etiaz ad
voluntatem:ſicut ⁊ electio:nam in ꝯſilio
qđ eſt actus ratōis:apparet aliquid volū
tatis:ſicut materia:quia conſilium eſt de
his que homo vult facere:⁊ etiam ſicut
motiuum:quia ex hoc ꝙ homo vult finē
mouet̄ ad ꝯſilianduz de his que ſunt ad
finem.Et ideo dicit Damaſcenus ꝙ con
ſilium eſt appetitus inq̄ſitiuus:vt conſi-
lium oſtendat aliquo modo pertinere ad
voluntatem circa quā ⁊ ex qua fit inqui-
ſitio ⁊ ad rōnem inq̄rentem. Ex dicti-
patet ꝙ ſicut electio ſolum eſt rōnalium
⁊ etiam cōuenit deo:ſic etiam cōſiliuz qđ
precedit electionem.Qꝛ autem conſiliuz
ſit in deo:patet quia dicitur ad Epheſios
primo.Qꝛ deus operatur omnia ſm̄ cō-
ſilium volūtatis ſue:aliter tamen conſili
um cōuenit deo ꝙ̄ nobis.Cum enim in
nobis ex inquiſitione que dicitur conſili-
um proueniat certititudo iudicij:ſeu ſen
tentie.Conſilium inquātum attribuitur
deo importat ſolum certitudinem ſentē-
tie ⁊ iudicij:non aūt inquiſitionem que
fit per diſcurſuz.Et ideo dicit Damaſce
nus ꝙ deus non conſiliatur:Ignorantis
enim eſt conſiliari:quod non eſt in deo ſ
in nobis. Et ſi queritur de quibus eſt
conſiliandum.Reſpondet philoſophus
tertio ethicoꝝ.ꝙ tria ſunt genera rerum
de quibus eſt conſiliandum.Primo eſt
conſilianduz de rebus que ſunt in noſtra
poteſtate:quia conſilium ordinatur ad
operationem.Unde quatuor ſunt cauſe
operationum Natura:neceſſitas:fortu-
na ⁊ intellectus.Natura eſt cauſa illorū D
que ſemper eodem modo mouentur:vel
vt in pluribus ſeruant vniformitatē mo-
tus.Neceſſitas eſt cauſa illoruz que ſem
per eodem modo ſunt ſine motu.Fortu
na eſt cauſa eorum que ſunt preter inten
tionē ipſius agentis.Modo de iſtis que
fiunt per illas tres cauſas non habetur
conſilium.Nam conſilium ſm̄ philoſo-
phum habendum eſt de illis rebus que
ſunt mutabiles in ſe:⁊ tamen per conſi-
lium noſtrum poſſunt dirigi ad aliquem
certum finem:ſed intellectus humanus
eſt cauſa illorum operabilium que ſunt
a nobis:⁊ ideo de talibus operabilibus
eſt conſiliandum.Secundo conſiliandū
eſt de his que ſepi⁹ accidunt:quia ſi quis
vellet conſiliari de his que rariſſime acci
dunt:ille aliquotiens nihil operaretur.
Tertio conſiliandum eſt de rebus ma-
gnis agendis.In ſignum iſtius aſſumi-
mus nobis aliquos ad conſiliandum nō
credentes nobis ipſis:quia in particula-
ribus contingentibus plures circūſtan-
tias cōſiderare oportet:quas ab vno nō
facile eſt conſiderare ſed a pluribus:qđ
etiam nomen conſilij deſignat.Dicitur
enim conſilium:quaſi conſidiū:eo ꝙ mul
ti conſident ad ſimul conferendum.Po-
teſt etiam dici concilium a con ⁊ cilium:
quia ſicut cilia coniunguntur cum oculi
quieſcere in ſomno cupiunt:ſic concordi
ter homines iunguntur in cōcilio.

E De cōſenſu.

Conſ

## ¶De Conſenſu.

Quintus actus a voluntate elicitus dicitur: conſenſus: ſiue conſentire. De quo tria ſunt videnda. Primum an conſenſus ſit actus rationis an voluntatis. Secūduʒ qualiter differt ab electione. Tertium an conſenſus tantum eſt de his que ſunt ad finem.

Ad primum dicendū ꝙ conſenſus pertinet ad virtutem appetitiuam ſcʒ voluntatem. nam dicit Damaſcenus Quod ſi aliquis iudicet ⁊ non diligat: non eſt ſententia. id eſt. conſenſus. Diligere autem pertinet ad appetitum ſiue voluntatem. Dicit etiam Bernardus. Conſenſus eſt motus voluntatis ſpontaneus: vel motus animi liber ſui. Nihil enim eſt in poteſtate noſtra ſicut conſentire vel non conſentire. Ex his autoritatibus patet ꝙ cōſenſus eſt actus voluntatis. Eſt autē conſenſus duplex in opus ⁊ delectionē. Conſenſus enim aliquando ſola animi delectatione contentus eſt. Eſt iterum cōſenſus vt ſi poteſtas ſit ꝙ etiam opere compleatur. Et licet ſm ſanctum Thomam Conſenſus ſm nomen videatur pertinere ad potentiam apprehenſiuā: quia conſenſus dicitur a ꝯſentire: quaſi ſimul ſentire. Hoc eſt ſm quandam ſimilitudineʒ quia actus appetitiue virtutis ⁊ voluntatis eſt quedam inclinatio ad rem ipſaʒ ſm quandam ſimilitudinem: ipſa applicatio appetitiue virtutꝫ ad rem ipſam ſm ꝙ ei inheret accipit nomen ſenſus: quaſi experientiam quandaʒ ſumens de re cui inheret inquātum complacet ſibi in ea. vnde dicitur Sapientie primo. Sentite de domino in bonitate. Preſupponit tamē conſenſus actum rationis. Nam ratio ⁊ voluntas conueniunt in vnum in cōſenſu: vt ratio iudicat ⁊ diſcernit per conſilium ad faciendum vt fiat: in hoc volūtas conſentit ⁊ vult operari. Et ideo ſanctus Bonauentura in ſecundo ſententiarum diſtinctione. xxxviij. Deſcribit conſenſuʒ dicens. Conſenſus eſt concordia voluntatis ſimul ⁊ rationis ad vnum aliquod faciendum. Rationis vt arbitrantis ⁊ iudicantis: voluntatis vt preoptantis: ⁊ ſic conſenſus reſpicit liberum arbitriuʒ qđ ſimul conſiſtit circa voluntatem ⁊ rationem: vnde ſicut tota familie diſpoſitio dependet ex ſenſu patriſfamilias: ſic tota diſpoſitio agendoꝝ in domo anime: pēdet ex conſenſu volūtatis ⁊ rationis. Differentia eſt tamen inter aſſentire ⁊ conſentire. nam aſſentire quaſi ad aliud ſentire ⁊ ſic importat quādam diſtantiam ad id cui aſſentiť. ſed cōſentire eſt ſimul ſentire: ⁊ ſic importat quādam coniūctionem ad id cui conſentitur. Et ideo voluntas cuius eſt tendere ad ipſaʒ rem magis dicitur cōſentire: intellectus ſiue ratio cuiꝰ operatio non eſt ſm motum ad rem ſed potius econuerſo: magis diciť aſſentire: ꝗuis vnum ponať ſepe pro alio. Ad ſecundum dicendum ꝙ electio addit ſupra conſenſum quandam relationem reſpectu eius cui aliquid preelegiť. Et ideo poſt conſenſum adhuc remanet electio. Poteſt enim cōtingere ꝙ per conſilium plura inueniant̄ ducentia in finem: quorum dum quodlibet placet in quodlibet eorum conſentiť: ſed ex multis que placent vnum preaccipimus eligendo: ſed ſi inueniatur vnum ſolum quod placet: nō differt re conſenſus et electio ſed ratione tm̄: vt conſenſus dicatur ſm quod placet ad agenduʒ. Electio autem ſm quod prefertur his que non placent. vnde Damaſcenus dicit ꝙ poſt diſpoſitionē quā vocauerat prius ſententiam. id eſt. cōſenſum: fit electio. Ad tertium dicendum ꝙ cum conſenſus nominat applicationē appetitus rationalis que ſunt ad finem ſm determinationem conſilij. Unde cuʒ conſilium non fit niſi de his que ſunt ad finem. Conſenſus etiam proprie loquendo non eſt niſi de his que ſunt ad finem.



F De vſu

## De vſu.

Sextus actus a volūtate elicitus dicitur vſus ſiue vti: de quo tria ſunt videnda per ordinem. Primum an viſus ſit actus voluntatis. Secundum de eius diuerſis diffinitionibus Tercium quibus rebus ſit vtendum.

Ad primum dicendum. Quod vſus alicuius rei importat applicationem illius rei ad aliquā operationē Unde operatio ad quā applicamus rem aliquā diciť vſus eius: ſicut equitare eſt vſus equi: ⁊ percutere eſt vſus baculi. Ad operationem autem applicamus ⁊ ꝑncipia interiora agēdi: ſcʒ ipas potētias anime: vel membra corporis: vt intellectū ad intelligendum ⁊ oculum ad vidēdum: ⁊ etiam res exteriores: ſicut baculum ad ꝑcutiēdum. Sʒ manifeſtum eſt ꝙ res exteriores non applicamus ad aliquā operationem niſi ꝑ principia intrinſeca: que ſunt potētie anime vel habitus. Potentiarum autem organa ſunt membra corporis: ⁊ quia volūtas eſt que potētias aie mouet ad actus ſuos: ⁊ hoc eſt applicare eas ad operationes: vnde manifeſtum eſt ꝙ vti pmo et principaliter eſt volūtatis tanꝗ pmi mouentis rationis tanꝗ dirigentis: ſed aliarū potentiarū tanꝗ exequentium: que cōparātur ad volūtatem a qua applicātur ad agēdum: ſicut inſtrumēta ad principale agēs. Actio autem ꝓprie non attribuitur inſtrumēto ſed principali agenti: ſicut edificatio edificatori. Ad ſcđm dicendum ꝙ vti diciť tripliciter: ⁊ ſm hoc tripliciter diffiniť. Uno mō nomiat quādam operationē: ſm ꝙ dicimus vſuʒ alicuius rei eſſe bonum vel malum. Et ſm hoc videtur diffiniri ab Augꝰ. cum dicit Quod vti eſt aliquid aſſumere in facultatē volūtatis id eſt vt vtens opereť de eo ꝗ vtitur ad nutum voluntatis. Scđo diciť frequētiam operationis: ⁊ ſic vſus idem eſt qđ cōſuetudo: ⁊ ſm hoc diffiniť victorinus ꝙ vſus eſt actus de potētia frequēter elicitus. Tercio mō diciť vti reſpectu eoꝝ que ordinanť in finem. Et ſic ſumiť hic ꝓut diſtinguiť contra frui: et ſic vſus ſequiť electionē ⁊ ꝓcedit executionē opis. Ipſam enī executionē opis ꝓcedit motio: ꝗ volūtas mouet ad exequēdū: ⁊ ſic cū vſus ꝑtineat ad ꝓdictā motionē volūtatis eſt mediū inter electionē ⁊ executionē: ⁊ ſic diffiniť ab Augꝰ. Uti ē qđ in vſum venerit: referre ad id ꝗ fruendū eſt: vñ ſicut ſoli deo fruendū eſt: ita oibus alijs ꝓter deum eſt vtendū ſcʒ bono creato. nam vti bono increato ſcʒ deo ꝓꝑ eſt abuſus: ⁊ talis abuſus eſt peccatum mortale ꝓpter inordinationē volūtatis ꝗ minus diligit ipſum quo vtimur ſcʒ deo ꝗ ꝓpter qđ vtimur ſcʒ creatura: que propter deum vtenda eſt. Propter qđ dicit Auguſtinus in libro octuagintatrium ꝗſtionum. Summa ꝑuerſitas eſt frui vtendis ⁊ vti fruendis.

G

Ad tercium ꝗbus ſcʒ rebus ſit vtēdū. Notandū ꝙ reruʒ triplex eſt diuerſitas. Quedā enī ſunt quibus fruendū eſt: alie quibus vtēdum. Tercie ſunt res ꝗ fruūtur ⁊ vtuntur. Res quibus ſolū fruendū eſt ſunt eterne ⁊ incōmutabiles: que nos beatos efficiunt vicʒ pater filius ⁊ ſpiritusſanctus. Licet ſint tres perſone dicuntur tamē vna res fruibilis: quia vna eſt in eis bonitas vna fruitio: eadem tamē trinitas (vt dicit magiſter in pmo diſt. j.) quedam ſumma res eſt communiſqꝫ oibus fruentibus: ſi tamen res dici debeat ⁊ nō potius rerū oim cauſa. Secūde ſūt res quibus ſolum vtendū eſt: qꝛ nos tendentes ad btitudinē ꝑ eas adiuuamur: vt vicʒ ad illas res ꝗ nos beatos efficiūt peruenire poſſimus. Et hic eſt mundus et in eo creata quibus vtendum eſt. Inuiſibilia nāqꝫ dei (potētia vicʒ Sapiētia ⁊ bonitas) per ea ꝗ facta ſunt intellecta cōſpiciunť. Hoc eſt vt de tpalibus eterna capianť. Per res enī huiꝰ mūdi velut

ꝑ veſtigiū inueſtigatˀ deꝰ creator: vel inq̄tum cognite a nobis ducunť in creatoriſ ſummā potentiā tremēdā: ſapiam admirandā: bonitatē amandā: vel inquantuꝫ ordinanť in ſubſidiū vite nr̄e ordinate in deū: vn̄ ꝯſiderandū ꝙ ſicut hō factus eſt ꝓpter deū: vt eū cognoſceret: amaret laudaret ⁊ ei ſeruiet: ita mūdus factus eſt ꝓpter hoīeꝫ: vt mūdus ſeruiret ei: ⁊ hō creaturis mūdi vteretur. Nā deꝰ (ſaltem in ſtatu innocētie) vtuti hoīs ſubiecit oīa ad gubernandū Gen̄. j. Subijcite ⁊ dominamini piſcibus maris et volatilibus celi. Subiecit eīm deus intellectui hoīs oēm veritatē creatā ad iudicandū: ſm̄ qḋ dicitur Sap. vij. Ipa dedit mihi oīm q̄ ſunt ſciam ⁊c̄. Subiecit etiā affectui ⁊ volūtati hoīs oēm bonitatē ⁊ vtilitatē creaturarū ad vtendū: vt poſſet oīa in vſum ⁊ vtilitatē ſuā ꝯuertere: ⁊ illa referre in deū q̄ fruendū eſt ꝑ grarūactionē: vn̄ pš. Oīa ſubieciſti ſub pedibꝰ eius. vn̄ dicit San. Augꝰ. in de ciuitate dei. Platonē de deo ſenſiſſe: ꝙ erat ꝑncipiū oīm naturarū: ſine q̄ nulla natura ſubſiſtit. Lumē oīm rōnum: ſine quo nulla doctrina inſtrueret. Finis omnium actionum ſine quo nullus vſus vtilis eſt. Tercie ſunt res q̄ b fruuntur et vtuntur quaſi inter vtraſq̄ res q̄bus fruendum eſt ⁊ vtendū conſtituti: vt ſunt hoīes ⁊ angeli ſancti: q̄ fruūtur deo: quia creati ad beatitudinē q̄ eſt ſummi boni fruitio. Angeli etiam ſancti vtuntur hoc mūdo in cognitione veſpertina: ꝓut ꝑ ſpecies ꝯcreatas cognoſcunt res in ꝓprio genere: rerūq̄ naturas ꝓprietates ⁊ vtilitates: ⁊ inde conſurgunt ad laudē dei: ⁊ referunt oīa ad cognitionem matutinā quā habent in verbo. Homo etiam vtitur toto vniuerſo quod conſtat ex viſibilibus et inuiſibilibus creaturis. Homo nanq̄ vtitur angelis in futura vita ad cōuiuendū. Et ſi modo in preſenti ſint ſuperiores: q̄ȥ immortales ⁊ deo fruentes: in futuro tn̄ nobis erunt equales Angelis etiā vtiť hō in pn̄ti: q̄ȥ ad vſum ⁊ cuſtodiā ſunt homini deputati. Sicut res dn̄oꝝ dicunť eſſe famuloꝝ nō dn̄oꝝ q̄ȥ ſunt ad vſum famuloꝝ. Angeli nanq̄ in quibuſdā ſcripture nobis ſeruire dicuntur: dum ꝓpter nos in miniſteriū mittuntur. Homo etiam vtitur creaturis alijs ſub angelis: qḋ patet ex ſufficienti diuiſione. Nam ea que ſunt in mūdo. Quedā ꝑtinēt ad vſum voluntatis vt operantis ſicut ſunt opera noſtra bona ſcꝫ virtutes fructus dona: beatitudines: per hec volūtas vtitur ſeipſa inquantū per hec voluntas ordinat ſe ad ſuū finem ſcꝫ diligendū ⁊ fruendū deo. Quedā pertinēt ad vſum voluntatis vt approbantis: ⁊ ſic vtiť rationalibus ad ſocietatē: irrōnalibꝰ ad neceſſitatē: bonis corꝑalibus ad elemoſynas. Omnibus alijs ad laudem ⁊ gratiarum actionē. Quedā pertinēt ad vſuꝫ voluntatis: vt tollerantis: vt mala pene: ad ꝓmouendū merita: vel ad purgandum peccata: vel vt deteſtantis vt mala culpe chriſto etiam fruendum ⁊ vtendum eſt. Chriſtus nanq̄ cōſtat ex bono increato et creato: quia eſt creator ⁊ creatura: xp̄i nanq̄ felicitate eſt fruendum: xp̄i homis conformitate eſt vtendum. Sunt eīm res que fruunť ⁊ vtuntur: vt angeli homies. Qui habent chriſtum deum vt contemplentur delectabiliter eius diuinitatē: q̄ȥ deitas maxime letificat angelos et ſctōs comprehenſores. Habent etiam homines xp̄m hominem: vt imitentur exēplariter eius humanitateꝫ: quia humanitas xp̄i maxime edificat ⁊ letificat homines adhuc viatores.

## ¶ De actibus impereatis a voluntate. Capitulum xxxvij

A — De actibus imperatis a volūtate

Voluntatis de actibus immediate elicitis dictū eſt in ꝑcedentibus capitulis. Nunc videndū eſt de actibus impatis a voluntate. Qualiť aūt differāt actꝰ eliciti ⁊ impati dcm̄ eſt i ꝑncipio. xxxv. ca. De actibꝰ āt ipatis a voluntate duo videnda ſunt. Primū an imperium: ſiue imperare ſit actus rationis vel voluntatis. Scdm̄ ad que ſe extendat imperiū voluntatis. Ad primum dicēdum ꝙ imperium: ſiue imperare eſt actus voluntatis: preſuppoſito actu rōnis. Primū patet: naꝫ dicit ſanctus Bonauentura in. ij. diſtin. xlj. Q̄ȥ penes voluntatem cōſiſtit regiminis dn̄ium: ꝓco ꝙ ipſa volūtas alijs potentijs imperet ⁊ a nulla imperať. Membra eīm ⁊ opera ⁊ quicq̄d nos ſumus ſubiecit deus volūtatis imperio. vnde ⁊ voluntas immiſcet ſe actibus: memorie ⁊ intelligentie: vel antecedenter: vel cōcomitanť: vel cōſequēter. Scdm̄ patet ꝙ volūtas preſupponit actum ratiōis: per Cancellariū ſuꝑ Cantica. Dicit eīm: ꝙ volūtas ſola eſt vniuerſalis motor ⁊ imꝑator in regimine anime ſeu in toto microcoſmo: dum fuerit ꝑ directionem intellectus ſeu rōnis applicata ad ſuum obiectum: tunc mouet vires alias imꝑatiue: quo fit vt vis cognitiua ſiue ratio: que prius mouebat obiectaliter volūtatem ꝑn̄tando obiectū (obiectū eīm volūtatis eſt bonū cognitū ab intellectu) nūc ordine quaſi cōuerſo mouetur libere ⁊ imꝑatiue ab ipſa volūtate. Exēpli gratia. Memoria anime intellectiue fecunda ſpeciebus intelligibilibꝰ abſtractis a fantaſmatibꝰ: ponit in acie intellectus ſpēm repreſentātem deum: nō quidem nude: ſed quaſi per ſpeculū ⁊ in enigmate. Intellectiua virtus formabit ſimile verbum de deo ⁊ illud naturaliť obijciet volūtati: quo facto mouebit ſe voluntas libere nō in cognitiōem preſentatā intus per intellectū: ſꝫ in rem extra vel quaſi extra exiſtentē ſcꝫ deum. Non eīm amat volūtas cognitiōem huiuſmodi dei tanq̄ vltimū finem: q̄ȥ non pōt eſſe finis eius. Amat eīm deū immediate ⁊ ſe fert in ipm̄ ⁊ amplectiť ⁊ oſculať. Deinde volūtas ꝯiūcta fini ſuo vltimo deo: ꝑcipit intellectui q̄ſi dicēdo: veni vide guſta ⁊ ſenti: q̄ȥ dulcis ē dn̄s. Volūtas eīm ⁊ intellectus licet ſint diſtincte potētie: circūincidunt tn̄ ſe mutuo vt vna ſit in alia ⁊ ecōuerſo: ideo q̄libet virtus ab alia denominationē ſortiť. Volūtas eīm eſt appetitꝰ intellectiuꝰ: ſiue appetitus rōcinatus: vť intellectus appetitiuꝰ: ſicut de actibꝰ ipſorū potētiaꝝ licet dicere ꝙ amor ē cognitiuus: ⁊ cognitio amoroſa: duꝫ ordinat ad amorē nō ſiſtens in nuda ſpeculatiōe veritatis. Exēplū māle: manus ⁊ oculus cōcurrūt ad ſcribēdū: oculus videt manui: ⁊ manus mouet calamū: nō virtꝰ viſiua eſt virtus motiua calami: nec manus eſt oculus: ſꝫ quodāmō circūincidūt ſe ꝓpter ꝯnexionē in vna actōe ſcribēdi. Et ſi quādoq̄ reꝑiať in dictis doctorū: ꝙ imꝑare ſit actus rōnis: hoc intelligēdū ē ꝑ modū intimationis denūciationis directionis ⁊ ꝯſilij. Nā rō (vt ſupra dictū ē. c. xxxij.) ꝯſulit volūtati vt dn̄e ſue: ſicut patet de portante candelaꝫ ante dn̄m: nō tn̄ cogit volūtatem: imo diuertit ad volūtatis imperiū: lucernā ſuam: vel ſuffocat: vel deſerit eam ne luceat actu pleno. Q̄tū ad B ſcdm̄ dicendū: ꝙ imperiū volūtatis ſe extendit ad quatuor. Primo ad actū ꝓpriū de quo ſupra dictū ē. ca. xxxiij. vbi dicitur Q̄ȥ volūtas eſt inſtrumētū ſeipm̄ mouēs Scdo extēdit ſe imperiū volūtatꝭ ad actū rōnis. Sed attēdendū eſt ꝙ actus rōnis tripliř pōt ꝯſiderari. Uno mō q̄ntū ad exercitiū actus: ⁊ ſic actus rōnis ſemꝑ imperari pōt: ſicut cū alicui indiciť ꝙ intendat rōni ⁊ rōne vtať. Alio mō q̄ntum ad obiectū: reſpectu cuiꝰ duo actꝰ rōnis attēdunť. Primo q̄dem eſt actus rōnis circa talia obiecta opphēſa quibus nāliter intellectꝰ aſſentit: ſicut ꝑma ꝑncipia cognoſcibiliū ſeu ſpeculabiliū: vt de quolibet eſſe vel nō eſſe. Et etiā ꝑma ꝑncipia oꝑabiliū: vt qḋ tibi non vis fieri alteri ne feceris: ⁊ ſic de alijs: aſſenſus talium nō eſt in ꝑtāte noſtra: ſꝫ ꝯtingit ꝑ virtutē luminis nālis ſupinfuſi a lumine ſupnāli. Iuxta illḋ pš. Signatū ē ſuꝑ nos lumē vultꝰ tui dn̄e ⁊c̄: ⁊ iō talis rōnis aſſenſus

imperio volūtatꝭ nō ſubiacet. Scđo ſunt
quedam alia appꝫenſa q̄ nō ita cōueni-
unt intellectui: q̄n poſſit aſſentire vel diſ-
ſentire: vel ſaltim aſſenſum vel diſſenſuʒ
ſuſpendere ꝓpter aliquaʒ cauſam. Et in
talibus aſſenſus ipſe vel diſſenſus in po-
teſtate nr̄a cadit ⁊ ſub impio eſt. Tertio
extendit ſe volūtatis imperiū ad ſenſua-
litatem: de quo ſupra dictū eſt. c. xxv. In
dubio. vij. De ſubiectione ſenſualitatis.
Quarto extēdit ſe volūtatis imperiū ad
membra corpis: de quo etiā dictū eſt. ca.
xxv. Dubio. vij. De ꝑncipatu diſpotico.
Siliter. c. xxvj. De virtute motiua.

¶ De voluntatis ſubdiuiſione.
Caplm xxxviij

A — De volūtatꝭ ſubdiuiſiōe.

s Extū ad queſitū quo q̄rebat ca-
pitulo. xxxj. de volūtatis ſubdiui
ſione. Rn̄det ſm Alex. pte. ij. q.
.lxxj. Oꝫ viriū motiuarū rōnaliū differēs
ponit diuiſio. Unde cōſiderandū ꝙ in
generali om̄is vis motiua aīe rōnalis di-
uidit ꝑ impatiuā cōſiliatricē ⁊ affectiuā.
Impatiue corn̄det liberū arbitriū: cōſi-
liatrici rn̄det ratio: affectiue rn̄det volun
tas. Et in hoc oñdit q̄daʒ imago beatiſ-
ſime trinitatis in pte motiua. Quēadmo
dū em̄ in pte cognitiua rōnali (vt dictū ē
ſupra. ca. iiij.) eſt imago trinitatis: videlʒ
memoria: q̄ dicit a ſeruando ſummā ve-
ritatem. Intelligētia a cognoſcēdo ſum-
mā veritatē: volūtad ab appetēdo ſum-
mam veritatē: vn̄ memoria tenet imagi-
nē pr̄is: intelligētia filij: volūtas ſpūſſan-
cti. Pariformiter in aīa rōnali eſt imago
trinitatis ex parte motiue. ſicut dicit Au
guſti. ſcʒ liberū arbitriū: ratio ⁊ volūtas.
Nam liberꝫ arbitriū rn̄det memorie: ⁊ te
net imaginē patris. Ratio rn̄det intelli-
gentie: ⁊ tenet imaginē filij. Voluntas ex
illa parte reſpōdet voluntati: ⁊ tenet ima
ginem ſpūſſancti. Redeūdo ad ꝓpoſi-
tum. Notandū ſm Alexādrū vbi ſupra:
ꝙ cū in generali omnis vis motiua rōna
lis diuidat im impatiuā cōſiliatricem: ⁊
affectiuā. Unaqueqꝫ harū differentiarū
ſubdiuidit: impatiua ſubdiuidit in Sin
dereſim ⁊ liberū arbitriū. Naʒ impatiua
aut eſt ſm directionē nature q̄ determina-
ta eſt ad vnū: ⁊ dicit ſindereſis: aut ē ſm
directionem rōnis: ⁊ dicit liberū arbitri-
um: qđ eſt poteſtas rōnalis oppoſitorūʒ
⁊ dicit liberum arbitriū impare ex parte
voluntatis: q̄a liberū arbitriū (vt dicet)
claudit in ſe rōnem ⁊ volūtatem: ſed im-
perare (vt dictū eſt) eſt actus voluntatꝭ
preſupponēs actum rōnis dirigentis. Et
colligit hec diuiſio impatiue ex diuerſis
locis ſcripture: de ſinderiſi ponit ſanctus
Grego. ſup Ezechielē. Liberū arbitriū a
diuerſis ponit doctoribus: ⁊ ſumit ab eo
qđ dicit Eccl̄i. xv. Abinitio deus fecit ho-
minē: ⁊ reliq̄t eum in manu ꝯſilij ſui ⁊c.
vbi dat circūlocutionem liberi arbitrij.

Ex pte v̾o Cōſiliatricis ſm Auguſt. ſu
mit diuiſio q̄ eſt in rōnem ſupiorē et infe
riorē: ſm ꝙ accipitur ratio cōſulendi ex
ordinatione recta ad ſupna bona: vel ad
inferiora bona. Ex pte v̾o affectiue ſm
Iohānem damaſcenū ſumit diuiſio: naʒ
alia eſt voluntas thelīſis: alia bulīſis. hoc
eſt: alia eſt naturalis volūtas: alia electi-
ua: ſiue delibratiua: vt naturalis volūtas
rn̄det ſinderiſi. Delibratiua v̾o libero ar
bitrio. Sumit ⁊ q̄rta ſubdiuiſio moti-
ue rōnalis ex pte Cōſiliatricꝭ ſimul ⁊ affe
ctiue. Et hoc dupliciter: vel ſm cōuenien-
tiam quā habet aīa rōnalis cuʒ angelo:
et ſm hoc diuidit ab Ariſtotele in. iij. de
aīa: ꝑ intellectū practicū: ⁊ vim appeti-
tiuam ſiue voluntatē: vel ſm qđ ꝓprium
eſt anime rōnalis. Et ſic diuidit ab auto
re in libro de ſpū ⁊ aīa: ꝑ rōnalem cōcu
piſcibilē ⁊ iraſcibilē: ⁊ dicit totam animā
eſſe in his potētijs. Potentias aūt ibi di-
ſtinguit a viribus: in hoc ꝙ potentie dicū
tur motiue: vires aūt cognitiue. licet po-
tentie poſſint dici vires ⁊ ecōuerſo. Ex B
dictis inferunt aliquot correlaria corūʒ
que in hoc capitulo dicta amplius mani
feſtatiua. Primū correlarium: predi-
cte diuiſiones non ſunt ſolius volūtatis:



ſed totius potentie motiue anime ratio-
nalis. Potentia nanqꝫ motiua ē duplex:
ſcʒ potentia motiua cognitiua: ſcʒ rō mo
tiua: ⁊ intellect⁹ practicus: ⁊ potētia mo-
tiua appetitiua: ſcʒ volūtas. Bonuʒ em̄
appꝫenſum ⁊ cognitū per rōnem moti-
uam ⁊ intellectum practicū: volūtas ap-
petit diligit ⁊ ad ipm̄ inclinat ⁊ mouet.
Non em̄ diligim⁹ per volūtatem niſi co
gnita per rōnem ſm Aug. Scđm cor-
relarium diuiſio voluntatis elicita ex ꝑ-
dictis ſubdiuiſionibus motiue rationa-
lis hec eſt. Volūtas: alia thelīſis ſiue na-
turalis: alia bulīſis ſiue delibratiua. Itē
volūtas alia ſindereſis: alia liberū arbi-
trium. Itē volūtas alia iraſcibilis alia cō
cupiſcibilis. Tercium correlariū. Quā
libet volūtatem dirigit quedā vis appre
henſiua voluntatem naturalē ſiue ſinde-
reſim: dirigit conſcientia volūtatem deli
bratiuam dirigit ratio motiua ſeu intelle
ctus practicus. Liberū arbitriū claudit
in ſe rationē dirigentē ⁊ voluntatē appe
tentem ⁊ eligentē. Volūtatem vero ira-
ſcibilem ⁊ concupiſcibilem: dirigit vis ra
tionalis. Quartum correlarium volū
tatis membra ſupradicta non ſunt diuer
ſe volūtates diſtincte realiter ſed vna po
tētia ⁊ volūtas a diuerſis ſuis actibus ⁊
officijs varie nomiata. Dictū eſt em̄ ꝑus
ca. xxix. ꝙ in aīa rōnali ſolū ſunt tres po-
tētie realiter diſtincte vicʒ intellect⁹ poſſi
bilis intellect⁹ agēs ⁊ volūtas. De potē-
tijs cognitiuis motiuis. ſ. rōne intellectu
practico: ſupra dictū ē. c.. xxx. De poten-
tijs v̾o appetitiuis motiuis nūc dicēdū ē.
Primo de libero arbitrio. ca. xxxix.
Scđo de voluntate naturali ⁊ delibrati-
ua caplo. xl.
Tercio de conſcientia quam preſuppo-
nit ſindereſis. ca. xlj.
Quarto de ſindereſi que eſt vis affecti-
ua caplo. xlvj.
Quinto de vi rationali iraſcibili ⁊ cōcu-
piſcibili caplo. xlix.

¶ De libero arbitrio Capitulum xxxix

A — De libero arbitrio

l Ibero de arbitrio quatuor dicē-
da occurrunt. Primo q̄d ſit ſm
diffinitionē. Scđo q̄d ſit ſm no-
men. Tercio de actibus liberi arbitrij.
Quarto in quibus ſit liberum arbitriū.
Oꝫtum ad primū dicendū. Oꝫ beatus
Aug⁹. in libro de gratia ⁊ libero arbitrio
et poſt eū mgr̄ in. ij. diſt. xxiiij. Liberū ar- Liberum arbitrium
bitriū ſic diffiniunt. Liberum arbitrium
eſt facultas volūtatis ⁊ rōnis q̄ bonū eli
git gr̄a aſſiſtente: ⁊ malum gr̄a deſiſtēte
In hac diffinitione ꝑmo tangit potētia
vt ꝑncipiū. Nam liberū arbitriū non eſt
ſpecialis potētia diſtincta a voluntate et
ratione. Liberū em̄ arbitriū nominat vo
luntatē cū ꝑſuppoſitione arbitrij rōnis.
Unde dicit San. Bonauē. in. ij. ſen. diſt.
xxv. Oꝫ liberū arbitriū nō eſt potētia di-
ſtincta a rōne ⁊ volūtate ſm rem: ſed ſm
rōnem tm̄. Primū patet q: vt ſepe dictū
eſt potētie aīe rōnalis ſufficiēter diuidūt
ꝑ cognitiuas ⁊ affectiuas: ꝗ ſi rō cōphen
dit v̾tutes cognitiuas: ⁊ volūtas affecti-
uas ⁊ oēs act⁹ aīe ꝑ has potētias q̄ ſunt
cognitiua ⁊ affectiua ſiue rō ⁊ volūtas ex
erceri pn̄t. Nō eſt ꝯueniēs ponere terciā
potentiā ab his differentē ſcʒ liberū arbi
triū. Scđm pʒ. Nā liberū arbitriū di-
ſtinguit a rōne ⁊ volūtate ſm rōnē: in h̄
ſcʒ ꝙ liberū arbitriū hʒ ſe ꝑ modū mouē
tis. Volūtas v̾o ⁊ rō ꝑ modū moti: h̄ in
rōne impantis. Iſte due ꝑ modū exequē
tis. Liberū em̄ arbi. mouet oēs vires aīe
⁊ rōni impat vt diſcernat: ⁊ voluntati vt
appetat. Volūtas em̄ ⁊ rō ſunt potentie
ſup ſe reflexiue: vt ſ̄ dictū eſt. Nā volun
tas vult ſe velle: ⁊ rō etiā eſt v̾tus ſeipaʒ
cognoſcēs: ⁊ rō ſi ibi eſt aliq̄ diſtinctio: h̄
ſolū eſt ſm rōnē. Mouēs em̄ et motū in
ſpūalibus nō oportet differre ſm ſubam
Optime ergo diffinit: liberū arbi. eſſe fa-
cultas ſiue conſenſus voluntatis ⁊ rati-
onis. Facultas enim non tantū nomi-
nat potentiam: immo facilitatem et abili
tatem potētie (Dicit em̄ facultas facilis
ꝑtās) ex qua nō tm̄ potēs eſt: immo etiā

ꝑpotēs eſt ad exercenduꝫ in actu. Sicuꝉ
igiꝉ ex cōcurſu duoꝝ hoim reſultat que-
dam facultas ad portandū vnū lapidem
quem nō poſſet ferre alter eoꝝ. Et ſicut
ex cōcurſu prīſfamilias ꝛ matriſfamilias
ad diſponendū regimen domꝰ. Sic ex cō
curſu rōnis ꝛ voluntatis reſultat q̄dam
libertas ſiue qđdā dominiū ad aliq̄d fa-
ciendū ꝛ diſponendū: qđ optīe nominaꝉ
per hoc nomē liberū arbitriū. Non vno
nomine ſed cōpoſito: vt vnū nomē ſcꝫ li-
berū reſpōdeat voluntati: ꝛ alterū ſcꝫ ar
bitriū rōni. Scđo tangit in diffinitione li
beri arbitrij: actus ꝓprius liberi arbitrij:
cum dicitur: qua bonum eligitur. Elige-
re enim eſt actus liberi arbitrij: vt ſupra
dictum eſt capitulo. xxxvj. Electio enim
importat aliq̄d pertinēs ad rōnem ſcꝫ iu
diciū cū diſcretione rōnis: ꝛ aliq̄d perti-
nēs ad volūtatem ſcꝫ deſideriū cōſecuti
onis: ꝛ hoc eſt volūtatis: ꝛ ſic electio eſt
actus liberi arbitrij qđ cōplectiꝉ rōnem
ꝛ voluntatem. Tercio tangiꝉ in dicta
diffinitione materia ꝛ obiectum ad qđ ſe
extendit liberū arbitriū cū dr̄ Qua ſcꝫ fa
cultate: bonū ꝛ malū eligiꝉ. Ex quo patꝫ
ſicut dicit San. Bonauē. in. ij. ſen. Qꝫ li-
berū arbitriū hic diffiniꝉ nō ſimpliciter:
ſe.l ſm ſtatum nature lapſe: ꝛ q: in ſtatu
nature lapſe defectū habet ꝛ inclinatio-
nem ad malum: ꝛ ideo nō ſolū diffiniꝉ ꝑ
electionem boni ad quā ordinaꝉ mediā-
te grā: ſed etiam per electionem mali: in
quā cadit ex defectibilitate ꝓpria: nec po
niꝉ ibi electio mali tanq̄ finis ad quē or-
dinaꝉ: ſed vt per hoc manifeſteꝉ qualiter
ad finem ꝓpriū ſcꝫ ad electionē boni ordi
naꝉ: non eñ ad illud ꝑuenit niſi per grē
adiutoriū. Nec tñ ex hoc tolliꝉ libertas
arbitrij. Liberū eñ arbitriū eſt cauſa ſui
motus ſecūdaria: ſed deꝰ ꝑmaria eſt cau
ſa: tam naturaliū q̄ volūtariū. Sicut eñ
mouendo cauſas naturales non aufert
ab eis quin actus earum ſint naturales:
ita mouēdo cauſas voluntarias ad bene
agendū per gratie adiutoriū: non aufert

ab eis quin ſint volūtarie. Et hoc eſt qđ
diciꝉ ad Phil. ij. Deus operaꝉ in nobis
velle ꝛ ꝑficere: ſcꝫ meritorie: inquantum
deꝰ per grām mouet liberū arbitriū: illu-
minādo rōnem: ꝛ fortificādo ꝛ inclinan-
do volūtatem ad opus meritoriū. Nam
ad ꝓductionē opis iſta tria ſunt neceſſa
ria ſcꝫ ſcire: poſſe: velle. Ex quo ptꝫ q̄ dif
finitio liberi arbitrij quā ponit Aug. attē
diꝉ penes potētias. ſ. rōnem ꝛ voluntatē
q̄ ſe habēt ad modū cauſe materialis: vt
dicit Alexander parte. ij. moueꝉ enim a
ꝑmo motore ad bonū. Gratia vero ē for-
ma ſm quā diriguꝉ in finē. Nec hoc ob
ſtat q̄ potētie ille pñt ex ſe moueri in ma
lum. Nō eñ ad hoc creatū eſt liberū ar-
bitriū: ſed cū poſſit in malum: cedat ei in
meritū nō cōſentire malo: ꝓut dr̄ in Ec-
cleſiaſti. ca. xxxj. Qui potuit facere mala
ꝛ non fecit. ¶ Scđa diffinitio liberi arbi-
trij. Liberū arbitriū eſt poteſtas ſeruan-
di rectitudinem ꝓpter ſe: ſcꝫ rectitudineꝫ
ſeu iuſticiā. Nam iuſticia ſm Anſhelmū
eſt rectitudo volūtatis. Hec diffinitio vt
dicit San. Bonauen. in. ij. diſtin. xxv. eſt
ipſius Anſhelmi: ꝛ conuenit libero arbi-
trio in ſua generalitate accepto: ꝓut con
uenit creatori ꝛ creature: ꝛ cōuenit libe-
ro arbitrio ꝑ cōparationē ad finē. Et h̄ ptꝫ
Nā Anſhelmus diffiniēs liberū arbitri-
um: nō ſolum dicit ipm̄ eſſe poteſtatē id
eſt facultatē facilē ſeruādi rectitudinem:
ſed etiam addit ꝓpter ſe. Propter eñ di-
cit cauſam finalē: ꝛ referꝉ hoc ꝓnomē ſe
ad rectitudineꝫ. Sed hoc attendendū q̄
alia eſt rectitudo q̄ ſeruaꝉ ꝛ alia ꝓpꝉ quā
ſeruāda eſt. Prima eñ creata eſt: ſcđa in
creata. Rectitudo enim increata eſt finis
ad quē ordinaꝉ liberū arbitriū ꝑ ſe medi
ante ſuo actu: q: tñ vna intelligiꝉ in alte-
ra: hoc relatiuū ſe cū referꝉ ad rectitudi-
nem creatū pōt ſupponere ꝛ accipi ꝓ re
ctitudine increata in ipſa creata rectitu-
dine intellecta: ſicut prima veritas in om
ni veritate: ꝛ prima bonitas in omni bo-
nitate.

B
Scđa diffinitio liberi arbitrij



C
Tercia diffinitio liberi arbitrij

¶ Tercia diffinitio liberi arbitrij eſt ipſi
us beati Bernhardi. Liberū arbitriū eſt
conſenſus ob volūtatis inamiſſibilem li-
bertatē: et rōnis indeclinabile iudicium.
Pro iſtius diffinitionis euidentia ꝯſide-
randū q̄ ex quo libe. arbi. ſimul ꝯſiſtit cir
ca voluntatē ꝛ rationē. In ꝑdicta diffini
tione aliq̄d poniꝉ qđ cōcernit voluntatē
aliq̄.l qđ cōcernit rationē: aliq̄d qđ con-
cernit vtrūq̄: ꝛ hoc eſt ꝯſenſus. Nam ſi-
cut ſupra ca. xxxvj. dictū eſt. Conſenſus ē
ꝯcordia volūtatis ꝛ rōnis ad vnū aliqđ
faciendū: rōnis vt iudicantis ꝛ arbitran
tis: volūtatis vt ꝑoptantis ꝛ cōſentiētis
ꝛ ſic ꝯſenſus reſpicit li. arbi. qđ ſimul cō-
ſiſtit circa rationē ꝛ voluntatē: ꝛ hec diffi
nitio (ꝓut dicit Alexander de ales in. ij.
parte. q. lxxij.) attendiꝉ in cōparatione
ad cauſam mouentē. Conſenſus eñ di-
cit ꝯuerſionē liberi arbi. ad cauſaꝫ mouē
tem. In nobis eñ eſt conſentire deo vel
nō cōſentire: ſicq̄ conſenſus hic accipiꝉ
ſm q̄ indifferenter ſe hꝫ ad bonū et ad
malū vicꝫ ꝓ ꝯſenſu ꝛ appetitu mentis q̄
bonus eſt ꝛ ꝓ cōſenſu ꝛ appetitu carnis
q̄ malus eſt. Aliq̄n li. arbitriū cōſentit in
id qđ dictat ſenſus mētis: aliq̄n in id qđ
dictat ſenſus carnis. Nō tñ eque ſe habꝫ
ad vtrūq̄ ex natura: ſed ꝑ ſe hꝫ vt ordi-
neꝉ ad ſenſum mētis: ſed de ꝑaccidēs ex
ꝓpria defectibilitate deordinatur ad ſen-
ſum carnis. Scđo in dicta diffinitiōe po
niꝉ aliq̄d qđ cōcernit voluntatē cū dr̄ ob
volūtatis inamiſſibilē libertatē. Vñ cōſi-
derandū q̄ libertas eſt triplex ſcꝫ nature
ꝛ hec eſt libera a coactione: ꝛ illa eſt ina-
miſſibilis: q: volūtas vt infra diceꝉ a nul
lo cogi pōt. Gratie ꝛ illa eſt libera a pctō
ꝛ illa eſt amiſſibilis in ꝑſenti vita. Glorie
ꝛ illa eſt libera a miſeria: ꝛ hec eſt inamiſ
ſibilis in gloria. Libertas in diffinitiōe li-
beri arbi. debet accipi pro libertate natu-
re ꝛ glorie: ꝛ non ꝓ libertate grē que pōt
recuperari ꝛ amitti in ꝑſenti. Sciēdū tñ
q̄ libertas nature non eſt amiſſibilis ſm
qđ natura eſſentialiter accipiꝉ in his in

quibus eſt. Et ſic voluntas que eſt po-
tentia naturaliter cōcreata eſſentie aīe
(quā concomitaꝉ naturaliter libertas a
coactione) eſt inamiſſibilis. Scđm autē
qđ natura diciꝉ naturale bonū innocen-
tie qđ ꝑmitus eſt datum (ꝓut dr̄ in. ij. li.
ſen. xxiiij. diſ.) Libertas arbitrij eſt ab oī
labe ꝛ corruptela rōnis immunis: atꝫ vo
lūtatis rectitudo: ꝛ oim potentiarū aīe
viuacitas: ſic eſt amiſſibilis. Sed ſic non
accipiꝉ libertas in dicta diffinitione. Ter
cio in diffinitione liberi arbi. poniꝉ aliq̄d
ꝯcernēs rationē cum dr̄: ꝛ rationis inde-
clinabile iudiciū: ibi accipiꝉ iudiciū: ꝓut
diſtinguiꝉ ꝯtra conſiliū. Iudicij enim eſt
diſcernere q̄d liceat vel q̄d nō liceat. Cō-
ſilij aūt eſt ꝓbare q̄d expediat: q̄d nō ex-
pediat. Hoc autem nō eſt idē cū iudicio.
Multa eñ per iudicium licita vl' illicita
decernimus: q̄ tamē licita ſunt nō appro
bamus ꝛ illicita reſpuimus ꝑ conſilium.
Diciꝉ etiā in dicta diffinitione iudicium
rōnis indeclinabile. Vñ conſiderandū q̄
iudiciū rōnis dupliciter diciꝉ indeclina-
bile. Vno mō q: pōt declinare a rectitu-
dine: ꝛ ſm hoc liberū arbi. ex parte rōnis
ſemꝑ recte iudicaret ſiue ſequereꝉ recta
volūtas ſiue nō: qđ falſuꝫ eſt Eo q̄ ratio
eſt recta ꝛ nō recta: volūtas bona ꝛ ma-
la: ſic nō ſumiꝉ indeclinabile in diffinitio
ne libe. arbi. Alio mō iudiciū rōnis diciꝉ
indeclinabile: q: inſeꝑabile eſt ſm q̄ rō
inſeꝑabilis eſt a libero arcitrio: vñ dicit
Bern. habet volūtas rōnalis quocunq̄
ſe vertat rationē ſemꝑ comitē ꝛ qđāmo
do pediſſequā: nō q̄ ſemꝑ rōne ſꝫ q̄ nū-
q̄ abſq̄ rōne moueaꝉ: ꝛ ſic accipiꝉ inde-
clinabile in diffinitione liberi arbitrij.
¶ Quarta diffinitio liberi arbi. ſm magi
ſtrum in. ij. ſen. eſt phoꝝ vicꝫ liberū arbi.
eſt liberū de voluntate iudicium. Hanc
notificationem dicit Alexander de ales
eſſe Boetij. Et San. Bonauen. dicit di-
ctam notificationem potius eſſe nomis
interpretionem q̄ diffinitionem. Nā phi
loſophus. vj. Ethicoꝝ reprehendit diffi-

D
Quarta diffinitio li. ar.

nitionē equicolā id ē equaliū mēbroꝝ in
qua ſunt tot vocabula ex parte diffiniti-
onis quot ex pte diffinitī: vtpote ſi qs dif
finiret tunicam nigram: diceret eam eſſe
collobiū atrum: cum dicit Boe. libe. ar.
eſt liberū de volūtate iudiciū. Hec notifi
catio habet aliquid in ſe qđ eſt rōnis ſcꝫ
iudicium: ⁊ aliquid quod eſt voluntatis
ſcꝫ liberū. Per hoc innuit ꝙ volūtas nō
mouetur niſi pambulo cogitatu ⁊ iudi-
dicio rōnis. Nequaꝗ̄ eñ poſſumꝰ ama-
re niſi cognoſcamꝰ: ⁊ hoc iudicium ratio
nis dicitur liberum a libertate ⁊ imperio
voluntatis. Quantūcunqꝫ eñ pcedit rō
nis iudicium nil ſequit niſi impet libere
voluntatis affectio: ⁊ ideo ſicut poſſibili
tas ⁊ facultas ſcribendi pncipalius dici-
tur eſſe in manu ꝗ̄ in oculo: licet ad eam
cōcurrit vis oculi ⁊ vis manus: ſic etiam
iudiciuꝫ rōnis diffinitiuū pcipue reſidet
circa liberū volūtatis imperiū: nā volun
tas actū elicitū a rōne trahit ad actū pro
priū. Iudiciū eñ rōnis duplex ē quod
dam eſt in ſolo dictamie: ⁊ hoc vel in ſo-
la cognitione veri ſimpliciter: vel in co-
gnitione veri ſub rōne boni faciēdi vel
non faciendi: ⁊ hoc nō ptinet ad libe. ar.
Aliud eſt iudiciū rōnis diffinitiuū: ſcꝫ co
gnitio boni faciendi non ſimpliciter: ſed
ad hoc vt fiat: ⁊ hoc eſt diſpoſitio ꝓxima
ad voluntatem: ⁊ illud nunꝗ̄ eſt ſine vo
luntate. Aliter tñ alij exponūt ſupradi
ctam liberi arbi. notificationem. Liberū
arbitriū eſt liberū de volūtate iudiciū: di
centes ꝙ ibi notificat libe. arbi. ex parte
cauſe ſcꝫ voluntatis. Hec enim ꝓpoſitio
de cauſam liberi arbitrij iudicat ſcꝫ volū
tatem: quia voluntas eſt totius liberi ar-
bitrij fons ⁊ origo. Liberum nō denotat
ibi cauſam materialē ſic ꝙ voluntas ſit
id de quo eſt iudicium: ſed denotat origi
nem libertatis: quia ꝙ iudiciuꝫ rationis
ſit liberum ⁊ electio ⁊ etiam alij actus vo
luntatis: hoc ꝓuenit ex natura et liber-
tate voluntatis. Contra phoꝝ libe. ar.
notificationem poſſet fieri inſtātia ſcꝫ ꝙ
ad philoſophos non pertinet diffinire li-
berum arbitrium. Cum enim anima ſit
imago dei ſm liberum arbi: vt dicit Ri-
chardus et mediante libero arbi. merea-
tur. Philoſophi autem non cognouerūt
animam eſſe dei imaginem nec meriti ori
ginem ergo ⁊c. Reſpondet San. Bona-
uentura ꝙ de libe. arbi. eſt loqui duplici-
ter. Aut ſm ꝙ eſt principium moralium
operum: ⁊ illo modo eſt de conſideratio-
ne phoꝝ: illorum maxime qui verſati ſūt
circa mores cōponendos: quoꝝ libe. ar.
eſt principium ſcđm regulam ⁊ dictamē
iuris naturalis qđ vnicuiqꝫ eſt impſſum.
Aut ſm qđ eſt principium operum gra-
tuitorum: ⁊ illo modo libe. arbi. eſt de cō
ſideratione theologoꝝ: quia ſic hꝫ aſpe-
ctum ad diuinam grām: cuius gratie co-
gnitio eſt per fidem catholicam ſine qua
omnia opera hominum vana ſunt: et ſi
etiam videantur laudabilia: ⁊ in hac con
ſideratione defecit phoꝝ pericia. E
¶ Ad ſcđm queſitum in principio huiꝰ
capituli quo querebat quid ſit liberū ar
bitrium ſm nomē. Pro iſtius queſtionis
euidentia: hic quatuor ſunt vidēda. Pri
mum quare liberū ar. duplici nomie no-
minatur. Scđm quare magis dicitur li-
berum arbitriū ꝗ̄ liberum iudiciū. Ter-
cium quare vocabulum ſpectans ad rati
onem dicitur ſubſtātiue ſcꝫ arbitriū: ⁊ vo
cabulum ſpectans ad voluntatem dici-
tur adiectiue ſcꝫ liberum: ⁊ non potiꝰ di-
citur libertas arbitraria. Quartuꝫ quot
modis dicitur libertas. Quintum an li-
berū arbi. ab aliquo agente poteſt cogi.
Ad primum reſpondet ꝙ cum libe. ar
bi. ſit facultiuꝰ voluntatis ⁊ rationis: cō
tinet aliquid in ſe quod eſt voluntatis: et
aliquid quod eſt rationis. Primum patꝫ
quia liberum ſiue libertas ex ex parte vo
luntatis. Nam liberum arbitrium eoipē
dicitur liberum quia immune eſt a coa-
ctione: ergo penes illud maxime eſt libe-
rum quod magis elongatur a coactione
⁊ talis potentia eſt volunta (vt infra pa-



tebit) et non ratio. In multis enim con-
tingit cogi rationem non ſic voluntatem
ergo ⁊c. Item quo ad voluntatē ſumus
domini noſtrorum actuum. Nam dicit
Auguſtinꝰ. Nihil eſt in poteſtate noſtra
ſicut voluntas ⁊ actus volendi: ſed illiꝰ
eſt libertas principaliter cuius eſt domi-
nium actuum noſtroꝝ: ergo cum volun
tas ſit huiuſmodi libertas: primo ⁊ prin-
cipaliter reſidet penes voluntatē. Se-
cundum patet ſcꝫ ꝙ arbitrium ſit ex par
te rationis. nam ſm Auguſtinū. Arbitri
um dicitur ab arbitrando. id eſt. iudican
do ſeu diſcernendo: ſed hoc pertinet ad
rationem. Rationis eñ eſt iudicare vel
diſcernere: quid liceat ⁊ quid non liceat.
Ad ſcđm dicitur ꝙ facultas illa cenſe
tur hoc nomine liberum arbitrium ma-
gis ꝙ liberū iudicium. Pro eo ꝙ iudiciū
imperat actum rationis regulatum ſm re
gulam veritatis ſiue ſuperne legis. Arbi
trium vero importat actum rationis re-
gulatum ſcđm imperium voluntatis: vn
de ille dicitur iudex cuius eſt ſcđm iura
cauſam terminare. Ille autem dicit ar-
biter qui ad proprium voluntatis nutuꝫ
cauſam terminare habet. Et quia liberū
arbitrium ꝗntum de ſe eſt diſcernere ha
bet de agendis iuxta voluntatis imperiū
⁊ nutum: magiſꝗ̄ iuris preceptum. Hinc
eſt ꝙ magis proprie nominat per nomē
arbitrij ꝗ̄ per nomen iudicij. Ad terti
um dicendum ꝙ cum arbitrij libertas re
ſideat penes rationem ⁊ voluntatem: ita
ꝙ in ratione inchoatur ⁊ in voluntate cō
ſūmat. Nam voluntas non habet moue
ri ad obiectuꝫ acceptando vel refugiēdo
illud niſi precedat rationis decretū: ſicut
nec habet approbare vel reſpuere: elige-
re vel refrenare actum proprium: niſi a-
ctus ratiōis precedat qui dictat ⁊ diffini
at actum voluntatis eſſe bonum vt fiat
vel malum vt non fiat: hoc eſt perficien-
dum vel refrenandum. Et quia illud in
quo res inchoatur habet ſe per modum
materialis: illud in quo conſūmat habꝫ
ſe per modum formalis: ⁊ adiectiuum re
ſpectu ſubſtantiui ſe habet per modū in-
formantis. Et ideo in nominatione illius
poteſtatis nomen reſpondens rationi: ſi
gnificatur ſubſtantiue. Nomen vero re-
ſpondens voluntati: ſignificatur adiecti
ue: et propter hoc magis vocatur iſta fa
cultas ſiue dominium ex qua reddit po-
tentia facilis liberum arbitrium: quā ar-
bitraria libertas. Ad quartum dicen- F
dum ſcđm magiſtrū in ſcđo diſtinctione
.xxv. Or libertas arbitrij eſt triplex. ſcili-
cet a neceſſitate: a peccato et a miſeria.
Prima libertas eſt nature: ⁊ hec ſemper
libera eſt a coactione ſine neceſſitate an-
te peccatum ⁊ poſt peccatum. Sicut eñ
tunc cogi non poterat liberum arbitriuꝫ
nec nunc: hec libertas in omnibus eſt tā
bonis ꝗ̄ malis: quia poteſtas ipſa ⁊ ha-
bilitas voluntatis ⁊ rationis que dicit li
berū arbitriū: libera eſt ad vtrūlibet ꝗtū
ad voluntatem: quia libere ⁊ ſpontaneo
appetitu ferri poteſt ad ea que bona et
mala ratio iudicat. Eſt tamen notan-
dum ꝙ ad rationem liberi arbi. non pti-
net ꝙ qs indeterminate ſe habeat ad vtrū
libet. ſcilicet ad malum ⁊ ad bonum. Cu
ius ratio eſt: quia liberum arbitrium per
ſe eſt ordinatum in bonum: cum bonum
ſit obiectum voluntatis per ſe: et malum
per accidens. Nec in malum tendit niſi
propter aliquem defectum qui apprehē-
ditur vt bonum apparens. Nam electio
que eſt actus proprius voluntatis non
niſi boni ſit vel apparentis boni: liberuꝫ
arbitrium ſm Bernardum eſt potentiſ-
ſimum ſub deo. Et ſcđm Anſhelmum
poteſtas peccandi: non ad potentiā per-
tinet: ſed potius ad impotentiam. Liber
tas ergo arbitrij eſt reſpectu boni ſimplr
reſpectu mali non niſi de per accidens.
Nam poſſe peccare plus dicit defectum
ꝗ̄ complementum. Secunda libertas

eſt gratie: ⁊ hec eſt libera a pctō de qua dicit apl's .ij. ad Corinth. iij. vbi ſpūs domini ibi libertas: hec libertas a ſeruitute pcti liberat ⁊ ſeruos iuſticie facit. Unde apl's ad Ro. vj. Liberati a pctō ſerui facti eſtis iuſticie: hanc iuſticiā hō peccando amiſit i. deo dicit Augu. in Enchiridion. Qr homo male vtens libero arbi. ⁊ ſe pdidit et ipm. ſcʒ liberū arbi. qa pdita eſt p pctm̄ libertas nō a neceſſitate ſed a pctō. Libertas illa a peccato eſt cōmunis qdruplici ſtatui hoīs. ſcʒ in ſtatu innocētie: in quo poterat homo peccare ⁊ nō peccare. Ante eñ pctm̄ ad bonuʒ nil impediebat: ad malū nil impellebat: tūc ſine errore ratio iudicare: ⁊ voluntas ſine difficultate bonū appetere potuit: in ſtatu nature deſtitute gra ⁊ ante repationē: premit hō a cōcupiſcētia ⁊ vincit ⁊ habet infirmitatē in malo: ſed nō habet graʒ in bono: ⁊ nō pōt nō peccare etiam dānabiliter. id eſt. mortaliter: hoc eſt non eſſe in mortali qđ cōmiſit: qa ex ſe nō pōt exire: vel non pōt difficulter nō incurrere alia mortalia: ſp tn̄ volūtas a coactiōe eſt libera. In ſtatu nature repate ⁊ añ cōfirmatōem: pmitur ꝯcupiſcētia ſed non vincit: et hʒ quidem infirmitatem in malo ſed gratiaʒ in bono vt poſſit peccare ſaltem venialiter ꝓpter libertatem: ⁊ poſſit nō peccare mortaliter ꝓpter libertatem ⁊ gratiam adiuuantem. Nō tamē habet poſſe omino nō peccare ꝓpter infirmitatē nōdum pfecte abſorptam: ⁊ ꝓpter grām nōdum pfecte cōſūmatā: in ſtatu glorie poſt cōfirmationem (infirmitate penit⁹ cōſumpta ⁊ gratia in gloria cōfirmata) nec vinci poterit nec premi: tunc habebit poſſe nō peccare ⁊ nō poſſe peccare: nec venialit nec mortaliter. Tertia libertas eſt a miſeria de qua ait apl's ad Rom. viij. Et ipſa creatura liberabit a ſeruitute corruptōnis in libertatem glorie filioꝝ dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatū: quia omni carebat miſeria: ⁊ nulla tangebat moleſtia: ⁊ plenius habebit in futura beatitudine: vbi miſer eſſe non poterit: ſed in hac vita que eſt inter pmū peccatū ⁊ vltimam cōfirmatiōem: nemo a miſeria liber eſt q: pena peccati nō caret. ¶ Miſeria vite preſentis. Et ſi querat qualis eſt miſeria liberi arbitrij quam homo incurrit ꝓ peccato. Reſpōdet ſm magrm in .ij. ſentē. Miſerie ſunt penalitates qs homo iuſto dei iudicio ꝓ peccato originali incurrit. Per peccatū eñ originale naturalia bona ſcʒ liberū arbitriū (ſub quo continent tres vires ſcʒ rōnalis: iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibil') vulnerata ⁊ debilitata ſunt: ⁊ gratuita vulnerata ⁊ detracta. Hic eſt eñ ille q a latronibus vulneratus eſt ⁊ ſpoliatus. Uulneratus qdem in naturalibus bonis: quibus non eſt priuatus: alioquin non poſſet fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis bonis: que per gratiam naturalibus addita fuerunt. Conſiderandum igit q liberū arbi. quod eſt facu[l]tas rōnis et voluntatis per miſeriam ⁊ penam peccati originalis vulneratum ⁊ debilitatū eſt. Nam rō ſiue vis rōnalis incurrit ignorātiam ⁊ errorem: voluntas cōtinens ſub ſe vim iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem: ex parte iraſcibilis incurrit infirmitatem (que eſt in potentia reſiſtendi malis ⁊ difficultas in agendis bonis) Ex parte cōcupiſcibilis incurrit maliciaʒ (que eſt ꝓnitas ⁊ inclinatio ad malum: vicʒ ire inuidie et accidie) Totus etiam homo fuit vulneratus per cōcupiſcentiā que eſt corruptio diuidens appetitus. ſcilicet appetitum ſenſualitatis ab appetitu rōnis ſcʒ voluntate. Et hec vulnerat totum hominē: nam per illam homo diuiditur in ſe ⁊ a ſe: intantū vt ſenſualitas non ſubiacet rōni ⁊ voluntati: caro ſpūi: ⁊ corpus anime. Et concupiſcētia eſt triplex. ſcʒ oculorū ſeu curioſitatis. ſcʒ ſcire occulta videre pulcra habere chara. Carnis ſeu voluptatis: ſcʒ appetere mollia carnalia dulcia: ⁊ ſuperbia vite ſeu vanitatis ſcʒ appetere honores laudes ⁊ fauores: ⁊ hoc ē qđ dicit Beda q quatuor no-

B Miſerie vite preſe[ntis]



bis inflicta ſunt in anima ꝓpter peccatū originale vicʒ infirmitas malicia ignorātia (que eſt hebetudo mentis ad cognoſcēdum ea que ſunt neceſſaria ad ſalutem) ⁊ concupiſcentia. Sunt etiam ſeptem miſerie inflicte corpori ꝓpter peccatum: primum ſm Gregorium ſcʒ frigus: calor: fames: ſitis: labor: morbus ⁊ mors: ⁊ plura alia. Gratuita etiam bona per peccatū ſunt ſpoliata ⁊ detracta. Ratio eñ ſiue vis rōnalis ante peccatum habuit gratiam gratiſdatam: ſcʒ ſciētiam illuminantem. Nam ratio ſine errore iudicare potuit: inter verum ⁊ falſum: bonum ⁊ malum. Uoluntas ante pctm̄ habuit gratiā gratum facientem ſcʒ charitatem abilitātem volūtatem ad diligendum deum ꝓpter ſe ⁊ ſupra omnia: ⁊ ꝓximum ꝓpter deum: ⁊ ſine difficultate ⁊ contradictione virium inferiorum: voluntas appetebat ⁊ diligebat bonum per vim concupiſcibilem: et ſpreuit malum per vim iraſcibilem. Ad quintum vtrum liberum arbitrium ab aliquo poteſt cogi. Reſpōdet San. Bonauentura in .ij. diſt. xxv. q eſt loqui de libero arbitrio qtum ad actum exteriorem ſiue alienum: ⁊ qtuʒ ad actū interiorem ſiue proprium. Si loquamur qtum ad actum exteriorem ſiue alienuʒ ſic reſpectu talium actuum poteſt interuenire coactio. Poteſt eñ quis compelli vt genua coram ydolo flectat: ⁊ vt manibus ꝓprijs thura altaribus ydolorum imponat vel incendat. Si aūt loquamur qtum ad actum interiorem ⁊ ꝓprium ſcʒ velle vel eligere aut conſentire: ſic nullo modo poteſt compelli ⁊ cogi: nec ab aliquo creato: nec a deo. Nam liberum arbitrium cogi ſalua ſue ꝓprietatis libertate et eius natura: implicat in ſe duo contradictoria: ex hoc eñ q liberum eſt: ſi aliquid vult libere vult. Ex hoc enim qđ voluntarium eſt: ſi aliquid vult voluntarie vult: et ſeipō mouente vult. Et ex hoc quod cogitur ſi aliquid vult ſeruilit vult et ſi vult inuite vult: et ſi aliquid vult ab alio vult. Quia violentum eſt cuius principium eſt extra: nihil conferēte vim paſſo: ergo liberum arbitrium cogi non eſt aliud q actum liberi arbi. ſimul et ſemel eſſe liberum ⁊ ſeruilem: voluntarium et non voluntarium: eſſe a ſe ⁊ nō eſſe a ſe. Si igitur impoſſibile eſt quod claudit intra ſe vtrāqʒ partem contradictionis: non tm̄ eſt impoſſibile creature. Uerum etiam creatrici eſſentie: quia illud poſſe non eſt poſſe: ſicut in primo libro ſenten. determinatur. Poteſt tamen liberum arbitrium mutari ab agente increato. Poteſt induci ab agente creato: poteſt impediri ab ineptitudine corporis. Primum patet: q: deus de immenſitate ſue potentie poteſt auferre libertateʒ: ⁊ auferendo libertatem poteſt inducere coactionem. Mutatur etiam voluntas quando ipſa volente vnum: potente virtute dei affectio immittitur ei ad contrarium: ⁊ de inuoluntario fit volens: ita q vna actio expellitur: ⁊ contraria inducitur. Sicut patet cum deus de amatore temporalium: facit temporalium cōtemptorē: ⁊ hoc dicitur eſſe quedam compulſio ⁊ tractio diuina: dum voluntas ab eo ſeparatur cui per amoris glutinū fortiter iungebatur.

h

Scdm̄ patet. Tunc enim inducitur quando aliqua perſuaſio fit ab homine: qua diſponitur vt ad aliquod appetibile inclinatur: ⁊ hoc fit quando amat aliud a ſe et infra ſe: vtpote vitam temporalem vel aliud cōſimile: quod poteſt agēs creatum conferre vel auferre: ⁊ ſic p ablationē vel collationem alicuius rei amate: poteſt induci ad conſentiēdum in aliquid efficaci perſuaſione. Per quem modum ydolatre tentabant ſanctos martyres conſentire in ydolatriam: modo promittendo delectabilia: modo infligendo triſtia. Iſta tamen inductio longe diſtat a coactione: ſicut probat ipē exitus: quia nec blandimentis allici: nec tormētis terreri potuerunt vt a veritate iuſticie imitarentur. Tercium patet. Nam actus

rationis qui eſt preambulus ad vſum li/
beri arbitrij impeditur ⁊ ligatur per ine/
ptitudinem factam in corporali organo:
patet hoc in dormientibus. Vir enim ca
ſtus ⁊ ſanctus cuius caſtitas eſt magna
frequenter in ſomnis conſentit operi: qđ
nullo modo faceret tempore vigilie. Pa
tet hoc etiam in infantibus et freneticis:
in quibus fumoſitates aſcendētes ad ce
rebrum: perturbant ſpiritus animales.
Quecunq; etiam alia leſio organoruȝ in
quibus reſident ſpiritus ſubtiliſſimi ani
males: facilius impedit vſum rationis et
liberi arbitrij. Eſt hic queſtio cum opera
tio liberi arbitrij vel etiam rationis nul/
lo modo pendeat a corpore: vnde ē hoc
ꝙ impeditur ꝓpter aliquā ineptitudineȝ
factam circa corporalem organum. Re/
ſpondet San. Bonauentu. ꝙ huius ra/
tio eſt vnio anime ⁊ corporis ad vni⁹ ter
cij conſtitutionem: ſcȝ hominis quod eſt
vnum per eſſentiam: ⁊ cui debet propria
operatio ſcđm qđ vnum eſt. Hec autem
operatio non eſt vnire tm̄: nec ſentire ſi/
ue mouere: ſed etiam rationari ⁊ intelli/
gere: et ꝓpter ipſam operationem non tā
tum pendet anima ex corpore q̄ntum ad
actum ſentiēdi: ſed etiam q̄ntum ad actū
intelligendi q̄diu eſt in corpore. Hāc q̄/
ſtionem San. Bonauentura (in. ij. diſt.
xxv. queſtio. vltima) ſatis diffuſe pertra
ctat videatur ibi.

I ¶ Ad terciū queſitum principale in prin/
Ad tercium cipio capituli. xxxix. ſcȝ de actibus liberi
queſitum arbitrij. Reſpondetur ꝙ liberum arbitri
principale um extendit ſe ad omnes actus huma/
nos: ſcȝ qui procedunt a voluntate deli/
berata ratione: ſiue ſint eliciti ſiue impe/
rati: de quibus actibus dictum eſt in prin/
cipio. xxxv. capli. Eſt tamē notandum ꝙ
liberum arbitrium principaliter eſt reſpe
ctu actuum interiorum: ſecundario autē
exteriorum prout ab actibus interiorib⁹
procedunt quia hoc modo impediri non
poſſunt: ſed inquātum actus exteriores
ſunt a virtute motiua corporali ſic poſſunt
⁊ hoc modo non eſt libertas reſpectu ho
rum actuum. Damaſcenus tamen plu/
res aſſignat actus liberi arbitrij dicēs ho
mo libero arbitrio: appetit: libero arbi.
vult. Libero arbitrio inquirit vel ſcrutatᷣ
libero arbi. iudicat: libero arbi. diſponit:
libero arbi. eligit: libero arbi. impetum fa
cit: libero arbi. agit vel operatᷣ in his que
ſm naturā ſunt: ⁊ nominanᷣ hi actus vo
luntas: conſilium: iudicium: ſentētia: ele/
ctio: operatio et vſus: vnde tamen dicit
Damaſcenus liberū arbitrium vult: ec/
ce voluntas. Dictum eſt em̄. c. xxxj. q vo
lūtas q̄nq; accipitᷣ pro actu volendi. Li/
berū arbitriū inquirit ⁊ ſcrutatᷣ: ecce con
ſilium: iudicat: ecce iudiciū: diſponit ecce
ſentētia: eligit ecce electio: q̄ eſt duobus
p̄iacentibus alterū p̄optare: impetum fa
cit: ecce operatio: agit ecce vſus. Ad ho
rum ampliorē euidentiā conſiderandū
ꝙ cum liberū arbitriū ſit facultas ratio/
nis ⁊ voluntatis. Aliq̄ actus attribuunᷣ
libe. arbi. ex parte rōnis: aliqui ex ꝑte vo/
luntatis: ⁊ ex parte rōnis attribuunᷣ li/
be. arbi: conſilium: iudicium: ⁊ ſententia.
Qui quidē actus rōnis ꝓcedunt ab im/
perfecto ad ꝑfectum. Nā p̄mo eſt mot⁹:
inquiſitionis de faciendo ⁊ non faciēdo
⁊ iſtud eſt conſiliū. Scđo eſt iudiciuȝ de
faciendo. Tercio eſt ꝓpoſitū faciendi: qđ
dicitᷣ ſententia. Diſpoſitio vel poteſt dici
arbitrium. Ex parte voluntatis ſunt alij
actus ſcȝ appetitus ſiue volūtas: electio
operatio ⁊ vſus. Ex parte volūtatis pri/
mo ſunt actus generales: ſcȝ appetere vł
velle: q2 illi ambiunt omnes alios actus:
poſſum em̄ libere appetere ⁊ velle iudi/
care ⁊ diſponere eligere et operari: et ſic
de alijs actibus. Differunt tamen appe/
tere ⁊ velle: nam appetere eſt alicui⁹ im/
perfecti qđ perfici appetit per aliqđ per/
fectum quod non habet: ſic materia pri/
ma appetit formam: ⁊ ſic appetere con/
uenit libero arbitrio creato: quod eſt ali/
quo modo materiale ⁊ deficiens: velle ve
ro eſt inclinatio liberi arbitrij vt exeat in



actus ſuos: ⁊ ſic etiam conuenit deo. In
deo nanq; eſt velle ſ3 non appetere: ſicut
dictum eſt. c. xxv. dubio. iij. Sunt etiā ex
ꝑte voluntatꝭ tres actus ſpāles. ſ. electio
oꝑatio ⁊ vſus. Primus eſt electio: ⁊ ille
eſt actus ſimpliciter interior et primus.
Et eſt duobus preiacentibus alterꝝ alte/
ri p̄optare. Et electio eſt actus liberi ar.
inq̄ntum eſt inter duo: ſed eſt actus vo/
luntatis inq̄ntum inclinatᷣ in vnum. Se
cundo eſt ꝓgreſſus ad motū exteriorem:
⁊ talis dicitᷣ oꝑatio ſeu impetus. Tertio
eſt motus exterior quē libe. arbi. agit vel
K oꝑatᷣ: ⁊ talis dicitᷣ vſus. Et ſi queratur
An libe. ar. ſit actuum cōtingentiū ⁊ ne/
ceſſariorꝝ: an cōtingentiū tm̄. Reſpōdet
ſctūs Bonauen̄. in. ij. diſtin. xxv. ꝙ li. ar.
dupliciter poteſt cōſiderari. Aut ſm qđ
liberꝝ: aut ſm qđ delibrans: ſi loquamur
ſm qđ liberum: ſic non ſolum poteſt eſſe
reſpectu cōtingentis: ſed etiam reſpectu
neceſſarij: ſic patet in deo ⁊ in xp̄o ⁊ in an
gelis ⁊ in om̄ibus beatis. Deus em̄ q̄ eſt
immutabilis ꝑ naturā: immutabilitᷣ ⁊ ne
ceſſario exit in actus ſuos. Angeli vero ⁊
homines beati ꝑ gloriā ſunt immutabi/
les. dicit em̄ Ambro. ꝙ in gloria fidei ſuc
cedit viſio veritatis: ſpei ſimiliter tentio
ardui. Charitatis aūt actus erit dilectio
ſummi boni: ⁊ hi actus exibunt de lib. ar.
indeſinenter ⁊ neceſſario erunt. Cum. n.
ſit duplex neceſſitas: videlicet coactiōis
⁊ immutabilitatis. Neceſſitas coactiōis
vt dictum eſt repugnat li. ar. Neceſſitas
vero immutabilitatis nō: ꝓ eo ꝙ arbitri
um dicitᷣ liberꝝ: non quia ſic velit hoc vt
poſſit velle eius oppoſitum: ſed q2 omne
quod vult appetit ad ſui ipſius imperiū:
quia ſic vult aliquid vt velit ſe velle. Et
ideo in actu volendi ſeipſum mouet ⁊ ſi/
bipſi dominatᷣ: ⁊ ꝓ tanto dicitᷣ liberum:
q̄uis immutabiliter ordinetᷣ ad illud. Si
aūt loq̄mur de libero arbi. ſm ꝙ delibrās
vtrū hoc fiat vel nō fiat: ſic actus eius de
quo delibrat eſt cōtingens. Liberum em̄
arbitrium eſt reſpectu eorū actuū de qui
bus cōſiliamur que ſunt a nobis: ſed nō
cōſiliamur de neceſſarijs ⁊ impoſſibilib⁹
ſed de cōtingentibus: ⁊ ea que ſunt in no
bis poſſumus facere vel non facere. Et h̄
eſt qđ dicit magr̄ in. ij. diſtin. xxv. c. ij. vbi
ſic ait. Hoc aūt ſciēdum ꝙ li. ar. nō refer
tur ad p̄ſens vel ad p̄teritū ſed ad futu/
ra cōtingentia. ¶ Ad quartū queſitū prin L
cipale Quo querebatᷣ in q̄bus ſit lib. ar. Ad q̄rtuȝ q̄
Reſpōdetᷣ ꝙ liberum arbitriū eſt in deo ſitū ꝑncipa/
in angelis ⁊ in hoibus: ſed nō in irratio/ le.
nabilibus. Primū ptȝ ꝙ ſit in deo autori
tate ⁊ ratione. autoritate Ambroſij in li.
de trinitate. Spūſſctūs diuidit ſingulis
ꝓut vult. id eſt. ꝓ libere voluntatis arbi
trio non neceſſitatis obſequio: ſpūſſctūs
deus eſt: ergo ⁊c̄. Rōne ſic liberū arbitri/
um eſt eorꝝ que non ex neceſſitate vel ex
naturali inſtinctu volun⁹ ſed libere. ſed
deus neceſſario vult ſuam bonitateȝ ve/
lut finem vltimū voluntatis diuine. Alia
vero om̄ia vult quaſi ordinata ad iſtum
finem: ſcȝ ad bonitatē ſuam. Que q̄dem
non neceſſario vult ſed libere: eo ꝙ ſua
bonitas his que ad ipſum ordinanᷣ non
indiget: vnde remanet in eo iudiciū libe/
rum ad volendū hoc vel illud: ſicut etiaȝ
in nobis eſt in his que ad finē nō ſunt ne
ceſſaria. Sed contra poteſtas rōnalis
ſm phm eſt oppoſita: ſed liberū ar. ē po/
teſtas rōnalis: ergo hȝ viam ad oppoſi/
ta inq̄ntum ad vtranq; partem flecti po
teſt. ſcȝ in bonum ⁊ malū: ſ3 deus in ma/
lū flecti nō pōt: ḡ nō hȝ li. ar. Rn̄det ſan/
ctus Bona. ꝙ ſi verū ſit in rōnalib⁹ ptā/
tibus defectibilib⁹ ⁊ creatᷣ. Nō tn̄ verū ē
in rōnali ptāte in q̄ nō pōt eē defect⁹. Ab
ſit em̄ ꝙ illđ vbū phiſicū ſit verꝝ: ptās rō/
nalis p̄t ad oppoſita de deo. q2 vt ſic deus
poſſit praua agē: h̄ eſt ꝯ vitatē ⁊ ꝯ Aug.
Q2 em̄ dicunᷣ rōnales ptātes ad oppo/
ſita: h̄ nō ē q2 ſūt rōnales: ſ3 q2 ſunt defici
entes mutabiles ⁊ vtibiles: maīe ſi in ei⁹
oppoſitis intelligatᷣ quorꝝ vnū ē p̄uatio
alterius: ſicut ſe habet bonū ⁊ maluȝ: ita
ex hoc nō ſequitᷣ ꝙ liberꝝ arbitriū. ſm ꝙ

liberum poſſit in malum . dicit enī Anſ-
helmus . Poſſe peccare non eſt libertas
nec pars libertatis. Scḋm patet ꝙ li-
berum arbitriū eſt in angelis bonis ⁊ ma
lis Auctoritate ⁊ rōne. Auctoritate Da-
maſce: qui deſcribit angelum dicens. Eſt
natura intellectualis: arbitrio libera: ver
tibilis ſm voluntatem . Omne enī creatū
eſt vertibile: ⁊ omne rationale eſt arbitrio
liberū. Unde angelus dicit̄ natura arbi-
trio libera: non ꝓpter deflectionem ad bo
num ⁊ ad malum indifferenter: ſed ꝓpter
liberam electionem eorum que voluerit.
vnde dicit Auguſti. Angelus bonꝰ ſem-
per elegit libere bonū : ⁊ angelus malus
ſemꝑ libere ⁊ ſine coactione : eligit malū
Patet etiam rōne. nam ſm Damaſcenū
Omne creatum eſt vertile: vel ſm eſſe vel
ſm electiōem: ſed angelus nō eſt vertibi-
lis ſm eſſe cum ſit immortalis : ergo eſt
vertibilis ſm electōem. Uertibilitas aūt
ſm electōem pertinet ad liberū arbitriū:
ergo liberū arbitriū ē in angelis. Sed
cōtra dicit Auguſti. ꝙ liberū arbitriū eſt
facultas volūtatꝭ ⁊ ratiōis : qua bonū eli
gitur gratia aſſiſtente: ⁊ malū gratia de-
ſiſtēte. id eſt. deſerēte: ſed nec in bonis an
gelis nec in malis eſt liberū arbi. ſm hāc
diffinitiōem: in bonis nō eſt q̄tum ad il-
lam partem qua malum eligit̄ gratia de
ſiſtente: in malis non eſt q̄tum ad illam
partem: qua bonum eligit̄ gratia aſſiſtē-
te. Ad hoc reſpōdet Alexā. ꝙ illa diffini-
tio liberi arbitrij ſupra dicta: ꝓprie eſt li-
beri arbitrij ꝓut eſt in homine in quo re
manet electio boni ꝑ gratiā : ⁊ mali ꝑ ſe
Dicit̄ etiam ibidē ꝙ libe. arbi. eſt facul-
tas rōnis: ſed ratio vt eſt ꝓus dictum nō
conuenit angelo. Eſt enī angelus intelle-
ctualis: ſed homo rōnalis. Si vero dicta
diffinitio ſumat̄ cōiter: ſm hoc cōueniet
in ſe hꝫ cōſciētia eſt inferius: ⁊ ſic cōiūgiẗ magis rōni: ꝙ ꝯſcia mediāte legē nāli illumināt: q̄ ad cognitionē boni ⁊ mali: vt infra dicet. Hoc p̄ſuppoſito aduertēduꝫ ꝙ actus cōſcie ſunt duplices. Nā q̄dam attribuunẗ ei ſm ſuū ſup̄mū ꝓut cōiūgitur ſindereſi. Alij actus attribuūẗ ei ſm ſuū inferi⁹ ꝓut cōiungiẗ rōni. Actus attributi cōſcie ꝓut cōiungiẗ ſindereſi ſūt duplices. Quidā ſunt cōes ipi ſindereſi et cōſcie: quidā appropriati ſoli conſcie. Actus cōes conſcie ⁊ ſindereſi ſūt cōes ſolo noīe ⁊ nō re ⁊ rōne. Nā ſicut ꝯſciētia ⁊ ſindereſis ſunt potentie realiter diſtincte ita ⁊ eoꝝ actus: diſtincte nāq; potētie diſtinctos habēt actus. Actus igiẗ cōes cōſciētie ⁊ ſindereſis ſunt: remordere: ſtimulare: gaudere ⁊ dolere et plures alij. Sindereſis nanq; remordet ⁊ recalcitrat: ⁊ murmurat ꝯ malū: ⁊ ſtimulat et inſtigat ad bonū in nobis etiā eſt: gaudiū ⁊ doloꝛ ex parte ſindereſis. Nam doloꝛ ſindereſis intenſus erit in dānatie. Et gaudiū intēſiſſimū ſindereſis eſt i beatis ⁊ bonis viatorib⁹. Hi actus etiā attribuunẗ conſcie ſicut patet in diuerſis ſcripture locis. Sed iſti act⁹ (vt dicit .S. Bonauē.) alia ⁊ alia rōne ſūt ab vtriſq; potētijs. Sunt eīm p̄ncipaliter a ſindereſi ſicut a mouēte: inclināte: inſtigāte murmurante ⁊ eliciente. Nō tn̄ ſunt a cōſcia p̄ncipaliter eliciēte ⁊ mouēte: ſed ſolū ſicut a cognoſcēte iudicāte mōſtrāte ⁊ dictāte ꝓut declaratū eſt ca.xlj. Act⁹ appriati ſm ſuū ſuperi⁹ ꝓut cōiungiẗ ſindereſi attribuunẗ ei ſm multiplices eius acceptiones ⁊ deſcriptiones de quib⁹ habitū eſt .xlij. et .xliij. caplis. Pro q̄ cōſide accipiẗ ꝓ potētia habituali. Hui⁹ rō eſt qꝛ ꝯſciētia cum ſit potētia intellectiua cōrādū ꝙ conſcia accepta ꝓ potētia vel ꝓ habitu ſolū non elicit a ſe actus: ſed ꝓut tēta ſub intellectu practico indeterminata eſt ex ſe ad actus: ſed mediāte habitu (vt dictū eſt ca. p̄cedēti) erit in actus ſuos. Conſcia igiẗ cū ſit potētia cognitiua habitualis ꝑficiens intellectū inquātum eſt practicus: mediante ſuo habitu elicit p̄mo actū: q̄ eſt cognoſcere iudicare ſiue diſcernere de primis p̄ncipijs moralibus: qꝛ vera ⁊ bona ⁊ imitatiōe digna. Scd̄o oſ̄dit bonū ⁊ malū ſindereſi. Tercio dictat ad motū: vt bonū fiat ⁊ malū euiteẗ Et per hoc ſindereſis inclinat aīam ad ꝓſecutionē boni ⁊ fugā mali. Quarto dirigit ⁊ regulat operatiuā i executiōe operis: vn̄ dictū eſt ſ. c. xxx. Intellectus ſpeculatiuus fit practicus dū vicꝫ eadē potētia intellectiua q̄ iudicat in cōſiderādo ⁊ diſcernēdo: poſtmodū dirigit ⁊ regulat in operādo. Ex hoc pꝫ ꝙ conſcia hꝫ q̄dā modo rōnē motiui: nō qꝛ efficiat motū ſ; qꝛ dictat ad motū. Idcirco h̄ nomē conſciētia cōponiẗ ex hac ꝑpoſitione con. et h̄ noīe ſciētia. Et nō nominaẗ ſimpliciter ſcia ſ; cōſcia: vt in h̄ ſignificeẗ ꝙ ꝯſcia nō eſt pure cognitiua ⁊ ſpeculatiua: ſ; q̄dam mō cognitiua ⁊ q̄dāmō motiua: iūcta affectioni ⁊ opationi: ꝓpter qḋ nō dicimus ꝙ dictamē cōſciētie ſit ad h̄ p̄ncipiū. Oē totū eſt maius ſua pte ⁊ ad ſilia: ſ; bn̄ dicimus ꝙ conſcia dictat deū eſſe honorandū ⁊ cōſilia p̄ncipia: q̄ ſunt regule agēdorū. Ex dictis pꝫ ꝙ conſcia ſm ei⁹ primā ſcd̄am ⁊ quartā acceptiones triplices hꝫ actus inquantum coniungiẗ ſindereſi.

B

Quartū vero actū q̄ eſt dirigere i operis executione q̄ reſpicit particularia: hꝫ ſm ſuū inferius ꝓut cōiungiẗ rōni. Naꝫ ſicut ſindereſis eſt inclinatio ad bonum vniuerſale: ſic ꝯſcia cui⁹ nāle iudicatoriū cōiuncta ſindereſi dictat ad bonū in vniuerſali: vn̄ tres p̄mi actus attenduntur.

C

Accipiendo conſciam tercio mō nāliter ꝓ obiecto ꝯſcito: ꝑ lege vicꝫ nāli tres hꝫ actus. Cōſiderādū eſt ꝙ lex nālis (vt diceẗ ca. ſequēti) noiat obiectum ꝯſcie ⁊ ſindereſis: ꝯſcie vt dictantis ad bonum. Sindereſis vt appetentis ⁊ inclinantis. Sicq; lex nālis ſe hꝫ cōiter nō ſolū ad cōſcientiā ⁊ ſindereſim: verūetiam ad rōnē ⁊ voluntatē: qꝛ ꝯſcia eadē eſt cuꝫ rōne et

intellectu: ⁊ ſindereſis cū volūtate ⁊ affe-
ctu. Nam eadem eſt potētia cognitiua q̄
cognoſcim⁹ aliq̄d nāliter ſcꝫ conſcia: ⁊ ꝑ
acquiſitionē ⁊ talis eſt rō: ergo pari rati-
one eadē eſt volūtas q̄ aliq̄d appetimus
per nālem inſtinctū q̄lis eſt ſindereſis: et
ꝑ delibrationis arbitriū: vt ſ. ꝓbatum
eſt ca. xl. Cū igit̄ lex nālis cōprehēdat ra-
tionē ⁊ voluntatē: ergo cōprehēdat et li-
berū arbitriū: qḋ eſt facultas rōnis ⁊ vo-
lūtatis. Et qr in libero arbitrio tria con-
currunt ad q̄ lex nālis compat̄: ſcꝫ facul
tas ratio ⁊ volūtas. Juxta ergo illas tres
cōparationes. Lex naturalis tres hꝫ actus
vt dicit Alexā. pte. iij. q. xxvij. membro. ij.
Hoc tñ ꝑmittendū ſm Iſidoꝝ. ij. ethim.
Lex vno mō dī a ligando. Alio mō a le-
gēdo: extenſo noīe lectionis nō ſoluꝫ ad
lectionem ꝑpalem ſ3 ad lectionē ſm q̄ le-
git̄ in mēte. Primus ergo actus legis eſt
ligare: hunc actum hꝫ in cōparatione ad fa
cultatē in libero arbitrio. Facultas enim
de ſe habꝫ liberā facultatē ⁊ inflexionem
ad bonū et ad malū. Lex naturalis ligat
⁊ artat facultatē ad bonū faciendū et ad
malū vitandū. Scḋs actus legis natura
lis eſt oñdere: quē hꝫ in cōparatione ad ra-
tionē quā illuminat: ⁊ ſic lex dī a legēdo:
qr in ea legit̄ q̄d bonum quid malū. Ter
cius legis actus eſt inſtigare ſeu mouere
voluntatē ad bonū faciendū ⁊ malū vitā
dum. Correlariū ꝑncipalis actus legis ē
ligare ⁊ artare facultatem. Alij vero duo
actus ſunt min⁹ ꝑncipales. Libertas nā
q̄ ꝑmo ⁊ ꝑſe nō dī eſſe in voluntate nec
in rōne: ſed in facultate cui debet̄ aucto-
ritas ptās ⁊ imperiū: ⁊ a parte ei⁹ eſt fle-
xibilitas ad opus bonum ⁊ malū. Lex er
go ligat ⁊ artat facultatē ad bonū facien-
dū ⁊ ad malū vitandū. Poſt hoc ſequit̄
iudiciū in rōne: ⁊ ſic format̄ ꝯſcia: vlteri-
us facto iudicio q̄ ſic dꝫ eſſe: deinde ſeq̄-
tur ſindereſis q̄ eſt ſcintilla ꝯſcie: q̄ ſtimu
lat ⁊ inſtigat volūtatē ad bonū faciēdū ⁊
iō lex ꝑ ſe regulat facultatē: mediāte aūt
ꝯſcia hoc eſt ſm q̄ rō accipit iudicium le-
gis regulat rationē: mediāte aūt ſindere-
ſi regulat volūtatē in bono. Actus cō
ſciētie attributi ſcḋm ſuū inferius ꝓut cō
iungit̄ rōni ſcḋm ei⁹ quintā acceptionē ⁊
deſcriptionē ſunt multiplices: vñ ꝓ dicē
doꝝ clariore noticia. Cōſiderandū q̄ cō
ſciētia dupl'r accipit̄. Uno mō eſt natura
le iudicatoriū ſemꝑ bonū dictans ipī ſin
dereſi: q̄ eſt ſcintilla rōnis vel conſcie: ſꝑ
mouēs ⁊ inclinās ad bonū ⁊ murmurās
cōtra malū. Et tūc ſemꝑ ꝯſcia de ſe recta
eſt: qr tūc circa agibilia vniuerſalia (ſicut
ipſa ſindereſis cui aſſociat̄) verſat̄: de ea
ſic accepta ⁊ eius actibus iā dictum eſt.
Alio mō conſcīa dicit quandā acceptio-
ex parte rōnis deliberatiue cui aſſociatur:
cuius eſt vnū ab altero diſcernere: ⁊ vnū
alteri cōferre: qḋ notat̄ in hac ꝑpoſitio-
ne con. Et ſic ꝯſcia pōt accipere errorem
⁊ eſt erronea ⁊ recta. Et ſic ꝯſcia ſm ale-
xan. dicit habitū: acquiſitū: q̄ reliquit̄ in
aīa vel intellectu practico ex eo qḋ ꝯſcit̄
Et ſic conſcientia cōiungit̄ rōni q̄ circa ꝑ
ticularia ratiocinādo ꝑ modū cuiuſdam
inquiſitionis verſat̄: in q̄bus error freq̄n
ter cōtingit. Que vt apertius cognoſcan
tur fiat. Silogiſmus ꝯſcie: nā dicit phs
in. vij. Ethi. Ratio in eligēdis ⁊ fugiēdis
vtit̄ q̄buſdā ſilogiſmis. In ſilogiſmo fit
triplex ꝯſideratio ſm tres ꝓpoſitiōes: ex
quarū duab⁹ tercia cōcludit̄: Ita etiā cō
tingit in propoſito: dum ratio in operan-
dis ex vniuerſalibus principijs circa par
ticularia iudicium aſſumit. Et quia vni-
uerſalia principia legis ⁊ iuris ad ſinde-
reſim pertinent. Rationes autem magis
appropriate pertinent ad habitus: qui-
bus ratio ſuperior ⁊ inferior illuminatur
Uerbigratia. Sindereſis proponit ex le-
ge naturali formatam maiorem ꝓpoſitio
nem. Omne malum eſt vitandum. Cui
conſcientia (iuxta primam eius accepti-
onem inquantum eſt naturale iudicato-
rium ſemper dictās ad bonum) ſe cōiun-
gens non errat: quia circa iſtam maiorē
non error. Ratio deinde ſm eius duplicē



portionem ſub iſta vniuerſali maiori: for
mat vnam minorem ꝓpoſitionem ad ali-
quem actum particularē deſcendendo:
adulterium eſt malum. Ratio ſuperior
aſſumit quia lege diuina ꝓhibitum: que
dicit Non mechaberis. Ratio inferior aſ
ſumit: quia adulteriū ē iniuſtum ⁊ inho-
neſtum: ꝓpter actus turpitudinē: ꝓpter
ratiōis humane dignitatem: ꝓpter offen-
ſam hominum ⁊ reipublice: cui minori ſi
conſcientia (iuxta ſcḋam ſui iam dictam
acceptionem rationi aſſociata) aſſentiat
non errat. Infert poſtremo conſcientia
ex iſtis duabus ꝑmiſſis concluſionē (di-
cit̄ enī conſcientia quaſi concludens ſciē
tia) igitur adulteriū eſt vitandum: hec cō
cluſio ſimiliter erit vera: quia ratio ⁊ con
ſcientia in minori coniuncte non errant.
Conſcietia ſimiliter errare poteſt in alio:
non ſilogiſmo ſed paralogiſmo ſophiſtico
ſic formato. Omē bonum eſt faciendum
Adulteriū eſt bonū: in hac minori ratio
ſuperior heretici nicolaite: falſe aſſumit.
adulterium eſt bonū: ex precepto diuino
peſſime intellecto Gen̄. j. Creſcite ⁊ mul-
tiplicamini. Item ex actibus aploꝝ. c. ij.
Habebant oīa cōia Nicolaite heretici
dicti ſunt a nicolao aduena. Nicola⁹ enī
(vt dicit̄. ij. q. ij. Nō omēs: in gloſa) fuit
vnus de ſeptē dyaconibus quos apli in-
ſtituerunt: qui fuit reprobus: nam ille he
reſiarcha vt dicit Lyra: dixit vxores omi
bus eſſe cōes in cognoſcēdo eas. Ratio
etiam inferior cōuerſa ad ſenſualitatē ⁊
carnē errat in dicta minore: vicꝫ adulte-
rium eſt bonū: quia delectabile ſenſuali-
tati: ſil'r ꝯſciētia rōni ꝯiuncta errat. infert
poſtremo ꝯſcia hētici ꝯcluſionē: ſ3 adul-
teriū eſt faciendū: q̄ ꝯcluſio etiaꝫ eſt falſa
ꝓpter falſitatē minoris ꝓpoſitiōis: in qua
ratio ⁊ ꝯſciētia ſe aſſociauerūt. Et cōmit
tit̄ in dicta argumētatione ſophiſma ſm
quid ad ſimpl'r: ſicut a ſili nō ſequit̄: ethi-
ops eſt albus ſm dētes: ergo eſt ſimplici
ter albus ſm corp⁹ totū. nec ſequit̄ adul-
terium eſt bonū delectibile ſm ſenſum:
ergo eſt bonū ſimpl'r honeſtū ſm rōnem.
Conſiderādū etiā q̄ in dicto ſilogiſmo
ꝯſcie: nō ſolum ꝯcurrūt actus ſindereſis
ꝯſcientie: rōnis ſuꝑioris ⁊ inferioris: ſed
etiam volūtatis: quia dicti actus ſunt cō
ſciētie ⁊ rōnis vt dictantis ⁊ cognoſcētis
Uolūtatis aūt vt approbātis ꝯſentiētis
⁊ inclinātis: ⁊ queadmoduꝫ in dicto ſilo-
giſmo ꝯcurrunt actus rōnis ſuꝑioris et
inferioris: ſic etiam voluntatis ſuꝑioris ⁊
inferioris: de qua dictum eſt ſupra. c. xxxj.
Cōcurrūt etiaꝫ in ſilogiſmo ꝯſciētia act⁹
legis nālis: nam vt dictū eſt. Lex natura
lis ligat in libero arbitrio facultatē. Lex
naturalis: mediāte ꝯſciētia: illuminat rō
nem Sindereſi mediante: inſtigat volun
tatem. Eſt ⁊ alia argumentatio nō tamē
per figuram ⁊ modū: ſilogiſtice formata:
quā ſctūs Bonauē. ponit in opuſculo in
titulato incēdiū amoris. In hac ſiquidē
argumentatiōe actus potentiarū anime
ꝯcurrunt. Meditando ſcilicet de via pur
gatiua: in qua tota anima debet eſſe intē-
ta ſm omēs vires ſuas: ſcꝫ ſm rōnem ſin
dereſim conſcientiam ⁊ voluntatem. nā
in huiuſmodi meditatione: ratio percun
ctando affert ꝓpoſitionē (rōnis enī actus
eſt ratiocinando ꝑcunctari ⁊ inquirere)
ſindereſis ſentētiādo ꝓpter diſtinctionē
(Sindereſ. n. ad modū iudicis ſentētiat
cauſas diffiniēdo) ꝯſciētia teſtificādo in
fert ꝯcluſionē: ꝯſciētia vt. j. patebit teſtifi
cat̄ de bono omiſſo vel malo cōmiſſo: vo
lūtas ꝑeligēdo differt ſolutōnē (volūtas
deliberatiua pluribꝰ ꝑconſiliatis: alterꝫ al
teri ꝑoptat) Uerbigra. Si q̄s velit medi
tari circa viaꝫ purgatiuā: debet rō q̄rere
quid debeat fieri de hoīe qui templuꝫ dei
violauerit. Anima eſt templū ſpūſſancti:
fundatū ꝑ fidē: eleuatū ꝑ ſpem: ꝯſumma
tum ꝑ charitatē: q̄ diffundit̄ in cordibus
noſtris per ſpiritūſanctuꝫ. Fides huius
templi violatur per infidelitatem: ſpes ꝑ
deſperationem ⁊ preſumptionē: charitas

que eſt finis precepti violať ꝑ traſgreſſio
nē pceptoꝝ decalogi. nā pcepta prime ta
bule ordinant ad dilectionē dei: ſʒ pcepta
ſcđe tabule ad dilectionē ꝓximi. Sinde
reſis rādet ꝙ debet diſperdi: aut lamētis
pnie purgari: ꝯſcia aſſumit: tu es ergo il
le: ergo vel oportet te dānari vel pnie ſti
mulis affligi: deinde volūtas ꝑeligit (ſcʒ
quia recuſat dānationē eternā) volūta
rie lamentū.
[E] Actus ꝯſcie attributi ſm
ſuū inferius ꝓut ꝯiungiť rōni: ſunt du
plices: quidā ſunt cōes ꝯſcie ⁊ voluntati
deliberatiue: quidā appropriati ſoli ꝯſciē
tie: actus cōes ꝯſcie ⁊ voluntati ſolo noīe
ſunt eſſe mundū adueniēte grā: immūdū
eſſe adueniente culpa: eſſe tranquillū ſcʒ
ſine remorſu vermis: eſſe turbatū verme
remordente: eſſe malū ⁊ hoc tripľr. Pri
mo qꝛ eſt inqnata ad ꝯbitū pmo: coinq
nate ſunt eoꝝ mens ⁊ ꝯſcia: mens qntuʒ
ad intellectū: ꝯſciētia quo ad affectū: co
inqnata qntum ad pctm̄. Scđo qꝛ caute
riata: de q.j. ad Thimoth.iiij. Cauteria
tā habētes ꝯſciam. i. corruptā praua intē
tione: ⁊ aduſtam igne male ꝯcupiſcētie:
nā cauteriū ē corruptio carnis ꝑ ignē fa
cta (Eſt aūt cauteriū ferrū quo vrunť dā
nati: inde cauterio as ꝟbuʒ. i. cauterio in
urere) Tertio ꝯſcia ē mala qꝛ ꝑturbata:
de qua Sap.xvij. Semp ꝓſumit ſeua ꝑ
turbata ꝯſcia. Ex remorſu eñi vermis eſt
ꝑturbata ⁊ inqeta: ⁊ ꝓſumit ſeua: ſup ſe
ventura anteq̄ veniant: ſicut fecit Caym
Gene.iiij. qui dixit anteq̄ puniret a deo
ero vagus ⁊ ꝓfugus: omēs predicti act⁹
ſunt in voluntate deliberatiua vt in ſubie
cto: ſed in rōne ſupiori ⁊ inferiori ſicut in
apprehēdente ⁊ cognoſcēte: ſed in ꝯſcia
(que applicat ⁊ ordinat ſciam ⁊ cognitio
nem rōnis ad aliquē actum) ſicut in di
ctante ⁊ monſtrante volūtati: quid appe
tendum eſt vel quid refutandū: tandē vo
luntas deliberatiua: cognita per rōnem et
dictata ꝑ cōſcientiā: eligit vel refutat: cō
ſentit vel diſſentit: que oīa clarent ex ſu
perioribus de ſilogiſmo ꝯſcientie: in cui⁹
minore ꝓpoſitione. Ratio cognoſcit adul
terium fore immundū ꝑturbans ⁊ inqui
nans totum microcoſmū. Conſcientia ſi
militer in cōcluſione: dictat immūditiā ʒ
ꝑturbationem ⁊ inquinatiōem adulterij
fugiendas ⁊ vitandas. Voluntas vero
mota ⁊ inclinata per rōnis notitiam ⁊ cō
ſcientie dictamē: horret refugit īmmun
diciam ⁊ inquinationē: diſſentitq; adulte
rio. Tandē voluntas velut rex in micro
coſmo īperat potentijs apprehēſiuis mo
tiuis ⁊ executiuis: vt fugiant adulterium
immūdās ⁊ inquinās ⁊ maculans totuʒ
exteriorem interiorēq; hoīeʒ. Poſtremo
volūtas (excluſo a regno aīe ⁊ minorē
mūdo adulterio) preoptat ⁊ ꝑeligit: caſti
tatis puritatem: immūdicie pariterq; de
corem.
[F] Actus attributi ꝯſciētie ſm ſu
um inferius ſoli ꝯſciētie appropriati plu
res ſunt ſanct⁹ Bonauē. in centiloqo: ⁊
in.ij. ſentē. dicit ꝙ actus pmus elicitus a
ꝯſcientia ꝓut eſt habitus acquiſitus eſt
dictare. Poteſt aūt cōſciētia aliqd di
ctare tripliciter: vicʒ ſm legeʒ dei: preter
legem dei: ꝯtra legem dei (⁊ eſt hic ſermo
de dictamine cōſcie ꝑ modum precepti ſi
ue ꝓhibitionis: non per modū cōſilij vel
perſuaſionis) Primo ꝯſcientia ligat ſim
pliciter ⁊ vniuerſaliter: quia legi dei con
cordat mediante qua cōſcientia oſtendit
eſſe ligatum. Scđo cōſcientia ligat qdiu
manet: vnde teneť homo illaʒ deponere
vel qđ dictat opere adimplere: vtpote ſi
dictat cōſcientia ꝙ leuare feſtucā de ter
ra eſt neceſſariū ad ſalutem: vel ſi dictat
conſcientia: intranti eccleſiam deponere
caputium. Tertio modo conſcientia nō
ligat ad faciendum vel non faciendū ſed
potius ad ſe deponendum: quia cum ta
lis conſcientia ſit erronea: error ille repu
gnat legi diuie neceſſario: qdiu durat po
nit hominē extra ſtatum ſalutis: vtpote
ſi dicat leccatrix alicui moriar ſi non co
gnoſcas me: ⁊ ille incipiat habere cōſciē
tiam de mortali ſi non cognouerit lecca
tricem: non eſt in ſtatu ſalutis ipſa con
ſcientia perdurāte: quia ſi nō cognoſcat
eam peccat mortaliter ꝯtemnēdo deum
dum dictat ꝯſcientia hoc domino nō diſ
plicere: ſi cognoſcat eam facit cōtra pre
ceptum domini Non mechaberis. Cō
ſiderandum hic primo ꝙ conſcientia er
rat duob⁹ modis. Primo ex falſa aſſum
ptione: puta quādo aliquis aſſumit ali
quod malum vel falſum tanq̄ bonū vel
tanq̄ verum. Exempligratia: quādo ſin
dereſis dicit. Omne prohibitum a deo vi
tandum eſt. Conſcientia autem fundať
in hoc ꝙ iuramētum ſit a deo prohibituʒ
et ideo falſo credit illud eſſe vitandum:
cum ante permitteret ſe mori q̄ iuret: ſi
cut facit hereticus. Secūdo errat cōſciē
tia falſa applicatione: ſicut cum ex aliqui
bus veris aliqua conſciētia erronea for
mať. Exemplum de eo qui facit id quod
habet ſpeciem mali: licet non ſit malum:
exiſtimans ſibi ſufficere intentionem bo
nā quā habet: non curans de ſcandalo ꝓ
ximi: ſicut faciebant qdam in eccleſia pri
mitiua fideles comedentes ydolotica: li
cet nō in venerationem ydoli: tamen co
[G] ram ſimplicibus qui inde ſcandaliſaban
tur illos imitātes: quos reprehendit apo
ſtolus Roma.xiiij.
Secūdus actus cō
ſcientie eſt teſtificari: vnde pro cognitio
ne iſtius actus ⁊ ſequentium conſideran
dum: ꝙ conſciētia ſm ꝓprietatem voca
buli ſignificat applicatiōem ſiue ordina
tionem noticie ſeu cognitionis rationis
ad aliquem actum particularē: quod de
notat prepoſitio cum. Diciť enim cōſciē
tia quaſi cum alio ſcientia. vnde Hugo
Conſcientia eſt cordis ſcientia. Cor enim
ſua ſcientia ſe nouit et multa alia. Cum
enim ſe nouit appellatur conſcientia. vn
de conſcientia eſt cognitio ſui ipſius. Vn
de dicitur conſcientia a conſcio: is: ire. id
eſt. ſimul ſcire. Tunc enim aliquis cōſcit
cum de bono ⁊ preſertim de malo ſibi cō
ſcius eſt. Cum autē cor preter ſe alia no
ſcit: vocatur conſcientia.
Applicať au
tem noſtra noticia vľ cognitio ad aliquē
actum tribus modis: ⁊ ſm hoc conſcien
tie ſunt tres ſequētes actus. Primo mo
do ſm ꝙ conſcimus vel cōſideramus: an
aliquis actus ſit factus vel non: ſm ꝙ di
citur Geneſis.xlij. Non eſt in conſciētijs
noſtris quis poſuerit pecuniaʒ in ſaccis
noſtris. id eſt. neſcimus an hoc factuʒ ſit
Et ille actus dicitur teſtificari de preteri
to: nam conſcientia vt ſic eſt teſtis facto
rum vel non factorum: inqntum conſciē
tia retinet illud contra quod volūtas fe
cit quaſi contra voluntatem teſtificans:
ꝙ legi ⁊ preceptis diuinis non obediuit.
⁊ ſic conſcientia habet virtutem dictami
nis. Iſtud auteʒ dictamen non eſt aliud
q̄ preuentio precepti diuini ad eum qui
habet conſcientiam: vnde conſcientia in
quantum teſtificatur perhibendo teſti
monium: eſt liber in quo ſcriptum eſt ali
quid ſiue bonum ſiue malum: vnde dici
tur Danielis.vij. Et libri aperti ſunt: ibi
glo. Conſcientia ⁊ opera ſingulorum in
vtraq; parte vel bona vel mala oībus
reuelentur. Tertius actus conſcientie di
citur examinatio: inquātum conſcientia
examinat que iam facta ſunt: an ſint re
cta vel non recta: an bene an male acta.
Et quando per examinationem inueniť
id quod factum eſt diſcordare a conſcien
tia a qua examinatur: dicitur conſciētia
accuſare de bono omiſſo vel malo cōmiſ
Quando inuenitur illud quod factuʒ eſt
proceſſiſſe ſm dictamen ⁊ formam con
ſcientie: dicitur ꝯſcientia excuſare. Quar
tus actus conſcientie eſt ligare vel ſolue
re voluntatis facultatem. vnde conſcien
tiam ligare voltatē nil aliud eſt q̄ aſtrin
gere voluntatem: non aliud ſine peccato
facere vel omittere q̄ conſcientia ſibi di
ctat: ſicut ligatus corporaliter nō poteſt
ad alium locum ire niſi ſoluatur. Conſci
tia enim non obligat virtute propria ſed

in virtute diuini precepti. Non enim dictat aliquid faciendum vel non faciendū quia ſibi videt̄: ſed quia a deo preceptuꝫ vel prohibitum. Ideo ſi aliquid apprehendatur a dictamine rationis vt directe cadens ſub precepto mortaliter peccat omittens illud quod conſcientia dictat: etiam ſi ſit de veniali: ſi autē non apprehendatur vt directe cadēs ſub precepto vel prohibitione: tunc non fit directe: cōtra conſcientiam ſed preter conſcientiā: ⁊ ita non peccatur mortaliter ſed venialiter: vel etiam nullo modo: ſicut quādo ꝯſcientia dictat facere aliquod opus conſilij ſi non faciat non peccat. Aliter tamē ligat recta conſcientia ꝙ̄ erronea: nam recta ligat abſolute et in omnem euentum nec deponi pōt: ſicut ſi q̄s ſibi format conſcientiam de adulterio que conſcientia recta deponi non poteſt ſine peccato. Conſcientia vō erronea non ligat niſi ſm q̄d: inq̄ntum creditur eſſe recta: ſed ea depoſita non amplius ligat. ¶ Perplexitas ⁊ ſcrupuloſitas Naſcunt̄ ex conſcientie. Eſt autem perplexitas conſcientie dubietas quo ad ſcienda: agenda ⁊ euitanda. vnde a plecto: xi: xum: dicitur hic plexus us xui. id eſt. flexus: quod componitur cum per: ⁊ dicitur perplexus: a: um. id eſt implicitus irretitus inuolutus obſcurus Inde perplexitas. id. eſt. conſcientie dubietas. Eſt autem (vt ſanctus Bonauentura dicit in cētiloquio) triplex perplexitas. Prima eſt intelligentie verborum ſacre ſcripture que videntur ſibi repugnare. Secunda eſt intelligentie faciendorū: de qua ad Roma. viij. Quid oremus neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis ⁊c̄. Tertia eſt ineuitabilitas peccādi. Prima diſſoluitur per diſtinctionem et conſiderationem ſcripturarum. Secunda diſſoluit̄: per inſpirationem ſpiritus ſancti: nam ſapientia diuinitus inſpirata eſt vnctio docens de omnibus per meritum orationis Jacobi. j. Si quis indiget ſapientia poſtulet a deo. Tertia diſſoluitur per depoſitionem erronee conſcientie

H
Perplexitas ⁊ ſcrupuloſitas.

Et conſiderandum ꝙ perplexitas veritate inſpecta nihil eſt: nec poteſt aliquis perplexus eſſe inter duo mala neceſſitate aſtrictus ad aliquod malum perpetrādum. Cum ergo poſitus q̄s eſt inter duo mala: aut poteſt vtrunq̄ vitare: aut alterum facere ſine peccato: et cum oportet facere alterum eligendum eſt ſm cōſiliū beati Gregorij quod per ſe conſideratuꝫ eſt minus peccatum. Verbi gratia. Cum quis iuramēto firmauerit perpetrare homicidium: preeligat periurium ⁊ de eo peniteat: ⁊ homicidium maius malum nequaq̄ faciat. Scrupulus eſt vacillatio quedam conſurgens cum formidine ex aliquibus coniecturis debilibus ⁊ iūctis. Unde videtur eſſe ſcrupulus puſillanimitas que eſt tedio ſeu timore rerum aduerſarum: iners et inconſiderata animi deiectio. vn̄ ſcrupulus a q̄bus vocat̄ erronea ꝯſcia: ab alijs timor ꝯſcie ab alijs puſillanimitas di: vnde magna eſt differentia inter habere ſeu facere conſcientiam formatam: ⁊ habere ſolum timorem conſcientie. Conſcientia nanq̄ formata eſt quādo finaliter poſt diſcuſſionem ex diffinitiua ſententia rationis iudicatur aliquid eſſe faciendum vel non faciendum: ⁊ contra talem conſcientiam facere etiaꝫ ſi ſit erronea eſt peccatum. Timor vero conſcientie ſeu ſcrupulus eſt: quādo nō ſic finaliter poſt diſcuſſionem ex diffinitiua ſententia firmatur aliquid eſſe faciendum vel non faciendum: ſed mens inter dubia vacillās neſciens quid melius vel ad quid potius teneat̄. Nec tamē quoq̄modo vellet omittere quicquid ſciret eſſe placitum diuine voluntati: ⁊ contra hūc timorem ⁊ ſcrupulum facere: non ſemp̱ eſt peccatum. Et dicit̄ ſcrupulus a ſcrupus: pi: qui eſt lapis puus ſub talo in calciamentis latens multum ledens (et dicitur a ſcrutari: quia cum ꝓpter leſionem

Scrupul[us]



ſcrutari oportet) Et ꝑ ſimilitudinē ſcrupus vel ſcrupulus dicit̄ moleſtia ſollicitudo anxietas et dubietas animi remorſus ꝯſcientie: multū hunc ledēs qui non eſt promptus in diſcernendo: ſicut ſcrupus leſit viatorem.

¶ De obiecto conſcientie Capitulum xlv

A
De obiecto conſcientie

Quintum ad queſituꝫ de obiecto conſciē qd̄ primo ei obijcit̄ in qd̄ primo fertur. Circa quod negociatur conſcientia ſm San. Bonāuen. ij. ſentē. diſt. xxix. eſt lex naturalis: que etiā eſt obiectum ſindereſis licet diuerſimode. Nam lex naturalis obiectū eſt conſcientie veluti cognoſcentis oſtendentis et dictātis. Et etiā obiectū ſindereſis: ſicut appetentis cōſentiētis ⁊ inclinantis. Vn̄ illud qd̄ intellectus practicus ſiue cōſciētia intelligit oſtēdit et dictat. Sindereſis appetit: ad hoc ſtimulat mouetur ⁊ inclinatur. Nā non diligim⁹ ⁊ appetimus niſi cognita ſm Aug⁹. Nec obſiſtit ꝙ idem eſt obiectū diuerſarū potentiarū: nā hoc diuerſis rōnibus. Nā lex naturalis ſub rōne honeſti boni cōſiderata: inquantuꝫ bonū eſt obiectū ſindereſis q̄ inclinat ad bonū honeſtum. Sed lex naturalis cōſiderata ſub rōne boni: inquantū verū eſt obiectū conſciētie. Dictū eſt ſupra caplō xxxiiij. ꝙ bonum inquantū bonū eſt obiectum affectus: ſed ſindereſis vt dicet̄ ſe tenet ex parte affectus ⁊ volūtatis intelligentie vero ⁊ memorie obiectum eſt verum: ⁊ hoc dupliciter vel verū ſub ratione veri: ⁊ hoc eſt obiectum intellect⁹ ſpeculatiui. vel verum ſub rōne boni: ⁊ hoc eſt obiectum intellectus practici ⁊ ꝯſcie Et ſi querat̄ quō ſe habeāt ad inuicē ſindereſis conſcientia ⁊ lex naturalis. Rn̄det San. Bonauētu. ꝙ ſindereſis ſe habet ad cōſcientiā ſicut ſe habet charitas ad fidem. vel habitus ipſius affectus ad habitum ipſius intellectus practici ſcdm ꝙ eſt habitus. Lex autem naturalis communiter ſe habet ad vtrūq̄: ſcꝫ ad ſindereſi et conſcientiam. Nam lex naturalis dupliciter accipi poteſt. Uno modo ꝓut dicit habitum in anima: ⁊ ſic quia ꝑ legē naturalem inſtruimur: ⁊ per legem naturalem recte ordinamur: dicit habitū qui comprehēdit ſindereſim ⁊ conſcientiam. Alio modo lex naturalis vocatur collectio p̄ceptorum iuris naturalis: ⁊ ſic nominat obiectum conſcentie ⁊ ſindereſis: vnius ſicut dictantis: ⁊ alterius ſicut inclinantis. Nam ꝯſcientia dictat ⁊ ſindereſis appetit vel refugit. Et vtroq̄ modo inuenitur lex naturalis in diuerſis locis ſcripture. Hoc tamen vltimo modo magis ꝓprie: Et ſic vt ꝓprie loquamur ſindereſis dicit potentiā affectiuā: inquantum nāliter abilis eſt ad bonū ⁊ ad bonū tendit. Conſciētia vero dicit habitū intellectus practici. Lex vō naturalis dicit obiectū vtriuſq̄. ¶ Queſtio p̄ſens idcirco interſeritur: q: dictū eſt ꝙ lex naturalis ſit obiectū ꝯſcie ⁊ ſindereſis: pro clariori ergo noticia legis naturalis hic queritur de multiplici lege: de q̄ in diuinis ſcripturis ſepe fit mētio. Rn̄det Alexan. pte. iij. queſti. xxvj. ⁊. xxvij. ꝙ lex eſt quincuplica videlicet lex eterna naturalis: lex moyſi. Lex euangelica ſiue gratie et lex humana. A lege eterna deriuantur alie leges ad ordinandā rationalem creaturā. Harum autem legum quedam eſt creature rationali indita: vt lex naturalis. Quedam impoſita ſeu addita: vt lex euangelij: lex moyſi et lex humana. Prior ergo inquiſitio erit de lege eterna: ſecunda de lege naturali: conſequenter de legibus ſuperadditis.

B
Queſtio

¶ Lex eterna de qua primo queritur. an ſit. Secundo quid ſit. Tercio q̄liter alie leges ab ea deriuentur.

Lex eterna

Ad primum dicit Damaſ. Neceſſe eſt omnium eorum que ſunt: eſſe factorem ⁊ ꝓuiſorem: neq̄ enī decēs eſt alium eſſe

factorem alium ꝓuiſorem: quia ſi hoc eſſet imbecilles eſſent vtriqꝫ hic faciendi ille prouidendi: deus ergo eſt factor et prouiſor. Nam ſapientis non eſt facere domū niſi ⁊ ipſe ↄſeruet: ergo ⁊ ſummi ſapiētis artificis nō tm̄ eſt ꝓducere vniuerſum: ſed et ꝓductū gubernare ꝑ ſuā ꝓuidentiā: cōſtituendo leges ſm quas creata cōſeruant᷑: nā dicit Boe. Prouidētia eſt diuina rō in ſummo principe conſtituta q̄ cūcta diſponit. Singularius tm̄ ꝓuidentiā hꝫ de creatura rōnali ſm quā eaꝫ erudit dando ei legē: vt ꝑcepta vt oſtendentia debitum faciendi ⁊ mali vitandi: ⁊ virtutes ꝓſtātes facultatē faciēdi ⁊ vitandi. Ad ſcdm queſitū de quid ſit lex Primo dicendum eſt de q̄dditate nois. Scdo de quidditate rei ⁊ diffinitionis

De quidditate nominis conſiderandū ꝙ lex ſm Iſido. vno mō dr̄ a legendo: extenſo noie lectionis non ſolum ad lectionem tꝑalem ſed etiā ad lectionē ſm ꝙ legit᷑ i mente: ⁊ ſic habet ſtatum in diſpoſitione latoris ſcꝫ dei ⁊ ſic ↄuenit legi eterne. Conuenit etiam ſm iſtam nois interꝑtationem legi tꝑali: ⁊ ſic lex eſt legibilis deſcriptio debite honeſtatis. Qm̄ aūt legibilis deſcriptio pōt eſſe interius in mēte ad intellectum: ⁊ ſic ꝓprie dicit᷑ lex: vel illa deſcriptio poteſt eſſe exterius in ſcripto ad ſenſum ſicut in ſigno ſignans legē in mente. Alio modo dicit᷑ lex a ligando: ⁊ ſic lex conſiſtit in ꝓmulgatione aliquoꝝ faciendoꝝ vel vitandoꝝ. Et h̄ dupliciter: quia ligare poteſt actiue: ſic lex eterna in deo dicit᷑ a ligando: vel paſſiue ſic dicit᷑ reſpectu creature. Et hoc dupliciter vel ſm cōꝑationē ad imꝑatū: ſic lex dicitur eſſe in rebus que imperant᷑ aut ꝓhibentur ſed hoc ſicut in effectu: vel ſm cōꝑationē ad illum cui imperat᷑: ſic lex dicit᷑ eſſe in anima illius cui fit imperiū.

Tercio modo ſm Aug⁹. lex dicitur ab eligendo et ſic lex dicitur ars ipſa qua eligimus debita fieri: ⁊ reſpuimus indebita fieri: ⁊ ſic lex ſolum eſt in anima. hec alexander in tercia parte. De quidditate rei legis Conſiderandum ꝙ lex eterna ſm ſanctum Tho. pma ſcde. queſtio. xciij. articulo pmo. non eſt aliud q̄ ratio id eſt conceptus diuine ſapiētie ſcdm ꝙ eſt directiua omnium actuum et motionum. Et quia diuina ratio ſeu verbum eternum nihil concipit ex tēpore ſed habet eternum conceptum: ideo lex eterna. Deus enim ſicut per ſapientiam ſuam eſt conditor vniuerſarum creaturarum ad quas comparatur ſicut artifex ad artificialia: ita eſt gubernator omniuꝫ actuum ⁊ motionum que inueniuntur in ſingulis creaturis. Unde ſicut ratio diuine ſapiētie inquantum per ea cuncta ſunt creata: habet rationem artis vel exēplaris vel ydee. Ita ratio diuine ſapientie mouentis omnia ad debitum finem ſeu ipſa ratio gubernationis rerum in deo ſicut in principe vniuerſitatis exiſtēs (cū mundus diuina prouidentia regatur) obtinet vim legis. Cum nil aliud ſit lex q̄ quoddam dictamen practice rationis in principe qua gubernat aliquā cōmunitatem perfecte. Sanctus etiam Auguſtinus in libro contra fauſtum: ſic deſcribit legem eternam. Lex eterna eſt ratio vel voluntas diuina: ordinem naturalem conſeruari iubens: ⁊ perturbari ꝓhibēs. Item de libero arbitrio. Lex eterna eſt qua iuſtum eſt vt omnia ſint ordinatiſſima. Lex enim eterna ſcdm qd̓ eſt ius ordinandi reſpicit bona ⁊ mala: quia deus bona facit ⁊ ordinat. Malum autem non facit ſed ordinat: vnde ordinare eſt actus communis et principalis legis eterne: tam reſpectu creature rationalis q̄ irrationalis: quia ordo currit ꝑ omnē actum: vn̄ Aug⁹. ſuꝑ Gen̄. Volūtas diuina ſubijcit ſibi ꝑmitus omīa: deinde creaturam corꝑalem ſpūali: deinde irrationalem rationali: terreſtrem celeſti. hunc actū ꝑncipalem legis eterne ſequit᷑ alter



actus ſcꝫ artare. vnde ſicut calefacere dicit actū principalem ignis. Indurare autem ↄſequentē: ita artatio dicit effectum ↄſequentem legit: ⁊ ↄuenit legi eterne reſpectu rōnalis ⁊ irrōnalis creature: quia lex artat: inq̄ntum determinat potentiaꝫ que eſt indeterminata in rōnali ⁊ irrōnali creatura. vnde dicit Auguſti. ſuꝑ Gen̄. Omīs natura quaſdā habet nāles leges ſm quas ſpūs vite qui creatus eſt habet quoſdā actus ſuos determinatos: quos etiam mala volūtas nō poteſt excedere.

Et ſimiliter de elementis dicit: ⁊ elemēta habent definitā vim ⁊ qualitates proprias: quid vnūquodqꝫ valeat quid non valeat. ideo dicit᷑ Sap. xj. Deus omīa diſpoſuit in menſura numero ⁊ pōdere: in ſeipſo ꝑ legem eternā: q̄ eſt menſura omīi rei modos prefigens quo limitat᷑ ⁊ artat᷑ in eſſentia virtute ⁊ opatione: nam ſolus deus eſt infinite eſſentie virtutis ⁊ opatio et nūerus. i. omī rei ſpēm prebens: ⁊ pondus. i. omnē rem ad ſtabilitatē trahens ⁊ terminās ⁊ formans ⁊ ordinās omīa diuerſa. Conſiderandū etiam ꝙ notio ſiue cognitio eterne legis impſſa ē cuilibet anime rōnali in creatione. vnde dicit Auguſti. in li. de ar. Querit᷑ a quolibet vtruꝫ impreſſum ſit anīe ſue ⁊ notū: ꝙ iuſtū eſt ꝙ omnia ſint ordinatiſſima: dicit vtiqꝫ ꝙ ſic. Dicit etiaꝫ in libro. lxxxiij. q̄ſtionum. Lex eterna tranſcripta eſt in aīam rationalem ex ineffabili atqꝫ ſublimi rerū adminiſtratione que fit ꝑ diuinā ꝓuidentiā Intereſt tm̄ ſm Alexā. Inter noſſe ⁊ iudicare legem eternam: quia ad cognoſcēdum ſatis eſt vt videamus aliq̄d ita eſſe vel nō eſſe. Ad iudicādus ṽo aliquid addimus vt iudicemus ita poſſe eſſe vel aliter venire: cuꝫ dicimus ita debebit eē vel debuit vt in opibus ſuis artifices faciūt. Iudicare ergo de lege eterna nullus poteſt: quia iudicans ſemꝑ ſuperior eſt iudicato: ſed videre ſeu cognoſcere: cuilibet anime impreſſuꝫ eſt. Ad tertium queſitum reſpōdet Alexāder in. iij. Ut omnes leges et lex humana q̄ntum ad id qd̓ habent iuſtum ⁊ legitimū in: ſe tracte ſunt a lege eterna: ſicut omē id quod bonum eſt in creatura tractū eſt ex bonitate prima: ⁊ qd̓ verū eſt ex veritate prima. Lex tm̄ nālis ē a lege eterna ſm ꝓpinq̄us ⁊ remotius ſm ꝙ nature in quibus eſt ſe hn̄t ꝓpinquius ⁊ remoti⁹ ad deum. Eſt eīm lex naturalis triplex. Quedam que reſpicit ordinem rōnalis creature: de qua habetur ad Rom̄. ij. Cum gentes que non habent legem naturaliter que ſunt legis faciunt: ⁊ dicit in glo. Lex nature eſt qua quiſqꝫ intelligit et ſibi conſcius eſt q̄d ſit malum ⁊ quid bonum. Item eſt lex naturalis reſpicēs ordinem creature irrationalis ſenſibilis: de qua Yſido. Lex naturalis eſt qua natura docuit omnia animalia vt maſculus cuꝫ femina. Item tertio eſt lex naturalis reſpiciens ordinem omnis alteri⁹ creature. ſcꝫ irrōnalis ⁊ inſenſibilis. de qua Auguſti. in libro ſoliloq̄oꝝ. Deus cui⁹ legibus rotant᷑ poli: ⁊ curſus ſuos ſidera peragūt: ſm has differentias vniuerſaliter eſt lex naturalis a lege eterna: prima tamē ꝓpinquius q̄ ſcda ⁊ tertia: et ſcda q̄ tertia: ſm ꝙ rōnalem creaturam conſtat eſſe ꝓpinquiorem q̄ ſenſibilem: ⁊ ſenſibilē q̄ inſenſibilē ⁊ irrōnalem. Ex quibus patet ꝙ lex eterna dicit artem diuinam ⁊ ſapientiam: inq̄ntuꝫ ordinat creaturam ⁊ motum creature: ⁊ ita ordo ſm legeꝫ in omī creatura eſt ab ea et lex ſimiliter. Sed eſt ordo duplex. Quedā. n. creatura eſt domina ſui actus ſicut rationalis: ⁊ huius actum non ordinat neceſſario: ſed relinquit eum in arbitrio iudicij ſui. Quedam creatura nō eſt domina ſui actus ſicut irrationalis: hui⁹ actum lex eterna ordinat neceſſario ⁊ ſine iudicio.

¶ De lege naturali (D De lege nāli) De lege naturali tria declaranda occurrunt. Primum an ſit: ſcdm quid ſit: tertiū de eius preceptis. Ad primū dicendum ꝙ lex naturalis indita eſt omni creato quā dirigitur in ſuum finem. Primo creature

irrationali inſenſibili. vnde dicitur Hiere.
.xxxj. Si defecerint leges iſte ſcʒ ſolis ⁊ lu
ne ⁊ ſtellarum celi. Ex quo patet ꝙ ſunt
leges celi ⁊ terre. De hac lege poteſt intel
ligi illud Sapientie. viij. Quando circũ-
dabat mari terminũ ſuum: ⁊ legem pone
bat aquis ne tranſirent fines ſuos: quia
non eſt alia: lex naturalis ꝙ̃ inclinatio na
ture ad ſuas ꝓprias operatiões: ſicut lex
celorum et planetarum eſt inclinatio ad
motum quem faciunt quotidie de orien-
te in occidens: ad influendum in iſta infe
riora. vnde Pſal. Preceptum poſuit et
nõ preteribunt. Omnis enĩ creatura per
ſuas operationes: manifeſtat dei magni-
ficentiam ⁊ bonitatem: ⁊ ad ſuam cõſer-
uationem tendit. Similiter eſt lex inna-
ta irrationali creature ſenſibili. Unde di-
cit Yſido. ꝙ lex naturalꝭ ẽ quã natura do-
cuit omnia animantia: ſicut eſt lex gene-
rationis ⁊ prolis educatõnis. Perfectior
eſt creatura rationalis omnibꝰ iſtis: ergo
neceſſe eſt ponere ꝙ habeat legem natu-
ralem ſibi inditam: qua dirigitur ⁊ regula-
tur in ſuum finem. Finis aũt rationalis
creature eſt beatitudo: que ẽ ſummi boni
fruitio: iõ deus dedit ei intellectũ ad ſũmi
boni cognitionẽ: ⁊ volũtatem ad appetẽ
dum ſummum bonum. Et qꝛ ad ſummi
boni cognitionem et amorem non poteſt
homo ꝑuenire niſi per bona opera: quia
rationalis creatura eſt debitrix volunta-
rie faciendi bonum ⁊ vitandi malum. Si
ergo non poteſt facere bonũ ⁊ vitare ma
lum niſi prius cognouerit: ergo naturali
ter habet notionem faciendi bonum ⁊ vi
tandi malum. Hoc autem legem natura
lem dicimus: per quam conſcia bonum
cognoſcit: ⁊ ſindereſis id appetit. Ad
Lex nãlis ſecundum dicendum ꝙ lex naturalis ſic
deſcribitur. Lex naturalis eſt quedam par
ticipatio legis eterne: mentibus noſtris
impreſſa: ordinans hominem ad deum ⁊
proximum. Per primam particulaꝫ qua
dicitur participatio legis eterne: differt a
lege eterna: quia lex naturalis originatur

a lege eterna. Nam lex eterna eſt regula
exemplaris et prima veritas oĩpotẽtis
artificis: ſed lex naturalis eſt exemplum
legis eterne inditum anime ad cognoſcẽ
dum quid faciendum quid non. vnde di
cit apoſtolus ad Ro. ij. Cum gentes que
legem (ſcʒ ſcriptam) non habent: natura
liter que legis ſunt faciunt: ipſi ſibi ſunt
lex. id eſt. legem naturalem habent ſecũ.
Per hoc quod dicitur ordinans homi
nem ad deum ⁊ ad ꝓximum: inſinuatur
finis legis naturalis: nam lex naturalis
continet precepta ordinantia tam ad de-
um ꝙ̃ ad ꝓximum. Eo autem ꝙ deus eſt
vltimus finis: debet homo ordinari ad
deum: eo ipſe ꝙ proximus eſt ordinabi-
lis ad eundem finem: debet ordinari ad
proximum: ſicut ergo deus nõ poteſt ne-
gare ſeipſum eſſe vltimum finem: ita ne-
gare non poteſt hominem ordinari debe
re ad ipſum: ⁊ per conſequens nec ad ꝓ
ximum. Ad terium dicendum ſm Au
guſti. de decem preceptis: ꝙ primum pre
ceptum legis nature eſt: bonum ordina-
te diligendum. Pro quo aduertendum:
ꝙ ſicut in primis principijs ſpeculabiliũ
quidam ordo inuenitur: nam illud quod
primo cadit in apprehenſione eſt ens: qꝺ
ab actu ſumitur eſſendi: cuius intellectus
includitur in omnibus quecunqꝫ quis
apprehendit. Cum vero complexa vt
orationes ⁊ propoſitiones conſtituantur
ex terminis qui ſunt incomplexi: ſed in
ꝓpoſitionibus oportet fieri reductõnem
in aliquod complexum primum principi
um intellectui per ſe notum: vt dicitur pri-
mo poſteriorum: alias periret ſciẽtia ⁊ ꝓce
deretur in infinitum. Primũ ergo princi
pium indemõſtrabile in quod oĩa prin
cipia ſpeculabilium ⁊ demonſtrationum
reſoluuntur: ex quo etiaꝫ finaliter veritas
dependet omniũ concluſionũ: fundatur
ſuper rõnem entis ⁊ non entis: ſiue ſuper
eſſe ⁊ nõ eſſe: ⁊ eſt de quolibet eſſe vel nõ
eſſe. ſcilicet ꝙ non eſt de aliquo ſimul af-
firmare vel negare ꝓpter contradictionẽ



vitandũ. vnde dicitur de quolibet affirma-
tio vel negatio: de nullo vero ſimul. Pa-
riformiter in ꝑncipijs agibiliũ ordo inue
nitur quo omnia reducuntur in primũ vnũ
ꝑncipium: a quo bonitatẽ recipiũt mora
lem. Sicut aũt ens primũ eſt qꝺ cadit in
appꝛehenſione intellectus ſpeculatiui: ita
bonum eſt primũ qꝺ cadit in appꝛehenſio
ne intellectus practici ꝙ̃ ordinat ad opꝰ.
Et ideo primum ꝑncipium in intellectu
practico eſt quod fundatur ſuper rationeꝫ
boni: ꝙ̃ eſt omnia bonum appetũt ſeu di
ligunt. Hoc ergo primum eſt principium
et preceptum legis nature ꝙ bonum eſt
ꝓſequendum ⁊ faciendum: ⁊ malum vi-
tandum. Super hoc fundantur omnia
alia precepta legis nature. Quia vero bo
num habet rationem finis: malum auteꝫ
rationem contrarij: inde eſt ꝙ omnia ad
que homo habet naturalem inclinatio-
nem Intellectus naturaliter apprehen-
dit vt bona: ⁊ per ꝯſequẽs opere ꝓſequẽ
da: ⁊ contraria eorum vt mala vitanda.
Et quia facultatem cognoſcendi ⁊ diligẽ
di. Intellectũ ſcʒ ⁊ voluntatem habemꝰ
a natura. Cognitionem autem veritatis
et ordinem diligendi nequaꝙ̃ niſi a gra-
tia: ideo Augꝰ. primũ ꝑncipium legis na
ture nominat: bonum eſt ordinate diligẽ
dum. Qualis autem ſit iſte ordo patet in
fra. Et illud primum preceptum legis na
ture cõtinet immediate alia duo ꝑcepta
dilectionis ⁊ ꝓximi. Et illa duo continẽt
immediate decem precepta moralia con
tenta in decalogo: que ſunt indita a lege
naturali. Nam tria precepta prime tabu
le ordinant ad dilectionem dei. Alia pre-
cepta ſcꝺe tabule ordinant ad dilectionẽ
ꝓximi. Et illa decem ꝯtinent omnia alia
ꝑcepta moralia ſparſim in veteri teſtamẽ
to tradita. Ad cuius euidentiã ſciendum
ꝙ precepta moralia habẽt ſe ad primum
preceptum legis nature in triplici differẽ
tia: quedam ſunt in quibus precepta mo
ralia radicantur ſicut in principio pmo: cõ
cluſiones ꝓximiores. Cuiuſmodi ſunt ꝑ

cepta de dilectione dei et proximi: qualia
ſunt ꝙ deus ſuper omnia eſt diligendus
Qꝺ tibi oderis fieri alteri ne feceris Tho
bie. iiij. Et quecunqꝫ vultis vt vobis faci
ant homines ⁊ vos facite illis Mat. vij.
Alia ſunt que de proximo ordinantur ad il
la: quia ꝓpter obliuionem rõnis humane
homo poterat errare circa illa: iõ ſcribi
debuerũt: ⁊ hec ſunt decem precepta de-
calogi. Alia ſunt ad que reducenda ĩ pri-
ma principia indiget homo maiori inue-
ſtigatione ⁊ ſapientũ inſtructione ſiue di
uina reuelatione: ⁊ talia reducuntur ad de
cem precepta decalogi. Nam ad primũ
preceptũ decalogi reducuntur omnia que
ꝓhibent illa ꝙ̃ deſeruiunt ydolatrie ſicut
Auguria: maleficia: incantationes ⁊c. de
quibus habetur Deut. xviij. Ad ſcꝺm ꝑ
ceptum reducuntur ꝓhibitiones blaſphe-
mie: de qua Leuit. xxviij. Falſe doctrine
de qua Deut. xiij. Ad tercium reducũ
tur oĩa cerimonialia ⁊ ꝓhibitiones pec-
catorum: que quietẽ mẽtis impediunt in va
cando deo. Ad quartũ de honoratiõe
ſenũ: de quo Leuit. xiiij. ⁊ oĩa precepta
de reuerẽtia ſuperiorum. Ad quintum re-
ducitur prohibitio iniuſte violentie con-
tra proximum: de qua Leuit. xix. Ad
ſextum reducitur prohibitio meretricij:
de qua Deut. xxiij. et generaliter prohibi
tio voluntarie effuſionis ſeminis ꝑ quẽ-
cunqꝫ modum: excepto federe matrimo-
niali. Ad ſeptimum preceptum reduci
tur prohibitio vſure: de qua Deute. xxiij.
et ꝓhibitio acceptionis rei aliene ꝑ frau
dem: de qua Deut. xxv. Ad octauum
ꝑceptum decalogi: reducitur ꝓhibitio fal-
ſi iudicij: de qua Exodi. xxiij. et prohibi-
tio detractionis: de qua Leuitici. xix. Nõ
eris criminator nec ſuſurro in populis.
Pariformiter tranſcurrenti veterem le-
gem occurrent ꝙ̃plura precepta mora-
lia reducibilia ad nonum ⁊ decimũ deca
logi ꝑcepta. Quorũ numerus ⁊ ordo ſe- Verſus
quẽtibus continetur verſibus. Sperne deos
fugito ꝑiuria. ſabbata ſerua. Sit tibi pris

amor: ſit tibi matris honor. Non ſis occi
ſor: fur: mechus: teſtis iniquus. Viciniq;
thorū: res caueto ſuas. Sicq; patz q̄ oia
p̄cepta moralia alia ad decē decalogi re,
ducunt̄ ad ea ſicut cōcluſiones ad princi
pia. Principiū vero legis nature: ⁊ prece
ptum de dilectione dei ⁊ ꝓximi: continē,
tur in p̄ceptis moralibus decalogi: ſicut
ꝑncipia in cōcluſionibus. Multaq; alia
legis nature p̄cepta reperiunt̄ in varijs
ſacre pagine locis que reducunt̄ vel ad
primuz principiū legis nature (quale eſt
hoc affirmatiuū. Omne bonum eſt faciē
dum: ⁊ hoc includit illud p̄ceptū negati,
uum. Malū non eſt faciēdum: ſeu malū
eſt vitādum) plenitudo legis atq; finis
eſt dilectio. Dilectio eſt cauſa vnionis at
q; pacis. Finis oīs p̄tātis atq; hierarchie
eſt dilectio pax ⁊ vnio. Ad p̄ceptū di,
lectionis dei reducunt̄ multa p̄cepta vi,
delicet deus eſt metuendus honorādus
⁊ diligēdus. Oportet obedire magis deo
q̄ hoibus. Redde altiſſimo vota tua: et
multa ſimilia. Ad p̄ceptū dilectionis
ꝓximi. Unde glo. ſup ſcd̄m ca. ad Rom̄.
Cum gentes que legē nō hn̄t ⁊c̄. Lex na,
turalis eſt nemini iniuriā inferre. Nihil
alienū ꝑripere: alieno ꝑiugio non macu,
lari ⁊ ſic de alijs. Sunt ⁊ multa precepta
alia tm̄mō ꝓbabiliter deducta: ex predi,
ctis legibus: q̄lia ſunt finis imponit ne,
ceſſitatē his que ſunt ad finem. i. ſm̄ exi,
gentiā finis cetera debēt moderari. Ini,
mici hoīs domeſtici eiꝰ: carnales ſenſus.
Spūalis hō oia dijudicat: medium virtu
tis accipiendum eſt vt ſapiēs iudicabit.
Vim vi repellē licet. Depoſitum non eſt
reddendum indepoſituz: vel rei publice
detrimentū: vnicuiq; deus mandauit de
ꝓximo ſuo. Qui eccl̄iam non audierit ſit
ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Infinita iu
ris naturalis ⁊ diuini ꝑncipia et p̄cepta
inueniunt̄: nedum in legis diuine codici
bus: verū etiam in libris legis hūane et
philoſophicis rudimētis: vt patet de re,
gulis iuris libro ſexto: ⁊ in oibus legis ci

uilis ⁊ iuris canonici libris. Similiter et
in libris Theologoꝝ: in q̄bus ꝓpoſitiōes
maxime ſiue dignitates per ſe note euidē
tiam preſtant moralē. Unde diligēter
aduertendū ꝓut dicit Cancellarius pari
ſienſis: ſicut in ſpeculabilibus: ſunt p̄mo
principia naturaliter nota: ſunt ſcd̄o con
cluſiones euidēter ab illis principijs de,
mōſtrate: ſunt conſequēter tercio conclu
ſiones tm̄mō ꝓbabiliter illate ex p̄dictis
veritatibus: circa quas eſt ſola opinio.
Tādem quarto ſunt alie ꝓpoſitiones ſic
elongate a primis veritatibus: q̄ non ap
paret q̄ ex illis ſequent̄ vel repugnēt: vt
ſi altera ſint paria vel iparia: ꝓportiona
biliter ſuo modo dicendū eſt de legibꝰ et
veritatibus moralibus ſub hac diſtincti,
one q̄druplici. Ex dictis claret qd̄ dictuz
eſt in ꝑncipio huius capl̄i: q̄ lex natura,
lis ꝓut eſt collectio preceptoꝝ iuris na,
turalis: nominat obiectū conſcie ſicut di
ctantis: ⁊ ſinderesis ſicut inclinantis ſti,
mulantis ⁊ refugiētis. Nā lex naturalis
continet in ſe multa p̄cepta ꝓut iam di,
ctum eſt: ⁊ omnia ordinant̄ ad duo vicꝫ
ad dilectionē di ⁊ ꝓximi. Et hec duo ad
vnum primū ꝑncipium legis nature. ſ. q̄
bonum eſt ordinate diligendū. Ordi,
nem vero diligendi bonum San. Bona
uen. tradit in breuiloquio ſic inquiēs: q̄
licet omia diuina opera ſint bona: quatu
or tamē ſunt diligenda ex charitate: in q̄,
rum dilectione ſeruandus eſt ordo ⁊ mo
dus: vt diligat̄ primo deus ſuper omnia
⁊ ꝓpter ſe. Scd̄o q̄ nos ſumꝰ ſub deo et
pro deo. i. nr̄ ſpūs. Tercio ꝓximos nr̄os
ſicut nos. Quarto corpus noſtrum infra
nos ⁊ infra ꝓximum: q̄m bonū minꝰ pre
cipuum. Ad hoc autem exequendū da,
tur vnus charitatis habitus (ſcꝫ primū
principium: bonum eſt ordinate diligen,
dum) ⁊ duplex mandatuz (vicꝫ dilectio
nis dei ⁊ ꝓximi) in quo dependet vniuer
ſitas legis ⁊ ꝓphetarū: non ſolū q̄tuz ad
vetus teſtamētū: verū etiā q̄tū ad nouū.
De lege moſaica ⁊ euangelica. Lex di

F
De lege m[…]

[…]ſaica ⁊ euan
[…]gelica.

uina continet in ſe legē veterē moſaicam
⁊ legē nouā euangelicā. Idcirco de am,
babus legibus ſimul hic determinat̄: de
q̄bus ⁊ in p̄ſenti dicenda occurrūt. Pri,
mū de diuine legis neceſſitate. Scd̄m de
eius diſtinctione. Terciū de vtriuſq; le,
gis continētia. Circa primū conſiderā
dum q̄ ad directionem humane vite ne,
ceſſariū fuit habere legē diuinā ꝓpter ex,
cellentiā finis hoīs. Nam per legē diui,
nam dirigitur hō ad actus ꝓprios in or,
dine ad finem vltimū. Et ſi hō ordinare,
tur tm̄ ad finem q̄ non excederet ꝓpoſiti,
onē naturalis facultatis hoīs: nō oporte
ret q̄ haberet aliqd̄ directiuū ex p̄te rati,
onis ſupra legem naturalē ⁊ legē huma,
nam q̄ ab ipa deriuat̄: ſed q̄a hō ordina,
tur ad finē btitudinis eterne: q̄ excedit ꝓ
poſitionē naturalis facultatis humane.
Ideo neceſſe fuit vt dirigeret̄ ad ſuuz fi,
nem lege diuina diuinitus data. Circa
ſcd̄m ſcꝫ diſtinctionē legis diuine. Scien
dum q̄ duplex eſt lex diuina ſcꝫ vetus et
noua. Hec aūt nō diſtinguunt̄ abinuicem
ſicut oīno ſpecie diuerſa: ſicut diſtinguū,
tur equus ⁊ bos: ſed ſicut ꝑfectū ⁊ impfe
ctum in eadē ſpecie: vt puer ⁊ vir. Et hoc
mō diſtinguunt̄ lex vetus ⁊ noua: vnde
apl̄s Gall. iij. compat ſtatū veteris legis
ſtatui pueruli exiſtētis ſub pedagogo: ſta
tum aūt noue legis ſtatui ꝑfecti viri q̄ iā
non eſt ſub pedagogo: vnde imperfecti
inclinant̄ ad opera virtutū (de q̄bus da
tur lex) comminatione penarū: vel ꝓmiſſi
one remunerationū: vt honoris diuitiarū
vel hmōi. Et ideo vetus lex que dabatur
impfectis: nondū grām conſecutis: dicit̄
lex timoris: ꝑfecti aūt inclinant̄ ꝓpt̄ amo
rem v̄tutis non ꝓpter aliquā remunera,
tionē: ⁊ iō lex noua q̄ ꝑncipalr̄ cōſiſtit in
ipa ſpūali grā cordibꝰ indita: lex amoris
dr̄: ⁊ hꝫ ꝓmiſſa ſpūalia ⁊ etna: vn̄ Augꝰ.
breuis drn̄tia legis et euangelij timor et
amor. Circa terciū de vtriuſq; legis cō
tinētia dicēdū eſt de vtraq; lege diuina
ſigillatim: ⁊ primo de lege moſaica.



Lex moſaica eſt de q̄ dr̄ Ioh. j. Lex ꝑ
moyſen data eſt: ſcꝫ a deo miniſterio an,
geloꝝ. Angl̄s em̄ dn̄i (q̄ ſm̄ aliq̄s dr̄ fuiſ,
ſe michael) apparēs moyſi in mōte ſynai
dedit legē decalogi ſcriptā digito dei i du
abꝰ tabulis lapideis quā pplo iudeoꝝ re
ferret. Quia v̄o hō ita erat rōne obſcura
tus: q̄ neſciebat legē in corde ſuo nāliter
a deo inſitā nec cōuerſabat̄ ſcd̄m eā: ſed
iā declinauerat ad ydolatriā q̄ eſt ꝯ dile,
ctionē dei: ⁊ ad vicia ꝯ naturā ⁊ alia que
ſunt ꝯ dilectionē ꝓximi: iō piiſſimꝰ deus
dedit ei legē ſcriptam in tabulis: vt ex ea
q̄dāmō recordaret̄ vel excitaret̄ ad legē
dam ſcripturā cordis. Precepta legis
moſaice ſub epilogo hic annotant̄. Pre,
ceptoꝝ aliud eſt nāe: aliud diſcipline: ali
ud legis ſcpte. Preceptū aūt nāe: aut da
tū aut innatū. Si datū aut eſt datū ꝓpter
ꝯſeruandā nāz ſm̄ actū nutritiue: vt Ge
neſ. xx. de oī ligno paradiſi comedas aut
ꝓpt̄ naturā multiplicandā ſm̄ actū gn̄a,
tiue: vt creſcite ⁊ multiplicamini: Gen̄. ij.
et. ix. Si innatū iux̄ illud ad Ro. ij. Si gē
tes nāliter ea q̄ ſunt legis faciūt ⁊c̄. Pre,
ceptū ſ̄ hoc inditū eſt ꝯſcie cuiuſlibꝫ ſm̄
dictamē rōnis de faciēdo vel nō faciēdo.
Hoc v̄o recipit diuiſionē: nā aliud p̄ce,
ptū eſt ordinatū in deū: ſcꝫ diligere crea,
torē ſup oia ⁊ obedire ei in oībꝰ ⁊ ſup oia
qd̄ eſt inſitū cuiuſlibet conſcie ⁊ ſindereſi
Aliud eſt manifeſtatiuū ordinis in ꝓxi
mū ⁊ h̄ duplr̄: vel ſm̄ viā innocētie: vt il,
lud Thobie. iiij. qd̄ ab alio oderis tibi fi,
eri ⁊c̄. Uel ſm̄ viā bn̄ficētie: vt illd̄ Mat
thei. vij. Quecūq; vultis vt faciūt vobis
hoīes ⁊ vos facite illis: hec eſt diuiſio le,
gis naturalis. Preceptū v̄o diſcipline
eſt datū ad ꝓbationē vt hō ſciat ſe debe,
re deo obedientiā nō tm̄ in expediētibus
⁊ honeſtis ſ̄ etiā indifferētibꝰ. Et h̄ reci,
pit diuiſionē. Nā aliqd̄ p̄ceptū diſcipline
datū eſt ad ꝓbationē obediētie: vt illud
p̄ceptū negatiuū datū ade Gen̄. ij. De li,
gno ſciētie boni ⁊ mali ne comedas. Qd̄
dam ad ꝓbationē fidei: vt illud datum

B
lex moſaica

Abrae Gen̄.xxij. Tolle filium tuū yſaac ⁊ eſt preceptū affirmatiuū. Et dicit̄ p̄ceptū diſcipline: qꝛ ꝑ ip̄m diſcit̄ quanta ſit virtus obedientie: q̄ tūc eſt ꝑfecta qñ preceptū ex ſe ſolo obligat ⁊ nō ex alia cauſa Unde p̄ceptū ade de vitādo lignū ſcientie boni ⁊ mali non ſuadet natura ſed diſciplina. Preceptoꝝ aūt legis ſcripte: quedā ſunt moꝛalia vt p̄cepta decalogi: quedā iudicialia: vt q̄ in deciſione cauſarum ſunt inſtituta de iuſticia inter hoīes ſeruāda: de quibus Exo.xxj. Hec ſunt iudicia q̄ ꝓponis eis. Quedā ſunt cerimonialia: vt que fiunt in figuram futuroꝝ: ſicut ea q̄ de cōpoſitione tabernaculi ⁊ ſacrificijs ⁊ hmōi: que ꝑtinēt ſpecialiter in lege ad cultuꝫ dei. Cultus em̄ dei in lege dicebat̄ cerimonia: quaſi cereris muniū id ē officium. Ceres em̄ dicebat̄ dea frugum: eo ꝙ p̄mo ex fructibus oblationes deo offerebant̄. Ultra dicta precepta erant in lege ꝓmiſſa ⁊ ſacramētalia. Pꝛomiſſa erant ad alliciendū: ſicut pꝛomiſſio terre manātis lacte ⁊ melle Exod.iij. Et ꝓmiſſio de bonoꝝ multiplicatiōe Leui. xxvj. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis dabo vobis pluuias tp̄ibus ſuis: ⁊ terra germinet germē ſuū ⁊c. Sacramētalia erant figura ſacramentoꝝ noue legis: ſicut eſt ſacramentū phaſe Exo.xij. Et ſacramentū vacce ruffe Numeri.xix.

h
Lex euangelica.

coꝛpus comparatꝛ ad animam tanꝙ vnꝰ
locus: ⁊ ideo in pluribus partibus nō eſt
niſi inquantū in vno loco: vñ ſi ſeparentꝛ
non erit in illis. Et licet ſm phos anima
per coꝛ influit in toto coꝛpoꝛe:hoc nō ex
eo ꝙ eſſet in coꝛde ſolo per eſſentiam.

Unde in hoc apparet alia ſimilitudo
aīe ad deum. Dicit eñ San. Bonauētu.
ꝙ ſicut deus in maioꝛi mundo immedia
te eſt in omni creatura ipſam continens.
Tamen ſm oꝛdinem vniuerſi influit ali-
quid vna creatura in aliam Sic intelligē
dum eſt ꝙ anima per ſui preſentiam ē in
qualibet parte immediate quā cōtinet et
conſeruat. Non tamē omnino:ſed influ-
it in omnes partes per vnam ſcꝫ per coꝛ.
Et ideo ceſſante illa parte ⁊ eius influen
tia perit oꝛdo eſſentialis ⁊ ita anima ſe-
paratur a coꝛpoꝛe. Eſt tamen conſide-
randum ſm San. Tho. in ſumma parte
prima queſt. lxxvj. ꝙ anima eſt tota in to
to coꝛpoꝛe ⁊ in ſingulis partibus: qͣtum
ad totalitatem eſſentie ⁊ perfectionis: ſi-
cut in ſuperficie alba tota albedo eſt i ſu-
perficie et in qualibet parte ſuperficiei.
Non eſt tamen tota anima in qualibet
parte coꝛpoꝛis ſm omnem potentiam et
virtutem vel operationē:qꝛ nō ſm quali
bet ſuam potentiam eſt in qualibet par-
te:ſed ſm viſum in oculo:ſm auditum in
auribꝰ ⁊ ſic de alijs. Multitudo nāqꝫ po
tentiarū non infert maioꝛitatem in aīa:
ſed multiplicitatē actuū ⁊ operationum.



Tanta eſt igitꝛ in ſui coꝛpoꝛis vna parte
vel in duabus:ſed nō tā multiplex. Non
eſt ergo qͣnta qͣntitate molis ⁊ dimenſio
nis ſed virtutis : ⁊ hec quātitas virtutis
penes potentias aīe ⁊ opationes atten
ditꝛ. Prima ergo opatio aīe eſt viuifica
re. Alie vͦo ſunt mediāte illa. Aliter au
tem poteſt dici qͣnta aīa. ſcꝫ qͣtum ad cer
tum nature ſue terminū vel modū quem
habet oīs creatura:que creata ē in nu-
mero pondere ⁊ menſura: quia ſolus de
us eſt immenſus. Oīs nanqꝫ creatura
habet menſuram ſiue moduꝫ quo ineſſe
limitatꝛ:habet numerū ſiue ſpēm qua ab
oī alia creatura diſtinguitꝛ. Species. n.
rerum ſunt ſicut numeri ſm phm. Qui-
libet eñ numerus ſupaddit nūero imme
diato ante ipm vnitatē: ſic quelibet ſpēs
creature addit vnū gradum virtutis ſup
aliā (vt homo addit ſup brutū rōnalita-
tē: ⁊ brutū ſup vegetabile ſenſibilitatē: ⁊
vegetabile ſup alias ſpēs inferioꝛes viui
ficationē) habet etiam oīs creatura pō
dus ſiue oꝛdinē quo in finem ſuū inclina
tur. Pariformiter in aīa cum ſit creatu
ra: repiuntꝛ in ea modus ſiue vnitas:ſpe
cies ⁊ oꝛdo. vnde dicit magr̄ in. j. diſt. iij.
Et ſententia eſt ſancti Auguſti. in lib. de
trini. Hec eñ que arte diuina ſunt facta
⁊ vnitatē qͣndam in ſe oñdunt: ⁊ ſpēm et
oꝛdinem : nam quodlibet creatoꝛum et
vnū aliquid eſt:ſicut ſunt nature coꝛpoꝝ
⁊ animaꝝ: ⁊ ſpecie aliqua foꝛmatur ſicut
ſunt figure ⁊ qͣlitates coꝛpoꝝ ⁊ doctrine
vel artes aīaꝝ: ⁊ vnūqdqꝫ oꝛdinem pe-
tit ⁊ tenet:ſicut ſunt pondera vel colloca
tiones coꝛpoꝝ: ⁊ amoꝛes vel delectatōes
aīaꝝ. Ex his pꝫ (vt dicit Alexāder in fi
ne tertij) paruitas creature modificate ⁊
menſurate reſpectu dei: cuius magnitu-
dinis nō eſt finis. Paruitas eñ creature
in tribus oñditꝛ. Primo in hoc ꝙ creata
eſt ⁊ habet cauſam: ⁊ hoc remouetꝛ in ſim
bolo Athanaſij cum dicitꝛ. Increatus pr̄
increatus filiꝰ ⁊c̄. Ex q̄ monſtratꝛ cā oīm
nō hn̄s cām. Scḋo oñditꝛ ꝑuitas creatu

re in hoc ꝙ circūſcripta eſt tpe ⁊ loco:qḋ
remouetꝛ cū dr̄ Immēſus pr̄ ⁊c̄. Ex q̄ re
linquitꝛ ꝙ eiꝰ eēntia ē infinita. Tertio oñ
ditꝛ creature ꝑuitas in hoc qḋ habet du-
rationis ſue terminū:vel ex pte vtraqꝫ. ſ.
pncipij ⁊ finis:ſicut res tpales q̄ habent
pncipiū ⁊ finem:vel ex pte aliq̄: vt res ꝑ-
petue q̄ pncipiū habēt licet nō finem : vt
ſunt angeli ⁊ aīe:celū ⁊ terra. Illud to-
tum remouetꝛ cū dr̄ in ſimbolo Eternus
pater eternꝰ filius ⁊c̄. Homo diffinitꝛ G
Qͣtum ad tertiū pncipale huius capl̄i vi
dendū eſt de hoīs diffinitōe. Vñ ꝯſide-
randū ꝙ aliter diffinitꝛ hō ſm aīaꝫ:aliter
ſm coꝛpoꝛalē ſubſtātiam : aliter ſm totū
ꝯiunctū:aliter ſm vitam. Homo ſm ani Hō ſm aīaꝫ
mā deſcribitꝛ. Eſt ſpūs rōnalis: de nihilo
ad imaginē dei factus: ⁊ nihilominus ad
beatitudinē cum coꝛpe oꝛdinatus. Vera
aīe eſt hec diffinitio: ⁊ declarata ē ſupꝛa Homo ſm
ca. iij. Scḋo deſcribitꝛ homo ſm carnis carnis ſbam
ſubſtātiā. Eſt eñ coꝛpus hoīs ſbā coꝛpo
rea:ex limo terre foꝛmata:habens vitam
in potentia: ⁊ habet ſe ad aīam: ſicut ma
teria ad foꝛmā: ⁊ pfectibile ad pfectioneꝫ
ſuam: ⁊ etiam ſicut mobile ad ſuū moto-
rē. Contemplanda eſt hic hoīs vilitas ex
materie vilitate : nam inter oīa mundi
coꝛpa: coꝛpus hoīs foꝛmatū eſt ex viliori
materia . Nā celeſtia coꝛpa ex luce facta
ſunt piſces ⁊ volatilia ex aqua. Greſſibi-
lia vͦo de terra : ſ coꝛpa humana nō ſunt
ſolū ex tra: ſ ex tra limoſa ſiue lutoſa. ſic
pꝫ Geñ. j. vñ Innocētius dicit foꝛmauit
deus hoīem de limo tre: q̄ ceteris ē vilioꝛ
elemētis . Conſiderās ergo hō aquatica
ſe vilem inueniet:ꝯſiderās aerea ſe vilio
rē inueniet. ꝯſiderās celeſtia ſe viliſſimū
reputabit: nec ſe audebebit pferre terre-
nis:nec equare celeſtibus:qꝛ ſe parē imo
minoꝛē iumētis inueniet iſta ꝯſiderans.
Tertio diffinitꝛ hō ſm totū ꝯiunctum Hō ſm totū
Homo eſt aīal rōnale moꝛtale:rōnale ꝓ ꝯiunctum.
pter aīaꝫ:moꝛtale ꝓpter coꝛpus ⁊ carnis
ſbam. vñ dicit Berñ. ꝙ iſta duo in diffini
tione hoīs poſita ſunt vt rōnale moꝛtale

ꝯfortet: ne hō deſperet: ⁊ mortale rōnale
humiliet: ne ſe ꝑ ſupbiam ſurſum leuet.
Autor etiam de ſpū ⁊ aīa hanc declarat
diffinitionē inquiens. Illud ſiquidē nos
maxime mouere debet: ꝙ a veteribus ſa
pientibus ipſe homo ita diffinitꝰ eſt. Ho-
mo eſt aīal rōnale mortale: hoc gñe poſi-
to: ꝙ aīal dictū eſt: additas duas drīas
habemus quibus amouēdus erat homo:
⁊ quouſqꝫ redeundū eſſet: ⁊ vñ fugiēdū
Sicut eñ ꝓgreſſus aīe vſqꝫ ad morta-
lia lapſus a rōne: ſic regreſſus eius vſqꝫ
ad rōnem eſſe deberet: qua impugnātibꝰ
vitijs reſiſtere valeret: vt ſm naturā ſuā
viuat ⁊ ordinē appetat: ſub illo ſcꝫ a quo
regi debet: ⁊ ſupra ea que regere deberet.
Uno verbo qđ rōnale dr̄ ſepaꝛ a beſtijs.
Alio quod mortale a diuinis: illud niſi te
Porphiriꝰ nuerit beſtia erit: huic niſi adheſerit diui-
na non erit. Porphirius aūt ſm errorē
platonicoꝝ: dicit ꝙ in diffinitōe hoīs hec
drīa mortale ponitꝛ: ad drīaꝫ Cacho-
demonū ⁊ calodemonū quos deos vocabāt
Dicit .n. in caplo de drīa. Sumꝰ eñ rō-
nales vt dij ẜ mortale ſupadditū ſepat
nos ab illis. Ponebant eñ platonici de-
mones eſſe aīalia: mente rōnalia: corpe
aerea: impaſſibilia ⁊ immortalia. Demo
nes quādoqꝫ apparebāt gētilibus in cor
pore aſſumpto de aere cōmixto vapore
terreo ⁊ aqueo: bona reſponſa dātes: quos
Calodemon vocabāt Calodemones .i. bonos āgelos
quaſi boni: vel bona ſciētes: aliqñ mala
Cachode- reſponſa dabāt hos vocabāt Cachode-
mon. mones quaſi mali vel malū ſciētes. Calos
eñ bonū ⁊ cachos malum interpꝛtaꝛ. Id
circo ydolatre poſt eos gladijs ꝑcutien-
tes nil niſi aerē diuidebant: idcirco ipſos
impaſſibiles ⁊ mortales dicebāt: ẜ licꝫ bo
ni ⁊ mali angeli corpa aſſumāt ea regen-
do vt motores: nō tñ ea viuificāt ⁊ infor-
māt ea vt aīa: idcirco nec hoīes nec aīa-
lia demones ſunt: nec ꝓprie angeli ⁊ de-
mones rōnales ſunt: quin potiꝰ intellectua
les: q: intelligūt intuēdo ſine inquiſitōe ⁊
cōpoſitione. Hō autē dr̄ rōnalis: q: appꝛe-

hendit inquirendo: ꝯferendo ⁊ cōponēdo
vt ſepe dictū eſt. Ideoqꝫ cum angeli bo-
ni ⁊ mali nō ſint aīalia rōnalia: per diffe-
rentiā rōnale nō excluduntꝛ a diffinitiōe
hoīs. Et licet Grego. in omelia epipha
nie noīat angelū aīal rōnale: hoc non eſt
rōne forme ẜ rōne opationis aīali debite.
Sepe .n. angeli apparēt in aſſumpto cor
pore: exercentes opationē aīalis rōnalis
ſcꝫ hoīs. Hec eñ corpa aſſumpta nō ha-
bēt verā formā cōplexionē ⁊ organiſatio
nē humanā: ẜ ſolum effigiem. Ex dicta
diffinitione ꝯtemplari poſſumꝰ dignita-
tē maximā hoīs: ꝙ ſcꝫ ſm aīam hō ē cre-
atura rōnalis: ẜ ad quid data ratio hoīm
reuera vt ſenſibus ⁊ ſenſibilibꝰ derelictis
circa ea que rōnis ſunt ꝯuerſetꝛ: hec ē ſum-
ma dignitas hoīs ꝑ quā homini ſubdita
eſt oīs creatura: ſm illud Oīa ſubie-
ciſti ſub pedibus eius. vñ ſicut docetꝛ in
libro de ſpū ⁊ aīa: aīa nec ſe nec deum co-
gnoſcit: niſi ſe retrahat ab oībus ſenſi-
bus carnis tanꝙ eā impedientibꝰ. vnde
querit Auguſti. Quid eſt ꝙ bruta nos ex
cedunt in ſenſibus. Quis eñ eſt qui poſſet
equari tauris ⁊ multis aīalibus in forti-
tudine: quis tigribus ⁊ auibꝰ in velocitate
quis lincibus ⁊ aquilis in viſus acumine: quis
vulturibꝰ in odoratus viuacitate: ⁊ ſi ſic
ꝑ oīa que ſunt corpis intuitu mētis trāſieris
te a brutis ſupari videbis. Tu ergo qui rōna-
lis es cām rei exquirere debes. Eſt ergo cā
vt dū hō nobiliſſima creaturaꝝ dei ima
gine inſignita. videt ſe in his que ſunt corpis
ſupari a brutis: diſcat bona nō in exterio
ribꝰ eſſe querenda: ẜ in ſuis intimis ꝑſcru-
tanda: vñ dū hō aliquid ſenſu capit nō ibi
ſubſiſtat: ẜ ſtatim ad interiora reducat ⁊
de eo ſm iudicium rōnis iudicat. Uita H
hoīs: duplex ſocialis ⁊ ſolitaria. Quar Uita homi
to hō deſcribitꝛ qualis debeat eſſe ſm vitam nis dupl
a phō .x. Ethi. Hō eſt aīal rōnale: politi-
cū ⁊ ſociale. Ex hac deſcriptiōe duplex vi
ta hoīs eliciꝛ. Prima noīaꝛ vita politica
ſeu ſocialis. Secūda diciꝛ vita ſolitaria
⁊ ſingularis. Conſiderandū ꝙ vita ali-



cuius dicitur operatio quā ipſe exercet.
Uniuſcuiuſqꝫ hoīs vita cōſiſtit in ope-
ratione que eſt in eo pncipalior: a qua ⁊ de
nominaꝛ. Sunt quidam (ex corruptela
peccati detenti circa ſenſualitatem: ſic ꝙ
operationes potentiarū ſuperioꝝ rōnali
um ceſſant impediuntꝛ ⁊ deficiūt) exercē
tes operationes aīalium irrōnalium que
ſm fantaſiam ⁊ appetitum ſenſitiuū vi-
uunt: ⁊ tales nō rōnales quin potiꝰ carna-
les beſtiales brutales irrōnales a phō .j.
Ethi. noīantꝛ. Sūt quidā hoīes ſm actꝰ rō-
nis viuētes: ⁊ hi ꝓprie hoīes ⁊ aīalia rōna
lia noīantꝛ. Sed q: vt habitum eſt caplo
xxx. Ratio duplex eſt ſuperior ⁊ inferior.
Quidam hoīes vt deo licentius vacent:
exercent operationes rōnis ſuperioris:
cuius actus eſt rebus eternis intendere:
cōtemplādo cōſpiciēdo conſulēdo eter-
nas leges: ex eis accipiēdo regulas agen
doꝝ: ⁊ hi ducūt vitā ſolitariā. Quidā ve
ro hoīes exercent opationes rōnis inferi
oris. Cuius actꝰ eſt ꝑ leges humanas de
trāſitorijs iudicare ⁊ diſponere: ⁊ hi du-
cunt vitā politicam ciuilem ⁊ ſocialē ꝓut
in dicta deſcriptione hominis dicitur.
Et quia ſolitariū diſtinguitꝛ cōtra ſocia
le: prius eſt videre quot modis aliquid di-
citur ſociale in vita humana morali: ad
inueniendū diſtinctionē multiplicē vite
ſolitarie: nam dicit Cancella. pariſieñ. ſu
per Mḡt. tractatu .xj. Ꝙ phs duas po-
nit ſocietates ſcꝫ yconomicam (que ne-
ceſſaria eſt ciui ad familie gubernationē:
vxoris vicꝫ liberoꝝ ⁊ ſeruoꝝ) Et politi-
cam que duplex eſt. Una eſt ciuitatis ꝑfe
cte que cōſiſtit in tranquillo cōuictu ciui
um vni principanti pacifice ſubiectorum
Alia ſocietas politica eſt patrie magne ſi
ue ꝓuincie: ⁊ talis diciꝛ regnatiua: vbi re
ctor gubernat ſm recte rationis iudiciū
ꝓuincias ⁊ regna: ꝓut dictum eſt ſupra
ca. xlv. de lege ciuili. Scđm multiplicē
vitam ſocialem Cancella. quadruplicem
ponit vitam ſolitariam. Prima eſt celiba

lis. Scđa monachal'. Tercia heremitica
lis. Quarta ſapiētialis. Uita celibalis eſt
vita creature rōnalis abdicans a ſe ſocie
tatem cōiugalem ꝓpter deum: vt liberius
ei ſeruiatur in continētia corporali. Cui
opponitꝛ yconomica ſocietas. Et appro-
priatur ſacerdotio vel ordini ſacro: quis
alij ſint celibes ꝙ ſacerdotes vel ordinis
ſacri ꝓfeſſores: ſed nō ad ſacra deputati
myſteria (diciꝛ autem celibalis a celebs
qui celeſtem vitam ducit: vir ſine vxore:
vel mulier ſine viro in caſtitate ⁊ ſollici-
tudine ſeculari) Uita monachalis vltra
celibalem: abdicat a ſe appropriationem
rerum perſonalium ⁊ ꝓpriam voluntatē
propter deum in penitentia ſalutari: cui
opponitur politica ciuilitas. Et eſt mo-
naſterij vel cenobij vel cauſtri ⁊ hominū
ſub triplici voto viuentium. Uita heremi
ticalis vltra monachalē: abdicat a ſe ſo
cietatem humanam ſm loca et tempora
propter deum in abſtinētia ſingulari ali-
ter ꝙ monachalis: cui opponitꝛ politica
ſocietas. Et eſt heremi vel deſerti ⁊ homi
num loco ſegregato ſe continentium pro
pter deum. Uita ſolitaria ſapientialis re
peritur in quolibet genere vite ſolitarie
triplicis ſcripte. Et eſt vita abdicans a ſe
quantū fert hūana fragilitas: quicquid
obſtare poteſt ſapientie contemplande:
propter deum ⁊ experientie ſaporoſe. Et
iſta vita eſt ſtudij nō qualiſcūqꝫ ẜ diuine
ſapientie. Et eſt hominum apud ſemet-
ipſos contemplantium: curis omnibꝰ vi-
tam ſocialem concernentibus poſtpoſi-
tis. Finis huius quarte vite ſolitarie ge-
neralis eſt de iure vel facto cuilibet homi
ni: ſcꝫ vniri deo per gratiam et virtutes.
Iſte vero finis eſt homini contemplati-
uo ſpecialis ⁊ primus. Exercitium vero
hominis ꝯtemplatiui eſt vt ſtudeat alter
natim: nūc intelligere que fide credit: nūc
ſapere vel ſaporare ea per affectum que
credidit aut intelligit per intellectū. Hic
eſt enim duplex oculus cōtemplationis

ſe mutuo iuuãs ⁊ ꝯſequẽs: ⁊ hoc ſm du
plicẽ vim rõnis ſuperioꝛis: in qua duplex
pars create cõſiſtit imaginis beate trini,
tatis: intellectus ſcʒ ⁊ affectus: ſiue ratio
⁊ voluntas: ſiue intelligẽtia veri ſummi
boni: ⁊ ſinderesis ꝓut dr̃ ſcintilla tendẽs
in amoꝛẽ primi boni. Exemplũ accipiat̃
de ſapiẽtiſſima mulierũ ꝟgine matre. Le,
gitur de Maria ꝙ cõſeruabat oĩa verba
que de xp̃o erant: cõferẽs in coꝛde ſuo.
Ecce duplicem finem contemplantis in,
telligẽde ſcʒ ſapiẽtie ⁊ aſſidue meditande
in coꝛde ſuo: qđ intelligit̃ ſuperioꝛ pars
rõnis vel arx mentis. De vita ſolitaria iã
expoſita: dicit̃ in pſal. centeſimo primo
ſub tribus auib⁹ ſolitudinis. Similis fa,
ctus ſum pelicano ſolitudinis. Hec ẽ ap
Pelicanus propꝛiatioꝛ heremitis (pelicanus inquit
Iſido. auis eſt egyptia habitans in ſoli,
tudine nili fluminis) Et factus ſum ſicut
nocticoꝛax in domicilio. Hec cenobitis ⁊
nocticoꝛax monachis (Nocticoꝛax vt dicit glo. i do,
micilio vel parietinis: q̃ vulgo dicunt̃ ru
ine: vbi parietes ſtant ſine tecto habitat
vt nocticoꝛax auis q̃ noctem amat: ⁊ dici
tur nocticoꝛax a nocte: ⁊ coꝛax qđ eſt coꝛ
uus noctis: quia in nocte vigilat ⁊ volat)
Paſſer Uigilaui ⁊ factus ſum ſicut paſſer ſoli. in
tecto. Hec pro cõtemplatiuis quaſi ſuꝑ
tectum in ciuitatibus ſibimet vacãtibus.
I Ad clarioꝛem dictoꝝ intelligẽtiam cõ
ſiderãdum ꝙ vita ſolitaria deſcribitur ꝑ
Cancella. ſuꝑ Mgt. Uita ſolitaria eſt vi
ta nature rõnalis ſiue intellectualis: que
agitur ſegregatim a multis ⁊ ꝓpter deuʒ
Ad intelligendum p̃dictam deſcriptionẽ
Notandum ꝙ vita accipitur dupliciter
Uno modo pro eſſe vitali in viuentibus
Et ſic dr̃ ſcđo de aĩa: viuere in viuentib⁹
eſt eſſe: ⁊ ſic aĩa eſt vita pꝛima: quia dat
eſſe coꝛpoꝛi: ⁊ coꝛpus animatũ habet vi,
tam pꝛimã. Scđo vita accipit̃ pro vitali
opatione elicita ſiue ꝓducta de re ſeu de
anima que eſt vita pꝛima. In dicta diffi,
tione vita accipit̃ pro vita ſcđa: q̃ eſt pro
ueniens ꝓfluens aut emanãs a vita pri,
ma: ſic intellexit ph̃s q̃ poſuit felicitatem
hominis: nõ in habitu ſolo cũ ſtoicis: ſed
in optima opatione: reſpectu optimi ob,
iecti: per optimam potẽtiam: optimo ha,
bitu roboꝛatam: ſic dicebat xp̃s. Hec eſt
vita eterna vt cognoſcant ⁊c̃. vt patʒ ſu,
pꝛa ca. xlv. de lege ciuili. Dicit̃ ergo in de
ſcriptione nature rõnalis ad excludendũ
beſtias ⁊ aues quaſdã in ſolitudine viuẽ
tes quibus non eſt vita ſolitaria qꝛ non
ſunt rõnales. Excludunt̃ etiam per hãc
particulã demones quos poꝛphiri⁹ pla,
tonicus (vt dictum eſt) poſuit eſſe aĩalia
rõnalia: quos deos vocat: ⁊ compoſitos
ex aĩa ⁊ coꝛpoꝛe ꝑ immoꝛtalitatem diffe,
rentes ab hoĩe. Hi ſm catholicos nõ ſũt
aĩalia. Nam coꝛpus aſſumptum non in,
foꝛmant ſed mouent: quãuis aliq̃n ratio
nalis impꝛopꝛie dicit̃: natura q̃libet que
poteſt vti rõne: q̃ libertatem hʒ arbitrij:
potens in oppoſita. Iuxta quẽ modũ lo
quendi deus ⁊ angeli dicerent̃ nedum in
tellectualis nature ſed ⁊ rationalis. Pro
pꝛie tñ vt ſepe dictum eſt: homo dr̃ ratio
nalis: angeli intellectualis nature: ꝓpter
quos dr̃ in dicta deſcriptione ſeu intelle,
ctualis. Cum ergo angeli ſint intellectua
lis nature: ergo intellectualiter viuũt vi,
ta ſolitaria ſapientiali ⁊ contemplatiua.
Uident enim ſemꝑ faciẽ patris qui in ce
lis eſt. Otumcũqʒ etiã angeli mittantur
ad tpalium rerum adminiſtrationem: ſꝑ
deo inherent ꝑ iugẽ contemplationem ⁊
ꝑ apertam viſionem. Demones vero q̃s
platonici aĩalia rõnalia vocãt. Ratione
⁊ intellectu excecati: per maliciã in volũ,
tate obſtinati a deo vltimo fine auerſi p̃,
uant̃ contemplatione ⁊ aperta dei viſio
ne: q̃ fruitionem ſupꝛemã cũ delectatio,
ne includit. Uiuunt etiam angeli ⁊ ho
mines ſaluati ſocialiter ac ciuiliter. Glo,
rioſa dicta ſunt de te ciuitas dei: loquit̃
ꝓpheta de ciuitate celeſti. Concludẽs. Si
cut letantium omniũ habitatio in te. Et
in ꝓſa. Superne matris gaudia (quã. ſ.
edidit Greg. vel Hugo de ſancto victoꝛe



vt alijs placet) ꝙ felix iſta ciuitas in qua
iugis ſolennitas: ⁊ ꝙ iocũda curia q̃ cure
ꝓꝛſus neſcia. Dicitur in deſcriptione
vite ſolitarie: que agit̃ ſegregatim a mul,
tis: per hanc parti culã datur intelligi dif
ferentia a vita ſociali: que in multitudie
agit̃: ſed vita ſolitaria ſepatim a turba vt
erat iohẽs puer in deſerto. Addit̃ extre
mũ ꝙ ſegregatio fit ꝓpter deũ. In hac ꝑ,
ticula datur intelligi cauſa finalis vite ſo
litarie q̃ agit̃ ꝓpter deum: qui de⁹ eſt gr̃a
ſui ſiue ꝓpter ſeip̃m: ⁊ nobilis in ſuꝑmo.
Dicit̃ igit̃ ꝓpter deum ad excludendã ſo
litariã vitam ⁊ contemplationẽ phoꝝ.
Unde ꝯſiderandũ ꝙ vita contẽplati,
ua conſiſtit in actu cognitionis ⁊ ſpecula
tionis intellectus. Non abſolute ſ; inq̃,
tum talis actus oꝛdinat̃ in affectuʒ ⁊ gu
ſtum volũtatis: ꝑ ꝯxperimentalẽ vicʒ co,
gnitionẽ amoꝛis (Amoꝛ ſm Grego. noti
cia quedã eſt) guſtando ꝙ ſuauis eſt do,
minus: q̃ eſt obiectũ optimũ ⁊ ſummum
bonũ ad quod tendit contẽplatio. Cũ au
tem actus ⁊ operatio ſit media inter ope
rantẽ ⁊ ip̃m obiectuʒ ad qđ tẽdit ip̃a ope
ratio: dupliciter põt hec operatio deſide,
rari. Uno mõ inq̃tum eſt perfectio ope,
rãtis: et tale deſideriũ ꝓcedit ex amoꝛe
ſui. Alio mõ põt deſiderari talis opera,
tio inquantũ terminat̃ ad tale obiectum
⁊ ſic deſideriũ ꝯtemplãtis ꝓcedit ab ob,
iecto amoꝛe. Differũt igit̃ vita contẽpla,
tiua phoꝝ et theologoꝝ. Nã contempla
tio phoꝝ ꝓcedebat ex deſiderio et amo,
re cõtemplantiũ: ex ſola inueſtigatione ⁊
cognitione veritatis: cui⁹ cognitionis na
tura eſt ꝙ plus ſatagit ip̃m cognitũ ad ſe
trahere ⁊ ſibi aſſimilare ꝙ ad ipſum eat.
Quod innuere videt̃ ph̃s dicẽs: verum
eſſe in aĩa: bonũ in rebus: ſic phoꝝ inue,
ſtigatio: nõ vita contẽplatiua quĩn poti⁹
vita ſpeculatiua dicenda eſt: q̃ ſi ſola eſt
ſine affectu nunq̃ quietat: ſed famelicuʒ
quoddã ieiunium ⁊ deſiderium inane re
linquit in anima ſpeculantis. Quod ap,
paruit in maximis ph̃is qui poſt omnes
inquiſitiones ſuas tedio affecti quia non
refecti: dixerũt hoc vnum ſe ſcire ꝙ nihil
ſcirent. Ecce ꝙ inanis refectio: vbi ꝑ tot
tempoꝛa per tot ſtudia nihil niſi vanitas
inanis in viſceribus animarũ reperta eſt
Uita aũt contẽplatiua theologoꝛum pro
cedit ex deſiderio ⁊ amoꝛe dei contẽplan
di: inquantũ lumẽ ⁊ cognitio intellectus
tranſit in ardoꝛem et amoꝛem affectus:
vt ſit oculus vbi amoꝛ. Idcirco egregius
ille contemplatoꝛ Aug⁹. oꝛabat. Fac me
p̃coꝛ dñe guſtare per affectum qđ intelli
go per intellectũ. Fac me ſentire ꝑ amo,
rem qđ ſentio per cognitionẽ: vñ Grego.
ſuꝑ Ezechielẽ. Contẽplatiua vita eſt cha
ritatẽ dei ⁊ ꝓximi tota mente retinere: et
ab exterioꝛi actione quieſcere: ita ꝙ nil li
beat agere: ſed calcatis curis oĩbus ad vi
dendum faciẽ ſui creatoꝛis animus inar
deſcat. Pro dictoꝝ intelligentia clari,
oꝛi hic inferunt̃ tria coꝛrelaria. Pꝛimum R
de vita ſociali. Scđm de vita ſolitaria.
Tercium de vtraq̃. Coꝛrelarium p̃mũ.
Hõ ſm Aug⁹. eſt animal manſuetũ natu
ra. Hec qualitas cõpetit homini ciuiliter
⁊ ſocialiter viuenti. Ex natura eñ hõ eſt
animal manſuetũ: conſtat ꝙ natura nec
abũdat in ſuꝑfluis nec deficit in neceſſa,
rijs. Uidemus ꝙ natura animalib⁹ dedit
arma. quibuſdã coꝛnua: quibuſdã dẽtes
feroces: quibuſdã vngues: quibuſdã ro,
ſtra: quibuſdã venenũ pro defenſione: q̃
buſdã agilitatem dedit membꝛoꝝ ad fu,
giendũ: vnde natura nihil hoꝝ ꝯtulit ho
mini: ſed oĩa mẽbꝛa dedit homini mol:
lia ad nullã leſionem apta: ergo ſi natura
nõ deficit in nobiliſſima creatura: hõ eſt
animal manſuetũ natura: ſed res in con,
trarium verſa eſt: qꝛ qđ natura negauit
ars diabolica adinuenit. Quod eñ aĩal
quantũcunq̃ crudele: tot habet ad impu
gnandũ arma quot inuenit humana ma
licia: vbi hodie inuenitur tanta crudeli,
tas ſicut vbi deberet eſſe mãſuetudo hu,
manitatis: ergo ſi a quocunq̃ diffinitio
remouetur: ⁊ ipſum pariter quod diffini

tum eſt tollitur: dum animal manſuetuꝫ
eſſe deſieris natura hoīs ſpoliaris: hec
eſt ratio moꝛalis cur natura nō ꝓuidit
homi de armis ſed brutis. Eſt ⁊ alia ra-
tio naturalis: quia natura non potuit ꝓ-
uidere homini de armis defenſionis et
etiam de tegimēto ſicut brutis: quib⁹ de-
dit pelles et pilos pro indumēto: coꝛnua
dentes ⁊ hmōi pro armis: quia in talib⁹
non eſt niſi natura ſenſitiua q̄ ad vnum
eſt determinata: et ideo de talibus potu-
it ſufficienter ꝓuidere natura. Homo
autem rationalis eſt nature: que non eſt
determinata ad vnum: ſed habet viaꝫ ad
deſperata ⁊ contraria: ⁊ ideo non potuit
ſibi ſufficienter prouidere natura que de
ſe ad vnum eſt determinata: ſed loco hu
ius habet homo intellectum: per quē po
teſt excogitare diuerſas artes et modos
faciendi ſibi veſtes arma: habet etiā ma-
nus ad operandum talia: ⁊ ideo opoꝛtet
hominem de talibus ſollicitari modera-
te et ſm̄ regulam rationis: q: ſollicitudo
rationalis eſt pars prudentie. Coꝛrela
L rium ſcdm̄ de vita ſolitaria. Homo ſoli-
tarius aut deus aut beſtia. j. politicoꝛum.
Homines enim vitam ſocialem deſeren
tes vitam ſolitariā eligunt tribus de cau
ſis: vt ponit phus. j. politice: quia aut ta-
les ſunt vt dij: aut ſicut beſtie: aut bonis
foꝛtune priuati. Aliqui enim tacti amoꝛe
dei vitam ſocialem deſerunt ⁊ ſolitariaꝫ
eligunt: vt expeditius diuine contempla
tioni vacare poſſunt: tales poſſunt dici
dij participatiue: vt dicit̃ pſal. lxxxj. Ego
dixi dij eſtis: quia deo aſſimilari ſtudent
in contemplatione. Amoꝛ enim nedum
vnit amantem cum amato per confoꝛmi
tatem voluntatis (Sicut oꝛamus fiat vo
luntas tua ⁊c̄. Concoꝛdat aplus. Qui ad
heret deo vnus ſpiritus eſt cum eo. Con
coꝛdat phus in ethicis. Amicoꝛum ē idē
velle et nolle. Amicus eſt alter ego) verū
etiam transfoꝛmat amantem in amatum
pꝛout dicit Aug⁹. Si deum amas: de⁹ es
ſi terram terra es. Qualiter autem fit
transfoꝛmatio animantium. Cancellari⁹
pariſieñ. de theologia myſtica. Cōſidera
tione. xlj. edocet. Adducit autem ſimilitu
dinem ferri candentis ſeu carbonis igni-
ti: vbi carbo ⁊ ferrum remanent ſub eſſe
ꝓpꝛio: induunt tamen quaſdam ꝓprieta-
tes ignis ſeu caloꝛis incoꝛpoꝛati: ⁊ quaſi
ꝓpꝛias perdunt: vt frigiditatem rigoꝛem
⁊ nigredinem: ſic q̄ ferrum illud candēs
videtur eſſe totaliter ignis. Sic aīa amāſ
remanet in eſſe ꝓpꝛio quod habet in ſuo
genere: ſed dicit̃ tm̄modo ſimilitudina-
rie transfoꝛmari: ſic dicimus amantium
coꝛ vnum ⁊ animam vnam: inquantum
amans aſſimilatur in quibuſdam pro-
prietatibus amato. Qualiter autem
homo transfoꝛmetur in deum per aſſimi
lationem conſiderandum q̄ ad hunc fi-
nem conditus eſt homo: vt ſuo creatoꝛi
coꝛdialiter et amoꝛoſe vniatur. Hic i via
per meditationem ⁊ contemplationem:
in futuro per ꝑpetuam fruitionem: q̄ nō
eſt aliud q̄ ꝑfecta delectatio. Homo igi-
tur ad imaginem ⁊ ſimilitudinem dei fa-
ctus: per tres vires ſuas ſupmas: tendit
et transfoꝛmatur in deum: vt poſſet fieri
particeps ſimilitudinis dei. Sunt aūt he
vires: rationalis cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibi
lis. Homo igit̃ ſolitarius in cōtemplatio
ne cōuerſus ad deum potentiſſimū: pur-
gatur ad reiectionem mali: ⁊ foꝛtificatur
ad operationem virtutis in iraſcibili: illu
minatur ad cognitionem veri et falſi: et
infoꝛmatur ad diſcretionem boni ⁊ mali
in vi rationali dum cōuertit̃ ad deum ſa
pientiſſimum. Conuerſus homo ad deū
clementiſſimum perficit̃ ad dilectionem
boni: ⁊ inflāmatur in dulcoꝛe ⁊ guſtu ſu-
auiſſimo diuine bonitatis in cōcupiſcibi-
li: et hec eſt ꝑguſtatio beatitudinis futu-
re ad quā homo finaliter oꝛdinatus eſt.
Ecce qualiter homo ſolitarius per contē
plationem transfoꝛmatur in deum: parti
cipando potentiam ſapientiā ⁊ bonita-
tem: que ſunt appropꝛiata perſonarū in
diuinis: pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Econtra
homo ſenſibilibus per cognitionē ſenſiti
uam ⁊ amoꝛē ſeu appetitum ſenſitiuum



inherens: deſinit eſſe rōnalis (Dicit em̄
phs: quādo res nō facit illud ad qđ eſſe
debet deſinit eē qđ eſt) ⁊ ſimilis beſtijs ex
iſtit: que vltra ſenſum ⁊ appetitū ſenſiti-
uum nil aliud receperūt. Senſitiuus q̄p-
pe appetitus inq̄tuꝫ nō obedit rationi
⁊ voluntati: eſt quid brutale in nobis: ꝑ
quem infra naturā humanā redigimur:
⁊ beſtijs ſil'es efficimur. Ideo dicit Boe
tius de ſummo bono. Ve vobis homini-
bus qui de nūero beſtiaꝝ eſtis computa-
ti: diuinū in vobis non cognoſcētes ꝑ qđ
ad ſuperioꝛa aſcenditis. Diuinū autē in
homine vocat rōnem ⁊ voluntatem: per
quas homo eſt ad imaginē dei. Boetius
inſup ꝓſa tertia: quarti libri de cōſola.
Valde elegant ꝓbat: qualiter homines
ꝑ diuerſa vitia transfoꝛmāt̃ in diuerſas
beſtias: dicens. Euenerit igit̃ vt quē trāſ
foꝛmatū vitijs videas: hominē eſtimare
nō poſſet. Pꝛobat em̄ ibidem. q̄ violēti
raptoꝛes alienarū opum: ſunt ſimiles lu
pis. Litigioſi linguis canib⁹: fraudulenti
vulpeculis: irati leonib⁹: timidi ceruis:
ſegnes aſinis: inconſtātes auibus: libidi
noſi ſuibus ⁊ poꝛcis cōꝑant̃. Poſtremo
cōcludit Boe. Ita fit vt qui ꝓbitate de-
ſerta: homo eſſe deſierit: cum in diuinam
cōditionē tranſire nō poſſit: vertat̃ in be
luam. i. in beſtiam. Alij ſunt hoīes (ꝓ-
ut in pꝛincipio huius capituli dictū eſt.)
qui eligunt vitam ſolitariā: ꝓpter naturā
ſilueſtrē ⁊ ferocē ⁊ ad cōuiuendū cū alijs
impoꝛtabilē: tales ſub iugo legis ſimul cuꝫ
alijs ſtare non valentes: beſtie dicunt̃ nō
homines: q: hominū eſt inſimul ſocialit̃
viuere: hi in beluas trāſmutant̃: de q̄buſ
iam dictū eſt. Tertij ſunt hoīes qui ci-
ues eſſe nō poſſunt. Sunt em̄ bonis foꝛ-
tune priuati: puta diuitijs ⁊ potentia: hi
paupertate depꝛeſſi ciuitates deſerere co-
gunt̃ ⁊ loca campeſtria ⁊ ſolitaria ad a-
gros excolendos habitare. De ſolita-
rijs hominū cōſoꝛtia fugientibus vt libe
rius deo vacēt. dicit apl's Hebꝛeo. xj. In
ſolitudinib⁹ errātes in mōtibus ⁊ ſpelū
cis ⁊ in cauernis terre. Talia loca inha-
bitabāt pies antiqui ⁊ moderni anacho-
rite vt eſſent in loco apto diuine ꝯtēpla-
tioni. Pꝛopter quod phs. j. Politicoꝝ.
Poſtq̄ ꝓbauerat hominē eſſe anial ciui
le: ſubiunxit q̄ ille qui refugit cōem habi
tationē hominū: vel eſt beſtia: vel melioꝛ
homine: q: ſi homo refugiat hoc ꝓpt̃ ma
liciam ſuam nō potens cum alijs cohabi
tare ꝓpter defectum ſuū in moꝛibus: ca-
dit a dignitate humana in dignitatē be-
ſtialeꝫ. Si aūt refugiat cōmunitatem ho
minū vt liberius vacet cōtemplationi di
uine: excedit cōmunē ſtatū hominū ⁊ eſt
quidā deus int̃ alios hoīes ſm̄ phm̄. Et
illud dicit apl's. Quib⁹ dign⁹ nō erat mū
dus: ꝑ hoc q̄ fugiebant a ſocietate alioꝝ
ptꝫ q̄ hoīes mūdani nō erant digni ſoci-
etate illoꝝ ꝓpter culpam mundialem.
Coꝛrelariuꝫ tertiū eſt de vtraq; vita q̄
fit eligibilioꝛ. Rn̄det Cancell'. in hec v̄ba M
determiat Areſto. philoſophica rōne: vi-
tam cōtemplatiuā ſimplicit̃ optimū eſſe
hoīs bonā: ꝯſonat oīns theologiſantiū
choꝛos. Determiat h̄ Aug. q̄ ociū verita
tis inq̄rēde: ꝓferendū ē negocio charitat̄
ſi vllus imponat. Verūtn̄ vtraq; vita: ſo
litaria cōtēplatiua ⁊ ſocialis actiua pul-
cra eſt vtraq; meritoꝛia: vtraq; donum
dei: vtraq; diſtributio ſpiritusſancti: vtra
q; eſt miſtici coꝛpoꝛis oꝛnamentū ⁊ mem
brū. Legat̃ elegātiſſima ſil'itudinis iſtius
deductio ꝑ apl'm ad Coꝝ. itroducta. Alij
q̄dē ꝑ ſpm̄ dat̃ ſermo ſapie (Sapia nāq;
eſt amoꝛ ſapoꝛ ⁊ guſt⁹ boni in q̄ mēꝯtē
plātis delectat̃) Alij ſmo ſcie (ſcia ē co-
gnitō hūanaꝝ reꝝ) Alij fides (q̄ ē pax in
credēdo ⁊c̄) Ecce q̄ ſmo ſapie: q̄ eſt gr̄a
ꝯtēplatiōis ꝑ ſpm̄ſctm̄ nō oīb⁹ dat̃: ſicut
nec gr̄a ſanitatū: nec ꝓphetia: ita d' reliq̄s
Opoꝛtet ḡ ꝓpꝛiā cōplexionē agnoſcē.
Philoſophicū eſt aīas inſeq̄ coꝛpa: nō ſe
c̄la neccitatis vel coactōis: ſ; inclinatōie.
Iuuat aūt miris modis inclinatio nālis
Tradit he. Greg. vj. moꝛaliū: quoſdā ho
mines inueniri nāe trāq̄llioꝝ aptiſſimos

ad ociũ cõtemplationis. Alios etiã inue
nit: nature tam inquiete ⁊ varie: vt ociũ
cõtẽplatõis vel nõ poſſint vel moleſtiſ-
ſime pñt ferre: ⁊ hos mittit ad vitã ſocia
lem actiuaꝫ. Tales ſunt iuuenes morbꝰ
ꝗ ad operationẽ virtuoſaꝫ mittendi ſunt
ne vacent. Multa eñ mala docuit ocio-
ſitas. vñ ꝗdaꝫ philocapto mederi volẽs
ait: loca ſola nocent: loca ſola caueto: ta-
lis nõ cũ deo ſed cũ deſiderio rabioſo cõ-
tinue loqueret ⁊ transformaret in beluã
Occidunt deſideria pigrum pſertim ſine
lrĩs: cuius ociũ mors eſt (Seneca teſte)
⁊ viui hois ſepultura. ⁊ Oratius. Si nõ
intendas ſtudijs ⁊ rebus honeſtis: inui-
dia vel amore torquebere.

¶ De vnione anie cum hũano corpore.
Capitulum lij

A De vnione anie cũ hũano corpe.

nime cum corpe de vnione: hic
a tria videda occurrũt. Primũ de
modo vnionis. Scḋm de ꝯueniẽ
tia vnionis. Tertium de fine vnionis.

Quantum ad primũ cõſiderandum ꝙ de
hac materia aliter loquitur cõmendator
Auerrois emulus ⁊ inimicus fidei ⁊ ali-
ter Catholici. Dicit eñ cõmentator ille
maledicus: ꝙ aĩa hũana ⁊ intellectus
nõ eſt forma corpis ſm eſſe cõiuncta: ſed
eſt vna ſubſtantia ſeparata: que eſt vna
omniũ hominuꝫ. Et ſiliter intellectus eſt
vnus oĩm hominũ actu ab ipſis ſepara-
tus: ſed tñ ꝯiunctus ſm opari: hec here-
ſis reprobata eſt ſupra. c. xxvij. Fides au
tẽ catholica aliter loquit. Dicit eñ ꝙ aĩa
humana que dicit intellectus: ſubſtãtia-
lis eſt forma a deo creata: ⁊ corpi hũano
organiſato infuſa: ⁊ ſm eſſe ꝯiuncta: faci
ens vnũ ſm eſſe ⁊ operari cũ corpe. Aĩa
eñ nõ tñ vnit corpi vt forma ⁊ pfectio.
verũetiaꝫ vt motor: ⁊ ſic pficit p eſſentiã
mouet ⁊ opat p potentiã. Et qm̃ ipſa nõ
tñ dat eſſe: verũ etiã viuere: ſentire ⁊ in-
telligere. qm̃ ipſa eſt forma: ens: viuens:
ſentiens ⁊ intelligens. Ideo potentiã ha
bet vegetatiuã: ſenſitiuã ⁊ intellectiuam
Operationes vegetatiue ⁊ ſenſitiue poten
tie ſolũ exercet in corpe: cum quo debet
mereri: vt vita terminata ſuo creatori cõ
gauderet: hec ẽ veritas quã ſcriptura di
uina ꝯteſtat ⁊ defendit: vt dicit ſanctus
Tho. ꝯtra gentiles. vnde dicit ſcriptura
Geñ. ij. Inſpirauit in faciẽ eius ſpiracu-
lũ vite. Inſpirauit. i. ſpm̃ hois de nihilo
fecit: ⁊ factũ corpi vniuit. Ad denotan
dum ꝙ aĩa hois eſt ab extrinſeco per di
uinã creationem: que ſimul a deo creat ⁊
infundit: in faciẽ eius: quia ſenſus magiſ
vigent in facie ꝙ in alijs partibus: ſicut
appet in viſu: olfactu: auditu: guſtu. Ta-
ctus aũt per totuꝫ corpus diffuſus eſt: et
viget magis in corde. Iteꝫ dicit fides: ꝙ
intellectus eſt ſepatus a corpe ſicut orga
no. Aĩa aũt humana ſuam opationem
ſcꝫ intelligere nõ exercet p organũ corpa
le: alias eſſet intellectus virtus organica
qḋ falſum eſt. Sequit correlarie ꝙ nõ
eſt incõueniens aliqd ſm eſſe fore in cor
pore: tñ illud ſepatũ ſm opari ⁊ opatio-
nem: ꝑtꝫ hoc de aĩa humana: que ſm eẽ
eſt in corpe ſicut forma ſubſtantialis: tñ
ſuũ opari. i. intelligere nõ complet orga-
no corporeo: ſic ecõtrario eſt de intelligẽ-
tijs. Forme. n. angelice ſunt ſepate a cor-
pore ſm eſſe: qḋ nõ eſt in corpe: nec reci-
pit in corpe. Nõ eñ angeli motores or-
hiũ informant ſm eẽ corpa celeſtia: vt di
cit ſctũs Boneueñ. in. ij. diſti. xiiij. Quia
ſic celi haberent aĩas: ⁊ ſequeret ꝙ celũ
eſſet animal magnum: ⁊ moueret a pro-
pria forma ſicut mouetur animal. Hec
eñ poſitio nõ ſolum eſt cõtra catholicos
doctores (Dicit nanqꝫ Damaſce. ꝙ celi
ſunt inaĩati et inſenſibiles) ſed etiaꝫ cõ-
tra phos: qꝛ ſubſtantia intellectualis nõ
vnit corpi niſi mediante vegetabili ⁊ ſen
ſibili. Et ita ſi celũ pficeret a ſbſtãtia ſpi-
rituali. haberet ſentire et vegetare: et ita
naturaliter poſſet corrumpi. Item dicit
phus pmo celi. Qꝛ extra celum ſunt ani
malia optimã vitam ducentia: ibi nomi-
nat animalia largo modo: intelligentias
vel angelos: que ſunt extra celum: nõ lo-



caliter: quia ſm eundem Extra celum ni
hil eſt: nec tempus nec vacuum nec locꝰ:
ſed ſunt extra celum formaliter: qꝛ celuꝫ
nõ informãt ⁊ perficiunt ſicut aĩa ſuum
corpus: nec tpe menſurant ſed euo. Sũt
etiam intelligentie ſeparate a corpe ꝗ ad
opationem eius primã ſcꝫ intelligere: qḋ
non exercent organo corporeo. Tamẽ ꝗ
ad opationem ſcḋam ſcꝫ quo admouere
vt dicit Iohes de Gandano ſup terciuꝫ
de anima: vtunt corporibus celeſtibꝰ ſi-
cut inſtrumẽta. Opus eñ ſtellarũ ẽ opꝰ
dei: vnde dicit San. Bonauen. in. ij. diſt.
xiiij. ꝙ deus mouet celum mediante an-
gelo ſiue intelligẽtia creata: ſeparata ſm
ſubſtãtiam: vnita ſm virtutẽ. Dicit enim
Augꝰ. ꝙ deus ſic mundum ordinauit: vt
ſpm̃ pficeret corpori: et ideo ſicut cõgru
um eſt angelos deputari ad miniſterium
hoim: ſic etiam cõgruum eſt ipſos depu-
tari ad motum ⁊ regimen celorum. Cum
in hoc etiam miniſtrant homini viatori.

Sunt etiam intelligẽtie ſeparate a cor
pore ſicut ab obiecto: qꝛ ſcꝫ in ſua cogniti
one non vtunt fantaſmatibus ⁊ ſpecie-
bus a rebus acceptis: ſed potius intelli-
gunt per ſpecies eis cõcreatas. Dicit eñ
Autor libri de cauſis ꝙ intelligentia eſt
plena formis. Anima vero humana con-
iungitur corpori ſicut obiecto pro ſtatu
pſentis vite. Non poſſumus eñ intelligẽ
re ſine fantaſmatibus: ꝗ fantaſmata ſunt
ſimilitudines rei ſenſate. Sequit correla
rie: ꝙ anima intellectiua eſt forma ſubſtã
tialis corpori cõiuncta ſm eſſe: ab infor-
mando dicta: qꝛ omnis forma ſubſtantia
lis vnitur materie ſm eſſe vt actus pro-
prie potentie: anima ẽ forma corpis dãs
eſſe ⁊ vitã: ergo informat illud cui dat eẽ.

B Conſiderandũ tamen ꝙ anima intelle
ctiua licet ſit pars hois ſm eſſe ⁊ exiſtere
cõiuncta corpori. Tamen ipa etiam ẽ for
ma: ⁊ hoc aliquid per ſe ſubſiſtens exuta
corpore: quia intra ſe habet fundamentũ
ſue ſubſiſtentie. De fundamento autem
ſubſiſtantie anime exute inter doctores ẽ
diuerſitas Sanctꝰ Tho. ſuiqꝫ ſequaces
dicunt ꝙ fundamentum ſubſiſtentie eſt
quod eſt ⁊ quo eſt: que ipſa recipit in ſui
cõpoſitione Quod eſt. i. potentia paſſiua
ſeu receptiua: habet ſe per modum ma-
terie Quo eſt. i. potentia actiua habet ſe
ad modum forme. Sꝫ hec in anima diffe
runt tñ rõne ⁊ non re: quia ipa ſm ſub-
ſtantiam ſuam eſt vtrũqꝫ ſcꝫ ⁊ paſſibilis
ſiue receptiua ⁊ etiã actiua: ⁊ ita ſunt idẽ
in rebus aũt corporeis differũt re ⁊ rõne
Alexãder autem de hales San. Bona
uentu. ⁊ Scotus ⁊ alij multi dicunt ꝙ fũ
damentum ſubſiſtentie anime ſeparate
eſt pncipium materiale a quo habet ſub
ſiſtere: ⁊ formale a quo habet eſſe. Cõpo-
ſita eſt anima ex forma ⁊ materia ſpũali:
ſubleuata ſupra eſſe extenſionis priuati-
onis ⁊ corruptionis: ꝓut dicit ca. xxvij.
in fine. Conſiderandũ etiam ꝙ aliquid di
cit per ſe ſubſiſtens ⁊ exiſtens dupliciter
Uno modo ꝓprie quia habet eſſe p ſe: nec
habet aptitudinem vt alteri cõiungatur:
nec ſubſtãtialiter nec accidentaliter: ⁊ ſic
compoſitũ ſubſtantiale vel indiuiduum
de genere ſubſtantie dicit habere eẽ ſub-
ſiſtens: vnde indiuiduũ ſubſtantie eſt qḋ
eſt in ſe indiuiſum: ⁊ a quolibet alio diui
ſum. Et ſuppoſitum dicitur qḋ alteri nõ
innitit: et ſic anima in pſenti vita non p
ſe exiſtit quia eſt pars hominis: pars au-
tem nõ habet eſſe actuale ſed potẽtiona-
le: vt dicit. vij. phiſicorꝫ. Scḋo dr aliqd p
ſe ſubſiſtens cõiter: qḋ ſcꝫ nõ depẽdet ab
alio ſm eſſe: ſed habet a primo qḋ poteſt
ſubſiſtere: ⁊ ſic anima habet eſſe p ſe ſub-
ſiſtens: qꝛ ſm eſſe non dependet a corpo
re. Anima eñ natura eſt beatificabil' im-
mortalis. Igitur cũ vnitur corpi morta-
li poteſt ab eo ſeparari: ac per hoc nõ tñ
forma eſt: verũetiã hoc aliqd. Sequitur
correlarie: ꝙ nulla alia forma corpis ab
aĩa põt dici p ſe ſubſiſtẽs. Aĩa eñ bruta-
lis ſeparata a corpore corrumpit corru-
pto corpore. Sed anima intellectiua nec
põt corrumpi per ſe: quia nõ habet con-

erariū:nec per accidens corrupto corpo/
re:qꝛ non habet eſſe a corpore ſed a crea/
tore:ſed forme educte de materia corrū/
punẗ corrupto corpore: vt forme natura
les vegetabiles ⁊ ſenſibiles. Q̄ritum ad
C ſcd̄m de ꝯueniētia ⁊ ꝓporcionis vnionis
aie ⁊ corpis. Rn̄det San. Tho. pte pma
queſt. lxxvj. Q᷑ aia intellectiua ſm natu/
re ordinē infimum gradū tenet in ſubſtā
tijs intellectualibus: intantū ꝙ nō habet
naturaliter ſibi inditam noticiā veritatis
ſicut angeli: ſed oportet ꝙ eā colligat ex
rebus ſenſibilibus ꝑ viam ſenſus: vt di/
cit Dionyſius: nā aūt nulli deficit in ne/
ceſſarijs: vnde oportuit ꝙ aīa intellecti
ua nō ſolum haberet virtutē intelligendi
ſed etiam ſentiendi. Actio aūt ſenſus nō
fit ſine corporeo inſtrumento. Sanctus
vero Bonauen. in. ij. diſt. j. aliā ponit cō/
uenientiā vnionis aīe ⁊ corporis dicēs.
Omne qd̄ deus facit cōpoſitum: facit ſal
ua ꝓporcione: ſemꝑ eñ formā coniungit
materie ſumme ꝓporcionabili: in coniun
ctione aūt aīe ad corpus: ſalua ē ꝓporcio
⁊ abſolute ⁊ in relatione ad finem. Abſo
lute nanqꝫ q̄uis ſupmū ſpūs ⁊ infimum
corporis multā habēt elongationem: ta/
men ſupremū corpis ⁊ infimū ſpūs ſum/
mā habent vicinitatē. Spūs eñ aīalis
ſiue rōnalis habet potentiā viuificandi
vegetandi ⁊ ſentiendi. Corpus autē hu/
manū: habet cōplexionis equalitatē: ha/
bet organorum multiplicitatē: habet rur
ſum ſpirituum ſubtilitatem. Et ſm tripli
cem differentiam: habet eñ ſpm̄ vitalem
ſpm̄ naturalem ⁊ ſpm̄ animalē. Compa/
rando igiẗ complexionē eq̄lem ad vim vi
uificatiuā per mediū vinculū ſpūs vita/
lis: optimus eſt nexus. Silr̄ comparādo
nō ſolum complexionis equalitatem: ſed
⁊ organiſationē et organiſationis perfe/
ctionē: ad vim vegetandi ⁊ ſentiendi me
diante ſpū naturali et animali: optima ē
ꝓporcio ⁊ mirabilis nexus: vn̄ ſic terra ⁊
ignis multū diſtantes nectuntur duplici
medio. Vno qd̄ magis cōicat cum terra

ſcꝫ aqua et reliquo quod magis cuꝫ igne
ſcꝫ aer ſimiliter eſt in ꝓpoſito. Oſtendiẗ
etiam perfecta ꝓporcio in relatione ad fi
nem. Cum eñ anime humane data ſit li/
bertas arbitrij vertibilis ⁊ reuertibilˀ .i. po/
tens ſtare ⁊ reſurgere: datum eſt ei corpꝰ
potens mori ⁊ potens nō mori: ⁊ deinde
potens in ſempiternum viuere. Rurſus
cum aīa creata ſit velut tabula raſa: da/
tum eſt ei corpus humanū habens orga/
na multiplicia: vt in illo poſſet perfici in
ſcientijs. Silr̄ ex pte corpis optima eſt ꝓ
porcio in relatione ad finem. Cum eñ ſit
ordo in formis corpalibus: qd̄ patꝫ quia
forma elementi ad formā mixti: ⁊ formaꝫ
mixtionis ad formam cōplexionis: ⁊ rur/
ſus vegetabilis ad ſenſibile: ⁊ nō ſit ſtatꝰ
in re corporali ⁊ imperfecta: nō eſt ſtatus
ibi ſed vlterius diſponunt hmōi forme
ad aīam rōnalem: per quā etiam corpus
et natura corporalis efficitur particeps
eterne beatitudinis: aut ergo oīs intētio
nature corporalis ſoluiẗ: aut neceſſe ē ꝑ/
uenire mediante anima rationali in vlti/
mum finem. Aliam etiā cauſam ponit
San. Bonauen. in breuiloquio de cōue/
nientia vnionis anime ⁊ corporis: ꝓpter
complementū vniuerſi. Cum eñ primuꝫ
ṗncipium fecit iſtum mundū ſenſibilem
ad declarandū ſeipm̄: vicꝫ ꝙ ꝑ illum tāq̄
ꝑ ſpeculū ⁊ veſtigiū redirctur in deū arti
ficem cognoſcendū amandū ⁊ laudandū
Et ſm hoc duplex eſt liber vnus ſcꝫ ſcri/
ptus intus: qui eſt eterna dei ars ⁊ ſapiā
⁊ alius ſcriptus foris ſcꝫ mūdus ſenſibi/
lis. Cū igiẗ eſſet vna creatura que ſenſuꝫ
haberet intus: ad cognitionē libri interio
ris: vt angelus: ⁊ alia que totū ſenſuꝫ ha
bebat foris: vt brutū quodlibet animal.
Ad ꝑfectionem vniuerſi fieri debuit cre/
atura que hoc duplici ſenſu eſſet ṗdita.
Ad cognitionē vicꝫ libri ſcripti intus ⁊ fo
ris .i. ſapie ⁊ ſui opis: ⁊ talis eſt hō ꝯſtās
ex aīa ⁊ corpe. Qui ꝑ ſenſitiuā ptē exteri/
orem q̄ntupertitā: apphēdit q̄nqꝫ mundi
corpa ṗncipalia: q̄ ſunt opa eterne ſapie.



Terra correſpōdet tactui: aqua guſtui:
aer auditui: ignis odoratui. Quinta eſſen
tia ſiue quintū corpus: qd̄ comprehēdit
totam luminoſam naturā cuꝫ omnibus
orbibus ſuis ⁊ ſperis: ſurſum ab elemen
to ignis vſqꝫ ad celū incluſiue: correſpō/
det viſui. Habet ⁊ homo q̄nqꝫ ſenſus in
tus in aīa ad cognitionē libri interioris:
quibus eternam dei ſapiētiam guſtando
cognoſcit affectibus ⁊ ſentimentis ſpūa/
libus: quia ſpūales res nō corpalibꝰ ſen/
ſibus: ſed ſpūalibus ſenſibꝰ rimāde ſunt
De his ſenſibꝰ diciẗ ſupra. ca. xvj. dubio
.iij. Et quia in xp̄o ſimul cōcurrit eterna
ſapientia ⁊ eius opus: in vna ſcꝫ ꝑſona:
ideo diciẗ liber ſcriptus intus ⁊ foris ad
reꝑationem humani generis: ſenſus inte
rior reficiẗ in cōtemplatione diuinitatis
chriſti: exterior in aſpectu humanitatis.
D Q̄ritum ad tertiū de fine vnionis aīe
cum corpe: cur facta eſt. Cum eñ anima
ſit tam nobilis tam ſpūalis et immorta/
lis ad imaginem dei: quare corpi hūano
qd̄ eſt tam vile materiale ⁊ mortale con/
iuncta eſt. Quid eñ eſt homo ait Bern̄.
Niſi ſperma fetidū: ſaccus ſtercoꝝ: cibꝰ
vermiū: cuiꝰ cōceptus culpa: naſci miſe/
ria: mori pena: ⁊ ſic in nō hoiem vertitur
oīs homo. Ad qd̄ reſpōdet magiſter
in. ij. diſtin. j. Primo qꝛ deus voluit ſic et
cum voluntas eius rectiſſima et ſapien/
tiſſima ſit in oībus: non niſi optime fa/
ctū eſt. Alia rō ſm eundem eſt: vt aīa vni
ta corpi ſicut ex eo ſuſtinet plura mala et
bella (nam caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpi/
ritū) ſic inde ſibi acquirat reſiſtēdo maio
rem coronam. Quāto eñ quis cum plu/
ribus hoſtibus gerit bellum ⁊ diutius la
borat ſi victoriā obtinuerit: tanto glorio/
ſior eſt triūphus. Hō aūt nō ſolum impu
gnaẗ a ſuo ſpū: vt angelus primus: aut a
demone: vt Adaꝫ terrenꝰ: ſꝫ ab innūeris
demonibus: a paſſionibꝰ carnis: nō tm̄ ſe
mel: ſꝫ dum viuit. Alia rō: vt in hūana cō
ditione oñderet deus nouū exēplū beate
vnionis: q̄ erit inter deum ⁊ ſpiritū rōna

lem: in q̄ vnione diligiẗ deus ex toto cor/
de: ⁊ videẗ facie ad faciē. Putaret eñ cre
atura ſe nō poſſe vniri creatori ſuo in tā/
ta ꝓpinquitate: vt eum tota mente dilige
ret ⁊ cognoſceret: niſi videret ſpm̄ q̄ ē ex
cellentiſſima creatura: taꝫ infime .i. carni
q̄ de terra lutoſa eſt: intāta dilectiōe vni/
ri: vt non valeat artari etiam in malis vt
velit eam relinq̄re: vn̄ Autor de ſpū ⁊ aīa
Plenū fuit miraculo: ꝙ tam diuerſa ⁊ di
uiſa abinuicē ꝯiungi potuerūt: neqꝫ mi/
nus miraculo fuit: ꝙ limo nr̄o deꝰ ſeipm̄
cōiunxit: ⁊ vt ſibinuicē vnirenẗ deus ⁊ li/
mus tanta ſublimitas ⁊ tāta vilitas. Ni
hil eñ deo ſublimius: ⁊ nihil vilius limo.
Mirabilis fuit ꝯiunctio ṗma: mirabilis
⁊ ꝯiunctio ſcd̄a: nō minꝰ mira erit ⁊ ter/
tia. cū deus hō ⁊ angelus vnus erit ſpūs.
Eodē nanqꝫ bono bonꝰ hō: quo bonꝰ eſt
angelus. Eodēqꝫ bono vterqꝫ btūs: ſi tm̄
ambo idipm̄ eadē voluntate eodem ſpū
cupiunt. Si eñ tam diſparē naturā car/
nis ⁊ aīe ad vnā federatiōeꝫ atqꝫ amici
ciā deꝰ ꝯiūgere potuit: neq̄ q̄ erit impoſ/
ſibe ei: rōnalē ſpm̄ quiuſqꝫ ad ꝯſortiū ter
reni corpis humiliatꝰ eſt (cū eodē corpe
glorificato vt ſit glorie qd̄ fuit ſarcine) ad
cōſortiū beatoꝝ ſpūum q̄ in ſua puritate
ꝑſtiterūt exaltare: atqꝫ ad ſue glīe ꝑticipa
tionē ſublimare. Ad hoc ſiquidē ſola cha
ritate nulla neceſſitate illū creauit vt ſue
btitudinis ꝑticipem faceret. Si ergo tm̄
gaudiū ⁊ tanta leticia ē vita iſta tpalis: q̄
ꝯſtat ex pn̄tia ſpūs corruptibilis: q̄nta lē
ticia ⁊ q̄ntū gaudiū erit vita eterna: que
ꝯſtat ex pſentia dei i ſpū rōnali. Subijci/
atur ſꝫ corpus aīe animꝰ deo: ⁊ vnꝰ ſpūs
erit cū eo: ita tm̄ ſi in hūilitate ꝑmaneat: ⁊
grām ſui ꝯditoris ꝑ quā glorificādus eſt
agnouerit: ita tamen magis ſi ex ṗcepto
creatoris hic vixerit. Preceptum autem
eius eſt: vt in dilectione meneamꝰ. Ma/
nete inquit in dilectione mea. Per dile/
ctionem nanqꝫ creatori ſuo: ⁊ ſibinuiceꝫ
rationalis creatura copulata eſt. So/
lum eſt dilectionis vinculum quod ligat

vtroſqꝫ in idipſum: ꝑ amorē dei om̄es ei adheremus: ꝑ amorē ꝓximi oēs adinuicem vnū ſumus: vt bonū omniū fiat ſinguloꝝ: ⁊ qđ quiſqꝫ in ſe nō habet: in altero poſſideat. Charitas eſt via dei ad homines: ⁊ via hominū ad deum: ꝑ charitatē nanqꝫ venit deus ad hoīes: venit in homines deus factus: ꝑ charitatē hoīes diligunt deum: eligunt deū: ad deuꝫ currūt ⁊ ad deū ꝑueniunt: in viam charitatis (q̄ eſt radix forma finis complementū ⁊ vinculum ꝑfectionis) legē ⁊ ꝓphetas: ⁊ per cōſequens vniuerſa dei mandata reducit magr̄ oīm xp̄us Jeſus: ꝑtim verbis ignitis edocendo: ꝑtim exemplis ꝑfectis adimplendo: ꝑtim mirādis ꝓdigijs firmando. Cui cū patre ⁊ ſanctiſſimo ſpiritu paraclito: eſt oīs honor ⁊ gloria: laus ⁊ imperium: ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ Amē.

Finit ꝑma ꝑs Trilogij anie.

¶ Secūdus tractatus Trilogij: de paſſionibus anime incipit feliciter.

Capitulum i

Diffinitio interiectionis.

i

Nteriectio ē pars orationis: affectū mētis ſignificans: voce incognita: Jeſu xp̄i gratia cōfortante vim iraſcibilem: illuminante rationalem: inclinante cōcupiſcibilē. Superiori tractatu aliqua de potentijs anime vtcunqꝫ dicta ſunt: nunc in ſcđo tractatu: eadē confortatrice: illuſtratrice: conſolatrice xp̄i mediante gratia: de paſſionibus anīe tractāda nōnulla ſe offerunt. Et qm̄ quod apđ phos ⁊ theologos paſſio affect⁹ vel affectio: apud grāmaticos interiectio nominat̄. Jdcirco primū aliqua de interiectione grāmaticali premittenda ſunt: q̄ non parum cōferunt ad cognitionē paſſionū ⁊ affectionū anime. Suppoſita igit̄ ex Ancilla theologie (cui cetere artes tanq̄ pediſſeqꝫ famulant̄) grāmatica diffinitione interiectiōis: quā ſic diffinit Donatus. Jnteriectio eſt pars orationis ſignificans mentis affectū: voce incognita. addi poterit ad hanc diffinitionē (vt dicit Cancel. pariſieñ. ſup Cantica) geſtu incognito. Primū ꝓpter aures diſcipline capaces. Alter. ꝓpter oculos geſtuū cognitores. Geſtus em̄ ſunt ad oculos voces ad auditū. Bruta em̄ ⁊ etiam homines varias voces ⁊ geſtus interiectionales faciunt: oſtendendo diuerſas paſſiones affectus: ⁊ motus aīe interiores. Leo nāqꝫ oñdēdo paſſionē ire interioris: rugit Canis latrat. Facit etiā leo diuerſos geſtus corꝑis: ꝑ vngues pedes: per os dentes: ⁊ rictus: motum ire interiorē repſentātes. Homines inſuꝑ philocapti diuerſis vocibus ſcꝫ iubilis ⁊ clamoribus. Et etiam geſtibus impudicis: vtpote tactibus amplexibus ⁊ oſcuris: amorem: gaudium ⁊ concupiſcentiā interiorē vis ꝯcupiſcibilis oſtendunt: ⁊ hoc fit geſtu ⁊ voce incognita: vel ſm̄ alios voce incondita. i. int⁹ condita ſiue abſcōdita ipſi videnti ⁊ audienti: quia affectiones ⁊ opatiōes aīe interiores que cōſiſtunt in experientia ⁊ ſentimento interiori (ꝑ interiectiones ſignificate) magis ſunt cognite ipſi paciēti quā audienti vel videnti. Sicut dicit̄ de infirmo egritudinē ⁊ dolorem internū ꝑ gemitus ſuſpiria ⁊ voces interiectionales eructante: ꝙ vllus tam efficaciter cognoſcit doloris paſſiōis ⁊ egritudinis vehementiā: quēadmoduꝫ ipſe egrotans q̄ ſentit. Nam motus interiores ex paſſione triſticie ⁊ doloris ꝓuenientes ꝑ interiectiones exprimit. Jdcirco ſm̄ grammaticos interiectio ab interiacendo dicitur: quia interiacet ceteris ꝑtibus in ōrone. Jpſa em̄ (interiecta ſermonibus) ad ſignificādum mentis affectum ⁊ paſſionem ē inuenta. vnde iudei (vt dicit̄ Mathei. xxvij) motus ⁊ paſſiones internas indignantis animi q̄bus aduerſus xp̄m crucifixū afficiebant̄: interiecta indignātis animi interiectione alijs partibus clamauere. Uach qui deſtruit templū dei: ⁊ inter duo illud reedificat. Proferunt̄ etiam cōmuniter (preſertim a brutis) interiectiōes voce ꝯfuſa abſcondita ⁊ inarticulata. Nullus em̄ rugitū leonis: vlulatum lupi: hinnitū equi: vel alioꝝ brutoꝝ voces interiectionales in ſcriptis tradere poteſt. Homines etiam frequēter pre vehementia paſſionum interioꝝ: ire vicꝫ doloris vel intenſi gaudij: ꝓrumpunt in voces interiectionales inarticulatas. Et hec fuit ratio: q̄re paulus dixit ſe archana verba audiſſe in raptu q̄ non licebāt id eſt. nō potuit homini loqui voceten⁹: nec potuit ea tradē beato Dionyſio ſuo diſcipulo ad plenū in ſcriptis.

¶ De paſſionibus anime tractanduꝫ eſt neceſſario. Capitulum ij

A

De paſſionibus anie tractandū ē neceſſario.

e

T qm̄ de paſſionibus ⁊ affectionibus ſcriptura ſepe facit mētionē. Jdcirco de eis neceſſario tractanduꝫ eſt ꝓpter tria. Primo nā paſſionū ⁊ affectionū igrata q̄litate: neqꝫ vitioꝝ neqꝫ vͥtutū habituū poterit ſufficiēs noticia vel ars adipiſci. Affectus em̄ ſiue paſſiones animi: ſunt vitioꝝ atqꝫ virtutū quaſi quedā principia ⁊ cōmunis materia. Eſt em̄ virtus (vt dicit Autor de anima ⁊ ſpū) habitus mentis bene compoſite. Affectio vicꝫ moderata ⁊ ordinata. Uitium aūt ex defectu modi ⁊ ordinis in affectibus ꝓuenit. Sane quēadmodum ſumma vitioꝝ eſt trāſiſſe in affectū malicie: ita vt vitiū ex intimo placet (vt dicit̄ in pſ. lxxij. Tranſibūt in affectū cordis: duꝫ prodijt quaſi ex adipe iniquitas ipſoꝝ. i. ex diuitiarū pinguedine: que preſtant fomentū om̄ibus vitijs: quia pecunie om̄ia obediūt: vt dicit̄ Eccleſiaſtes. x. Et hi tranſibunt in affectum cordis prauum: habituati ſic in malis afficiunt̄ ⁊ letant̄ in ipſis: ſm̄ illud Prouerb. ij. Letātur cum male fecerint ⁊ exultant in reb⁹ peſſimis) ſic virtutis culmen eſt tranſire in affectū iuſticie.

Uirtus

B

Secundo tractandū eſt de paſſionibus: ideo quia paſſionum ⁊ affectionum feruorem effectū ⁊ originē cognoſcere: ꝓdeſt anime ad deuotionis ſcolam vocate. Non em̄ eſt deuotio ſine affectione. Nam deuotio (vt dicit Hugo de ſctō victore) Eſt extenſio ſiue eleuatio mētis in deum per pium ⁊ humilem affectum. Deuotio em̄ requirit affectū humilem: ex cōſcientia ꝓprie fragilitatis ⁊ humilitatis: pium ex conſideratione diuine clementie. Unde cōſiderandum ꝙ duplex eſt ſcola. Una deuotionis ⁊ affectus Altera cognitionis ⁊ intellect⁹: duplexqꝫ eius ꝑfectio. ſcꝫ virtus ⁊ ſcientia. Decet his nimirū virum euangelicuꝫ adornari: vt ꝑ primuꝫ in bonum: per ſcđm dirigat̄ in verum: per primū ardeat: per ſecundū luceat: per primum potens ſit in opere: ꝑ ſcđm in ſermone: illius exemplo qui cepit facere ⁊ docere. Due inſuꝑ ſunt partes orationis principales in ſcola affectus. Prima eſt aduerbiū. Non em̄ bonū facere ſed benefacere laudabile ⁊ virtuoſum eſt. Non em̄ verbis ſed aduerbijs meremur vel demeremur. Secunda pars orationis in ſcola affectus eſt interiectio que vt dictū eſt ſignificat mentis affectum. Jn die em̄ iudicij non interrogabimur quantum fuerit noſter intellectus ſubtilis ⁊ eruditus: ſed qualis fuerit noſter affectus ad deum noſtrum. Hoc eſt ꝙ ſimplex: pius humilis ⁊ deuotus. Sepe em̄ euenit (ſicut ⁊ in brutis) vbi minus cognitionis ibi plus affectionis: intrat quoqꝫ dilectio: vbi cognitio foris ſtat. Uis ergo ſecretum cognoſcere: transfer te de ſcola intellectus ad ſcolam affectus: de ſcientia ſcꝫ ad ſapientiam: de cognitione ad deuotionem. Hec eſt illa ſcola in qua magn⁹ Arſenius vir grecis ⁊ latinis lr̄is eruditus: fatebat̄ ſe nec primam lr̄am alphabeti didiciſſe. Uult ergo aliquis eſſe ⁊ dici vere ſapiens: ſtudeat in vtraqꝫ ſcola: in ſcola affectus vicꝫ que ſaporem dat: ⁊ in ſcola intellectus q̄ ſcientie luminoſitatem preſtat: vt conſtituat̄ ſapientia. id ē.

Deuotio

Partes orationis ſcole affectus.

ſapida ſcientia. Bonum enim eſt mel cum
fauo: ſapor ſcʒ deuotiõis cũ lumie erudi-
tionis: aut ſi altera ſcola relinquẽda eſſet
eligibilior ſcola affectus q̃ ſcola intelle-
ctus: ſicut optabilius eſt habere piũ affe
ctum ⁊ deuotum ad deum: q̃ intellectum
frigidum ſolo ſtudio illuminatũ in ſcola
Hic nota intellectus. Commendabilior eſt ſcola
affectus ſeu virtutꝫ: ſcola intellectus ſeu
ſcientie. Ratõne exempli quia ſic fecerũt
ſancti: rõne autoritatis Aplus. Non in
ſermone eſt regnuʒ dei ſed in virtute: rõ-
ne effectus: quia virtus expellit peccatũ
ſed non ſcientia: rõne originis: quia ꝟtus
a deo infundiť: ſcientia p ſtudium acqui-
riť: rõne finis: quia finis virtutis eſt glo-
ria eterna ⁊ nõ ſcientie: rõne obiecti: quia
virtutis obiectũ eſt bonum: ſcientie autẽ
verum: rõne materie: quia virtus nõ eſt
niſi in filijs dei: ſcientia nõ ſemp: ratione
ſecuritatis: quia ſecurius eſt eſſe bonum
q̃ plhm. rõne honeſtatis: quia maior eſt
gloria ſequi xp̃m q̃ Ariſtotelem. rõne vi
tandi malum: quia p̃mi parentes ſi ex-
tendiſſent manũ ad lignum vite: ſicut ad
lignum ſcientie: non incurriſſent tot ma-
C la in ſe ⁊ in poſteris. Tertio paſſionuʒ
affectionaliuʒ cognitio prodeſt ad doctri
nalem traditionem theoſophie xp̃ianoꝝ.
theologie vicʒ miſtice: que cõſiſtit in affe
ctibus expimentatiuis ⁊ ſpũalibus ſenti
mentꝭ diuini amoris. nam hec expimẽta-
lis dei perceptio eſt quedam preguſtatio
future glorie: pignus ⁊ arra felicitatis e-
terne. Et licet theologia miſtica que eſt
expimentalis dei perceptio tranſfundi in
alios non poteſt per doctrinam: ſicut nec
amor nec odium necʒ leticia necʒ dolor:
necʒ generaliter aliqua expimentalis co
gnitio. Magiſteriũ nanqʒ theologie mi-
ſtice Jeſus chriſtus ſibi ſoli ſueqʒ volun
tati retinuit: nec ad illud humana ſufficit
induſtria. Ipſa tamẽ nõ debet penit⁹ de-
relinqui: ꝓpter qd̃ ap̃ˡs vocat nos dei co-
adiutores nõ cõpulſores: nõ preuẽtores.
Q̃obrem doctores pleriqʒ tradunt con-
ſiderationes induſtrias modus ⁊ vias q̃
h⁹ ad theologiã miſticã habeať acceſſus
in his oportet precipue paſſionum ⁊ af-
fectionum origines aduertere. Habet. n.
hanc proprietatem theologia miſtica q̃
in affectu reponiť: alijs oĩbus ſcientijs
poſitꝫ in intellectu. Idcirco theologia
miſtica: ars amoris: vel amandi ſcientia
nominatur.

Paſſio multipliciter accipitur.
Caplm iij

p [A]ſſio multipliciter diciť. Unde
notandũ q̃ paſſionũ: alia natura- Paſſio multiplr accip
lis ſeu corpalis: alia aialis. Paſ-
ſio aũt naturalis ſeu corpalis diciť tripli
citer. Uno modo quecunqʒ alteratio per
quã aliquid in ſubiecto recipiť: qualecũ-
qʒ ſit illud tam paſſione perfectiua ſicut
eſt illuminatio in celo (⁊ ſic diciť luna pa
ti cum recipit lumen a ſole) q̃ paſſiõe de
fectiua: ſicut dolor in corpore aiato. ⁊ hec
eſt acceptio valde larga. Scdo modo di
ciť paſſio alteratio p quã aliquid a ſubie
cto abijciť ⁊ aliquid recipiť qualecũqʒ ſit
illud: ⁊ hec eſt magis ſtricta ⁊ ꝓpria acce-
ptio q̃ prima. ⁊ hoc modo diciť pati qui
ſic alterať q̃ egritudo abijciť ⁊ ſanitas in
troduciť. Tertio mõ diciť paſſio altera-
tio per quã abijciť forma cõueniens ⁊ in
troduciť incõueniens ſeu diſcõueniens:
⁊ hec eſt ꝓpriſſima acceptio paſſionis: et
ſic ſolũ ille pati diciť a quo ſanitas abijci
tur: ⁊ introduciť egritudo: qr ſanitas eſt
cõueniens ⁊ egritudo diſconueniens.

Alia eſt paſſio aialis: ⁊ hec nil aliud ẽ
q̃ motus aialis aie ſm appetitũ ſenſi-
tiuum: cõſurgens ex apprehenſione cor-
poralis ⁊ naturalis paſſionis: ⁊ ſic inter
corpales ⁊ naturales paſſiones: illa alte
ratio magis ꝓprie dr̃ paſſio ſm quaʒ for-
ma diſcõueniẽs introduciť ⁊ cõueniens
abijciť: ita q̃uis tribus modis poſſet di-
ci paſſio ex pte aialis paſſionis ſicut nã-
lis ⁊ corpalis: tñ inter paſſiones aie illa
magis dr̃ ꝓprie paſſio: q̃ eſt motus appe-
titus ſenſitiui ꝯſequẽs apphẽſionẽ nãlis



paſſionis diſcõueniẽtis: quã ꝯſequẽs ap
phenſionẽ nãlis paſſionis ꝯueniẽtis. Et
ideo magis ꝓprie dr̃ pati q̃ triſtať q̃ qui
delectať ⁊ gaudet. Pro iſtius deſcri-
ptionis intelligẽtia notandũ: q̃ quãlibet
paſſionẽ ⁊ appetitũ (ꝓut ſepe dictum eſt
in p̃mo tractatu: ⁊ infra diceť) p̃cedit q̃-
dam vis apphẽſiua diſcretiua ſeu cogni-
tiua: ſicut man⁹ ſcribẽtis p̃ſupponit ocu
lum dirigentẽ: ſi nõ tpe tñ ordine nature
Apphenſio p̃ſuppoſita a paſſione: cauſa
tur a naturali ⁊ corpali quadã paſſione.
Naturales autẽ paſſiones ſunt obiecta
exterioꝝ ſenſuũ: ſcʒ color odor ſapor ⁊c̃.
Que dicunť paſſiones qr reponuntur in
tercia ſpecie q̃litatis: q̃ ſm logicos diciť
paſſio vel paſſibilis q̃litas: ꝓut infra di-
cetur: dicunť etiam paſſiones qr inferũt
paſſionẽ ſenſib⁹ accipiẽdo paſſionẽ large
ꝓut ſola receptõ alicui⁹ paſſio dr̃: vt dcm̃
eſt: vt ſic calor: frigus inferunt quandam
paſſionẽ ſenſui tactus: dulcedo ⁊ amari-
tudo ſenſui guſtus: color viſui. Senſus
ꝟo pati dicunť inquantũ recipiũt intẽtio
nes ⁊ ſpecies obiectoꝝ cauſatoꝝ a natu-
ralibus paſſionibus: ſiue p̃mis quattuor
q̃litatib⁹ elemẽtoꝝ. Dicunť obiecta ſen-
ſuum paſſiones naturales: qr color odor
ſapor ⁊c̃. (vt dictuʒ eſt in p̃mo tractatu)
generanť ex natura mixtionis p̃moꝝ ele
mẽtariũ q̃litatũ: q̃ ꝯſequunť p̃ncipia na-
turalia ſcʒ materiã ⁊ formã q̃tuor elemẽ
torũ: vñ ſm q̃ q̃litates p̃me elementorũ
ſcʒ caliditas ſiccitas humiditas frigidi-
tas diuerſimode cõmiſcenť: ſm h̃ etiã ge
neranť diuerſe q̃litates ſcđe: ſcʒ obiecta
ſenſuum exterioꝝ. In p̃ſenti tñ tractatu
paſſio accipiť cõiter ꝓ motu appetit⁹ ſen
ſitiui ꝯſequẽs q̃lẽcunqʒ apphenſionẽ: ſi-
ue ꝯueniẽtis vt gaudiũ leticia ſpes: ſiue
diſcõueniẽtis vt triſticia dolor timor ira
⁊ ſic de alijs Et iſto mõ ponunť paſſiões
ĩ appetitu ſenſitiuo tã ꝯcupiſcibili q̃ ira-
ſcibili: vt. j. patebit ca. viij. ⁊ ſic paſſio di-
uerſa ſortiť nõia: vñ Aug⁹. nono de ciui.
dei. Motus animi q̃s greci patos: noſtri
autẽ ſicut Cicero ꝑturbationes: quidam
affectos vel affectus: q̃dam vero ſicut in
greco habeť expꝛ̃ſſius paſſiões vocãt. Di
ciť aũt paſſio a patos greco qđ paſſio vel
defectus latine dr̃: qr paſſiones defectiue
(ſicut dolor) magis ꝓprie dicunť paſſio-
nes q̃ ꝑfectiue vt dictũ eſt. Ex larga aũt
acceptione paſſionis taʒ paſſione nãli q̃
aiali ſm q̃ ſola receptio alicui⁹ paſſio dr̃:
tranſlatũ eſt nomẽ paſſionis ad alias po
tẽtias aie apphẽſiuas: vñ ſicut videre au
dire inquantũ recipiũt intẽtiones et ſpe-
cies obiectoꝝ: qđdã pati eſt: ⁊ intelligere
⁊ velle vt ptʒ. iij. de aia Et etiã ꝯceptiões
aie paſſiones dñr: vt pʒ p̃ ꝑiarmenias q̃
voces ſunt ſigna paſſionũ. i. cõceptuũ q̃
ſunt in aia. Et etiã ꝓprietates ſubſtantia
les improprie paſſiones dñr: vt eſſe riſibi
le dr̃ paſſio hoĩs: rugibile leonis: hynnibi
le equi ⁊ ſic de alijs. Q̃tũ ad paſſiones
corpales ſeu nãles ⁊ aiales: ſciendum q̃
paſſio vno mõ dicit effectũ illationẽqʒ a-
ctionis: ⁊ ſic eſt ſpeciale p̃dicamentũ: cu-
ius cognitio vt infra patebit ꝯfert ad no-
ticiã paſſionũ aialiũ. Idcirco q̃dã de paſ
ſione q̃ p̃dicamentũ eſt h̃ annotantur.

Conſiderandũ q̃ Autor ſex p̃ncipioꝝ
ſic paſſionẽ diffinit. Paſſio eſt effectus il
latioqʒ actionis. In paſſione enim duo eſt
ꝯſiderare. Primo q̃ ipa eſt forma patien
tis ſibi ab agente impꝛ̃ſſa. Et ideo diciť in
diffinitione q̃ paſſio eſt effectus actionis
ſic ignis agẽs in lignũ: imprimit et infert
ligno formam caloris. Scđo conſiderať
in paſſione q̃ ipa eſt actus fluens conti-
nue a virtute actiua agente in ipſum paſ
ſum: ⁊ q̃tum ad hoc dicitur: illatio actio-
nis. Bene ergo diffiniť paſſio vt dicatur
effectus actionis inquantum eſt quedaʒ
forma ab agente tranſfuſa in paſſum. Et
dicitur etiam eſſe illatio actionis: inquã-
tũ illa forma eſt in motu fieri ⁊ fluxu. Et
q̃m paſſio cũ ſit effectus actionis req̃rit
ꝓ eius noticia pleniori cognitionẽ actio-
nis: quã Autor ſex principioꝝ ſic diffinit
Actio eſt ſm quã in id qđ ſubijciť agere:

dicimur: in actione em̄ eſt tria ꝯſiderare.
Primū eſt forma ſm̄ quā agēs agit in id
qđ ſubijcit̄ ſcȝ paſſum: ⁊ ideo dicit̄ in diſ-
finitione: ſcđm quā hec ꝑpoſitio ſcđm h̄
dicit habitudineȝ cauſe formalis: ſicut ſi
diceret̄: paries eſt albus ſm̄ albedinem.
Scđm eſt terminus a quo eſt motus ⁊ il
latio actionis: ſcȝ ipſum agens a q̄ proce
dit actio ſiue forma q̄ recipit̄ in paſſum.
Tercium eſt terminus ad quē ſcȝ ipſum
paſſum cui infertur ⁊ imprimitur forma
actionis: ⁊ ideo dicit̄ in id qđ ſubijcitur:
quod eſt ipm̄ paſſum. Actio aūt non ſo-
lum ſtat ad ipm̄ paſſum ſicut motus lo-
calis ad terminū ſed penetrat ⁊ trāſmu-
tat ipm̄: ⁊ ideo dicit̄ in diffinitione in id:
et nō ad id: vnde di.iij. phiſicoꝝ. ꝙ actio et
paſſio ſunt vnus motus realiter: ⁊ ideo ē
vnus actus duoꝝ ſcȝ agētis ⁊ patientis.
Sed dicit̄ agentis vt a quo vt eſt in actu
⁊ influit. Et patiētis ꝑ realē receptionem
vt in quo vt eſt in potētia ⁊ vt recipit illū
actum: ſicut eſt eadeȝ via ab Athenis ad
thebas: ⁊ ecōuerſo. Exemplum de paſſio
ne naturali: calor receptus in ligno ab ig
ne calefaciente dicit̄ forma acquiſita. Et
actio dicit̄ calefacere ignis calefacientis.
Et paſſio dicit̄ calefieri ligni calefacti tā-
q̄ patientis. Pariformiter poterit exem-
plificari de paſſione animali. Homo em̄
affectus ad aliquod bonum delectabile:
dicit̄ pati per amorem. Paſſio aūt amo-
ris inchoatur a virtute cognitiua tanq̄ a
termino a quo: ⁊ terminat̄ in virtute ap-
petitiua veluti in termino ad quē. De h̄
C infra clarius dicet̄. Alio modo paſſio
dicit quandaȝ diſpoſitionē cauſatam ab
aliquo accidente vel cauſa faciliter mobi
li: ⁊ ſic pertinet ad terciam ſpeciem qua-
litatis: ꝙ ſm̄ phm̄ in libro ꝑdicamentoꝝ
nominat̄ paſſio ⁊ paſſibilis q̄litas. Que
ſic differunt. Nam qn̄ hmōi accidentia
cauſant̄ a cauſa ⁊ a ꝑncipio cito trāſeun
te ⁊ faciliter mobili: tunc dicuntur paſſio
nes et q̄litates imperfecte ſiue ſint a cau
ſa intrinſeca ſiue extrīſeca: vt ille qui effi-
citur rubicundus a verecūdia vel a calo
re: vl' ille qui efficitur pallidus ab aliqua
egritudine leui vel a timore. Qn̄ aūt cau-
ſantur a ꝑncipio permanēte et diuturno
firmato nō faciliter mobili: dicunt̄ paſſi-
biles qualitates: vt qui factus eſt palli-
dus vel rubicundus a ꝑncipio naturali:
ſiue a cōplexione ſiue ab aliqua cauſa ex-
trinſeca permanente: vt pallidus factus
ex longa egritudine: ⁊ idem eſt de paſſio-
nibus vel qualitatibus anime. Si em̄ ali
quis ex cauſa firmata iraſcitur: ſicut ſi ex
ꝓpria cōplexione h̄ habeat: talis ira paſſi
bilis qualitas dicit̄: ⁊ vocatur iracūdus.
idem ſi eſſet a cauſa extrinſeca: vt ſi lon-
ga ex infirmitate hoc accidit et nō ex leui
cauſa iraſcit̄. Si vero ex leui cauſa iraſci
tur: talis ira paſſio dicit̄: et ipſe iraſcens
iratus dicitur ⁊ nō iracundus. In ꝑſen-
ti tamen tractatu paſſiones anime ſiue
ſint qualitates imperfecte cauſate ex cau
ſa faciliter mobili: ſiue ſint qualitates ꝑ-
fecte difficulter mobiles: omnes dicunt̄
paſſiones affectus ſiue affectiones.
Affectio vero ſcđm San. Bonauen. Affectio
in ꝑmo ſententi. diſt. xvij. In expoſitione
littere dicitur quadrupliciter. Uno mo-
do ipſa vis affectiua ſiue fuerit animalis
vel rationalis. Alio modo dicit̄ ipſa affe-
ctio paſſio vis affectiue: vt gaudium / do-
lor ⁊ hmōi. Tercio modo dicitur actus
potētie affectiue. Quarto modo dicitur
habitus affectiuus quales ſunt habitus
morales: ſicut etiam intellectus vno mo
do dicitur habitus ꝑncipalior ſcilicet pri
morum principiorum ſpeculabilium: et
ſic eſt regula intellectus prout eſt poten-
tia: et hoc modo dicit Aug⁹. ꝙ charitas Charitas
eſt animi noſtri rectiſſima affectio ſeu vis
affectiua. Cum enim charitas ſit virtus
et ſic eſt habitus: et ita habitus non po-
teſt eſſe affectio ſeu vis affectiua: q: nul-
lus habitus eſt affectio ergo habit⁹ affe-
ctiuus. Et ſimiliter dicit Bernhardus ꝙ Virtus
virtus eſt affectio ordinata.



A De ſubiecto diſtinctiōe paſſionum.

De ſubiecto ⁊ diſtinctione paſſionū.
Caplm iiij

C Eqm̄ paſſionū diffinitio ⁊ nūe-
rus cognoſcit̄: ex ſubiecto: diffini
tione ⁊ obiecto. Idcirco anteq̄
ad diffinitionē paſſionū ⁊ numerū proce
dat̄. Primū videndū eſt de ſubiecto paſ-
ſionum. Scđo de paſſionū diſtinctione.
Tertio de paſſionū obiecto. c. v. Ad ꝑ-
mū dicendū ꝙ ſubiectuȝ paſſionū eſt vis
appetitiua ſiue appetitus: nā ſicut in ꝑte
apphēſiua ſiue vi cognitiua: tā ſenſitiua
exteriori ⁊ interiori: q̄ etiam intellectiua.
Quidam ſunt actus generales cōcomi-
tantes totuȝ genus apprehēſiue: vt ſunt
apprehendere. Cognoſcere obiectū in ꝑ-
ſentia materie: in abſentia materie: qđ
fit per ſenſus exteriores ⁊ interiores: et
etiā ſine circūſtantijs materie: qđ fit per
intellectū. Nihilomin⁹ tamē quilibȝ ſen-
ſus habet actū ſpecialem: vt actus viſus
eſt videre: auditus audire ⁊ ſic de alijs.
Senſus etiā interiores ſpeciales habent
actus: ⁊ etiam intellectus ꝓut declaratū
eſt in primo tractatu. Pariformiter dicē
dum ē de potētijs appetitiuis ſiue de ap-
petitu qui eſt ſubiectū paſſionum qui ha
bet actus generales ⁊ ſpeciales. Genera
les cōueniunt om̄i appetitui tam concu-
piſcibili q̄ iraſcibili: ⁊ poſſunt exprimi: cō
cretiue ⁊ abſtractiue: ⁊ ſunt appetere ſeu
appetitio: affici ſeu affectio: inclinari ſeu
inclinatio: moueri ſeu motio ſiue motus
Motus tamen hic non ſumit̄ pro motu
locali exteriori qui eſt mutatio ab vno lo
co i aliū: ſ; mot⁹ hic ſumit̄ ꝓ inclinatiōe
appetitus qui mouet in aliq̄d habenduȝ
vel agendum. Speciales v̄o actus appe
titus dicuntur paſſiones ⁊ ſunt tot quot
paſſiones reperiunt̄ in appetitu cōcupi-
ſcibili ⁊ iraſcibili. Appetitus cōcupiſci
bilis ſex habet paſſiones: ⁊ poſſunt noia
ri: ꝯcretiue ⁊ abſtractiue: ⁊ dicunt̄ amor
odium: deſideriū: fuga: gaudiuȝ: triſticia.
Iraſcibilis appetitus q̄nq; habet act⁹
ſiue paſſiones: ⁊ ſunt ſpes: deſperatio: ti
mor: audacia ⁊ ira. Hec v̄o diuiſio paſſio
nū nō eſt in ſpecies ſpālíſſimas ⁊ ſubal-
ternas. Continēt nanq; he vndecim paſ-
ſiones plures alias ſub ſe: vt dicet̄ infra
ca. viij. Actus tn̄ appetitus magis ꝓ-
prie noiant̄ paſſiones q̄ actus. Et diffe-
rūt ab actib⁹ virtutis apprehenſiue: ꝓut
diffuſe declaratū eſt in ꝑmo tractatu ca.
.xxv. dubio. v. Ad ſcđm de diſtinctione B
paſſionū: dicendū ex quo paſſiones vt di
ctum eſt ſunt actus appetit⁹: ideo iuxta
diſtinctionē appetitus accipienda eſt di-
ſtinctio paſſionū. Appetit⁹ ē aūt inclina-
tio ꝯſequens formaȝ rei. Hec aūt forma
eſt triplex. Una naturalis ſicut forma la
pidis: ⁊ hanc cōſequit̄ appetitus qui di-
cit̄ naturalis inclinatio: vt lapis ſi moue
atur ad locum ꝓprium ſcȝ deorſum. Et il
le appetitus naturalis nō eſt aliqua po-
tentia appetitiua: ꝓut hic de appetitu fit
locutio. Sola em̄ forma ſufficit ad talem
motū ⁊ inclinationē. Quis in homie et
in quolibȝ corꝑe mixto: ſit talis appetit⁹
ſm̄ elem entū ꝑdominans. De appetitu
tali naturali plura dicunt̄ in ꝑmo tracta
tu. c. xxv. dubio. iij. Scđa eſt forma in-
tētionalis ⁊ apphēſibilis. Et h̄ eſt duplex
Quedam ſenſibilis: q̄ apphendit̄ ſenſu.
Quedam intellectualis: q̄ apphendit̄ in
tellectu. Formā igit̄ apphenſam a ſenſu
cōſequit̄ inclinatio ⁊ appetitus qui dicit̄
appetus ſenſitiuus. Appetitus aialis: et
ſenſualitas. Uocat̄ em̄ ꝑmo appetit⁹ ſen
ſitiuus: q: eſt in ꝑte ſenſitiua: ſequēs ap-
ꝑhenſionem ſenſitiuā alicui⁹ rei ſenſibi-
bilis. Uocat̄ ſcđo appetitus animalis: ꝑ
mo ab aia q: ꝑmaȝ apphenſiuā anime
ſequit̄ que eſt ſenſitiua. Scđo ab aiali:
q: cōuenit om̄i aiali: ⁊ homi inq̄ntū eſt
aial nō inq̄ntuȝ homo. Uocat̄ tertio Sēſualitas
ſenſualitas: q: ſenſualitas videt̄ ſumptū
a ſenſuali motu. Motus aūt ſenſualis ē
actus ⁊ inclinatio appetitus ſenſitiui: cō
ſequens apphenſionē ſenſitiuā. Un̄ ſen-
ſualitas ꝓut hic ſumit̄ accipit̄ ꝓ illa ꝑ-
te ſenſitiua affectiua ſiue motiua: ꝑ quā

moueť homo carnalis aĩalis ⁊ ſenſua-
lis:in aliquod appetendũ vel fugiendũ
delectabile vel triſtabile: conueniens vel
diſcõueniens:comodũ vtile vel incomo-
dum:qđ per ſenſus apphenſum ẽ. Et ſic
ſenſualitas eſt eadem cum appetitu ſen-
ſitiuo. Cõſiderandũ tamen ꝙ ſenſua-
litas dupliciter cõſiderať. Uno mõ in ſe
⁊ ſimpliciter: ⁊ iſto modo ſenſualitas eſt
in furioſis ⁊ in infantibus ſicut ⁊ in alijs
hominibꝰ. ⁊ iſto mõ vt dicit Auguſti.cuz
brutis cõmunicamꝰ. ⁊ iſto modo in ſen-
ſualitate nõ eſt peccatũ. Alio modo ſen-
ſualitas cõſiderať nõ ita ſimpliciter ſed
quodãmõ reſpectiue: ꝓut eſt ad rõnem
ordinabilis ⁊ ab ea ꝑſuaſibilis. ⁊ iſto mõ
cõtingit ſenſualitatẽ ad illicitũ moueri: ⁊
⁊ a regula iuſticie deordinari: ⁊ iſto mo-
do ſenſualitas a theologis magis attri-
buiť homini ꝙ brutis. Theologi eñi con
ſiderant ſenſualitatẽ ꝗ̃tum ad rebellio-
nem ad rõnem:ſed ratio in brutis nõ re-
periť. Idcirco nec ſenſualitas eiſdem at
tribuiť. Differt tamẽ ſenſualitas a vi cõ-
cupiſcibili ⁊ iraſcibili: ꝗa ſenſualitas ma
gis cõiungiť corpi. Et ſicut in brutis ap-
petitus ſenſitiuꝰ:ita ⁊ in homine ſenſua-
litas nulla lege ſtringiť: quin ſemꝑ in ap
petitus rerum ad corpus ꝑtinentia mo-
ueať:ſed cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis i ho-
mine iunguntť rõni ⁊ frenanť rõne: ⁊ re-
guntť virtutibus que in ipſis funduntur
Eſt eñi temperãtia in cõcupiſcibili:forti-
tudo in iraſcibili ⁊ ſic de alijs. Plura de
ſenſualitate dicta ſunt in priori tractatu
cap̃.xxv.dubio.ij.circa principiũ. Siliter
dubio:vij. de ſenſualitatꝭ diſtinctiõe diffi-
nitiõe: ⁊ de ipſius ad rõnẽ ſubiectiõe:que
ibi requirantť. Nominať etiam poten
tia appetitiua ſenſibilis:virtus ſeu potẽ-
tia motiua ſenſualis. Et eſt duplex. Im-
perans ⁊ imperata. Impans motiua ea
dem eſt cum appetitu ſenſitiuo. Concu-
piſcibili ⁊ iraſcibili. Imperata eſt virtus
corporea ſita in neruis ⁊ mẽbris officiali
bus motum exequens: de qua dictuz eſt

in primo tractatu.ca.xxvj. Formã au C
tem apphenſam ab intellectu:ſequiť ap-
petitus intellectiuꝰ vel rationalis vel vo
luntas. Diciť autẽ intellectiuus nõ quia
intelligit: ſed quia ſequiť intellectũ illud
appetendo quod intellectus cognoſcit.
Nõ eñi diligimus niſi cognita ſm Augu
ſtinũ. Diciť etiam rationalis quia iudici
um rationis ſequiť: vt illud qđ ratio iu-
dicat eligendum vel recuſandũ.illud di-
git vel recuſat appetitus rationalis. Di
etiam voluntas per opationem ad appe
titum ſenſitiuũ. Nobiliora eñi entia et ſi
eis cõueniant nomina ignobiliora: tamẽ
ſpecialia nomina rõne ſue nobilitatꝭ ſor
tiunť. Et ideo licet voluntas dicať appe
titus cõueniens in hoc cum appetitu ſen
ſitiuo:tamẽ ſpeciale nomen ſibi retinuit:
vt appetitus intellectiuꝰ nõ ſolum appe
titus: ſed voluntas nomineť. Appeti-
tus aũt intellectiuus qui ⁊ voluntas dici
tur:diſtinguiť in voluntatem delibratiuã
ſiue rõnalem: que cõſurgit ex directione
preambula rõnis delibratiue. ⁊ in volun
tatem naturalem ſiue intellectualez ſiue
conſcie ntioſam:que ⁊ ſindereſis dicitur. Sindereſis
Hec voluntas ſindereſis conſurgit ex di
rectione conſcientie ſimplicis: ſiue intel- Conſcientia
lectus practici. Nam cõſcientia ſimplex
contenta ſub intellectu practico:eſt que-
dam regula directiua ⁊ naturale iudica-
torium naturalis voluntatis ſeu ſindere
ſis. Non tamen he due voluntates ſunt
diuerſe voluntates realiter diſtincte ſed
vna a diuerſis actibus nominata. prout
diffuſius extat declaratũ in ꝓmo tracta-
tu ca.xxxviij. ⁊.c.xl. ⁊ deinceps adusqꝫ ca
pitulũ.xlviij.incluſiue. Correlariuz ex
dictis:cum paſſiones ſint actus motus ⁊
inclinationes appetitus: iuxta diſtinctio
nem appetitus. Accipiẽda eſt diſtinctio
paſſionũ. Et ita quadruplex genꝰ paſſio-
num poteſt apud hominez repiri. Sunt
igitur paſſiões quadruplices. Prime di-
cunť naturales: ⁊ ſunt inclinationes cõ-
ſequentes formam naturalẽ. Paſſio aũt



naturalis:vt ſic nihil aliud eſt ꝙ inclina-
tio forme naturalis ad ſuas ꝓprias ope-
rationes:ſicut natura celorum ⁊ planeta
rum eſt inclinatio ad motum quẽ faciũt
quotidie de oriente in occidens: et ad in-
fluendum in iſta inferiora. Lapis etiaz et
omne graue:habet inclinationẽ ad motũ
deorſum: ⁊ leue ad ſurſum. Hec tñ incli-
natio naturalis non diciť ꝓprie paſſio vt
hic de paſſione fit locutio:ꝗles ſũt amor
odium deſideriũ fuga ⁊ ſic de alijs:ſ; poti
us nominať lex naturalis alijſqꝫ pluribꝰ
nominibus: ꝓut dĩ in ꝓmo tractatu cap̃.
xxv.dub.iij.c.et.xlv. vbi plura de lege na
turali habenť. Scđe paſſiones dicunť
ſiales ꝗ conſequunť ad cognitionẽ pure
ſenſitiuã. Tercie paſſiones rõnales di-
cunť: ꝗ cõſequunť cognitionẽ rõnis deli
brantis ⁊ dictãtis de particularibꝰ agen-
dis. Quarte paſſiones dicunť intelle-
ctuales ſeu mẽtales: ꝗ cõſequunť cogni-
tionem pure intellectualem ſeu mentalẽ
ſeu dictamen conſciẽtie ſimplicis:in cuiꝰ
lumine cognoſcunť ꝓma principia mo-
ralia:vt omne bonum eſt faciendũ: ⁊ ma
lum vitandum: ⁊ ſic de alijs ꝓncipijs agi
bilium:quorꝫ naturale iudicatorium eſt
cõſcientia ſimplex: ꝗ ſemꝑ dictat ad bo-
num: ꝓut dictum eſt in ꝓmo tractatu.c.
xlj. vſqꝫ ad capl̃m.xlvj. Sic ſindereſis po
teſt noiari paſſio. Sindereſis nãqꝫ vt di-
citur.j.tractatu.c.xlvij. aliqñ accipitur ꝓ
potentia motiua: aliquando pro habitu:
aliquando ꝓ actu ſiue paſſione ⁊ affecti
one naturali mediante habitu elicito ſcꝫ
ꝓ ſtimulare ſiue inclinare ad bonũ amã-
dum ⁊ ad malum odiendum: ꝯtra quod
ſindereſis remurmurat naturaliter.

Correlarium ſcđm ex dictis paſſiones
de quibus hic agitur quales ſunt Amor
odiũ gaudiũ triſticia ſpes deſperatio ⁊c:
reponunť tam in appetitu ſenſitiuo ſeu
ſenſualitate: ꝙ in appetitu rationali ſeu
voluntate delibratiua: ꝙ etiam in appeti
tu intellectuali ſeu voluntate naturali ſi-
ue ſindereſi. Quia ſunt actus motus in-

clinationes: appetituũ trium ꝑdictorum
Et qm̃ apđ philoſophãtes ꝓncipalis ſer
mo eſt de paſſionibus appetitus ſenſiti-
ui: ꝯſequẽtibus cognitionẽ ſenſitiuã tam
in aĩalibus ꝙ in hominibus: eo ꝙ ad illas
trãſmutať corpus trãſmutatione ſenſibi
li:nam ad leticiam ſiue gaudiũ ſequiť di-
latatio cordis. Ad triſticiam conſtrictio:
ad iram calefactio: ad timorẽ frigefactio.
⁊ ita de reliqs: ⁊ ad trãſmutationes iſtas
ſimiliter ipe paſſiones qñqꝫ conſequunť
ydoneũ videť primũ tractare ſeparatim
de paſſionibus hmõi aĩalibus: quibꝰ co-
gnitis facile erit ꝑ ſimilitudinez ⁊ coapta
tionẽ de reliquis tam voluntarijs ꝙ itel-
lectualibus habere ſermonem.

## De obiecto paſſionum.

### Capl̃m v

Tercium ad queſitũ in ca.ꝑcedẽ- A
ti de obiecto paſſionũ qđ obijciť De obiecto
appetitui: cuius paſſiones ſunt paſſionum
actus motus ⁊ inclinationes. Appetitus
nanqꝫ mediãtibus paſſionibus moueť ⁊
alliciť ab obiecto. Rñdeť ſicut dĩ.j.eth.
obiectum appetitus eſt bonum. Dicitur
enim ibi: bonum eſt quod omnia appe-
tunt. Ex quo dicto phi ſumitur hec boni
diffinitio. Bonum eſt appetitus motiuũ Bonum
huius diffinitionis explanatio habetur
in priori tractatu capitulo.xxxiiij.

Ad intelligendum qualiter bonum ſit
obiectum appetitus. Primum ponenda
eſt ipſius boni triplex diuiſio. Prima
diuiſio:bonũ aliud particulare aliud vni
uerſale. Cũ eñi ſm Augꝰ.x.de trini. Nul
lum bonũ appetiť ſeu amať niſi cognitũ
iuxta igitur diuerſitatẽ cognitionis ſumi
tur diuerſitas boni. Eſt eñi duplex cogni
tio vna particulariũ: ⁊ eſt cognitio ſenſi-
tiua ſenſuũ exteriorꝫ ⁊ interiorꝫ. Cogno-
ſcit eñi ſenſus bonũ ꝑticulare ħ vel illud
ſub rõne delectabilis ꝯuenictis vł vtilis:
ardui ſeu difficilis:ſub tñ rõne iuſti vł in-
iuſti ſenſus nõ cognoſcit ſed ratio. Et qꝛ
ꝓut dĩ in.j.trac.ca.xvij. Cognitio ſenſus
tam exterioris ꝙ interioris fit cũ cõditio

nibus indiuiduātibus ⁊ circūſtantijs ſeu
appendicijs materie: que ſunt hic ⁊ nūc:
loci ſcꝫ ⁊ tpis. Nihil aūt apprehēdiť ſub
cōditionibus ⁊ circūſtantijs materie: niſi
particulare ⁊ ſingulare: ideo bonū cogni
tum per ſenſum diciť bonū particulare.
Alia eſt cognitio rōnis ⁊ intellectus: qui
cognoſcit vniuerſaliter ſine conditionibꝫ
⁊ circūſtantijs materie: bonū ſeparatum
a materia et abſtractū a fantaſmatibus
Fantaſma (Eſt em̄ fantaſma ſimilitudo rei ſenſate
reſeruata in imaginatione) ⁊ hoc dicitur
bonū vniuerſale apphenſum ſeu cogni-
tum ab intellectu: vnde. ij. de anima. Sē-
ſus eſt ſingulariū: intellectus vniuerſali-
um. Omne em̄ bonū particulare ⁊ ſingu
lare in materia eſt: qđ cognoſcit ſenſus.
Bonū vero ſine omni materia acceptū.
B vniuerſale eſt qđ cognoſcit intellectus.
Scđa diuiſio boni ſumiť ex. viij. Eth.
vbi phus triplex diſtinguit bonū. Bonū
ſcꝫ conferēs ſiue vtile: bonū delectabile ⁊
bonū honeſtum: cui opponiť triplex ma
lum. Nā bono vtili: opponiť malū dam-
ni. Bono delectabili: opponiť malū pe-
ne. Bono honeſto opponiť malum cul-
pe. Ratio diuiſionis boni eſt: qꝛ bonum
eſt aliquid inquantū appetibile. Appeti-
tur autem aliquid tribus modis. Primo
aliqđ appetiť nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter aliud
ſcꝫ vt qđdā mediū per qđ in aliud bonū
tendiť: ⁊ tale bonum vocať bonum vtile
et hoc naturaliter appetūt ſenes magis
ꝙ iuuenes. Sub hoc bono vtili compre-
hēdunť diuitie (q̄ appetunť vt qđdā me
diū per qđ quis poſſet habere victū veſti
tum ⁊ delicias ⁊ honores) honoꝛ em̄ glo
ria et pſidentia etiā ꝓpter diuerſos fines
appetunť: res etiam inanimate (vt infra
diceť) appetunt bonum vtile. Scđo ap-
petitur bonū vt quies in re deſiderata: et
tale eſt bonū delectabile qđ appetiť pro
pter cōplacētiam ⁊ delicias: et hoc magꝫ
appetunt iuuenes paſſionū inſecutores:
ꝓut ſunt delectationes ciboꝝ venereoꝝ
ludoꝝ ⁊ delectationes omniū ſenſuum.

Vnuſquiſqꝫ em̄ ſenſus delectať de obie
cto ſibi ꝓporcionata. Delectať em̄ in me
dijs ⁊ triſtať in extremis. Tercio appe
titur bonū vt q̄dam res terminans appe
titum intellectiuū: ⁊ tale vocať bonū ho
neſtum. Bonū em̄ vtile ordinať in finem
extra ſe. Sed bonuꝫ delectabile eſt finis
appetitus ſenſitiui. Bonū vero honeſtū
eſt finis appetitus intellectiui: ſcꝫ volun-
tatis: et hoc appetūt hoies ſapiētes. Nā
finis nature intellectualis eſt vt ſuſcipia
tur ad bonum honeſtū vtiliſſimū ⁊ dele-
ctabiliſſimum: quo ſolo fruať ⁊ in ipo de
lectata quieſcat. Deus em̄ cōſtituit natu
ram humanā ſupra ceteras creaturas ir
rationales: vt capax eſſet honeſtatis que
diciť honoris ſtatus: terminus boni ⁊ fi-
nis honoris. Bonū tm̄ honeſtū vt dicit
San. Bonauē. j. ſen. diſt. j. dupliciter di-
citur: aut qđ eſt pure bonum: aut in q̄ re-
lucet eius ſimilitudo. Primū bonum ho
neſtum eſt ſummū bonū qđ ſolum termi
nat et quietat aie appetitum rōnaleꝫ ſcꝫ
volūtatem. Nā anima creata eſt ad me-
morandū intelligēdum ⁊ amandū ſum-
mum ⁊ infinitū bonū: qđ deus eſt. Gran
dis igiť excellētia ⁊ dignitas creature ra
tionalis eam itaqꝫ tam capacē fecit deus
vt nihil minus eo ipaꝫ replere poſſet: q̄-
etare vł nihil ſaciare: hinc Aug. j. ꝯfeſſio.
Feciſti nos dn̄e ad te ⁊ inquietuꝫ eſt coꝛ
nr̄m donec quieſcat in te. Et cui nō ſuffi-
cit nimis auarus eſt: nimis auidus ⁊ ſto-
lidus. Scđm bonū honeſtum in quo re-
lucet ſimilitudo veri et eterni honeſti bo
ni: ſunt dona gratiarū ſcꝫ fructus: dona:
beatitudines et virtutes. Huiuſcemodi
bona ꝓpter aſſimilationē ad ſummū bo-
num habent bonitatē et honeſtatē: q̄ ap-
petitum voluntatis afficiunt mouēt ⁊ al
liciunt. De hoc latius dictū eſt pmo tra-
ctatu. xxv. c. dubio. vj. Silr. c. xxxi ij. poni
tur boni deſcriptio triplex: et cō uenit cuꝫ
bono vniuerſali: et qualiter abſtrahitur
a fantaſmatibus. Tercia diuiſio boni C
Quoddā eſt bonū ſimplex: qđ ſcꝫ abſo-

lute habet rationē boni: in qđ deuenimꝰ
ſine difficultate: vn̄ omnis illa paſſio de
cuius intellectu eſt appetitus in bonum
ſimplr̄ ſine additamēto ⁊ cōtractione ad
arduum: hec eſt rōni boni ſimplicis: ſicut
amoꝛ deſideriū delectatio ⁊ oppoſita ha
rum. Aliud eſt bonū arduū in qđ deueni
mus cū quadā difficultate et neceſſitate.
Omnis em̄ illa paſſio de cuius intellectu
eſt motus in bonū cum circūſtantia diffi
cultatis: eſt ratione boni ardui: ſicut ira
q̄ conſurgit ex magna leſione: quā q̄s po
teſt vindicare ſed non in ꝓmptu: et ſic ar
duum addit quandā ſpecialē rationē bo
nitatis: ſcꝫ pcioſitatē quandā: ex hoc ipo
qđ nō de facili pōt haberi: ſicut diciť om-
ne rarum charū. Appetitus eſt duplex
cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: ex hac duplici
boni acceptione duplex diſtinguiť appe
titus ſcꝫ cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: vide-
licet penes differentiā obiectoꝝ ſcꝫ boni
⁊ mali ſic ꝙ in vtraqꝫ reperiť bonū ⁊ ma
lum. Bonū em̄ ⁊ malū q̄ ſunt obiectū ap
petitus pn̄t conſiderari ſimplr̄ ⁊ abſolu-
te ⁊ ſine cōtractione: vel cū contractione
ad arduū. Et ſm hoc differūt illi duo ap-
petitus. Nā appetitus cōcupiſcibilis re-
ſpicit bonum et malum ſimplr̄: ſine aliq̄
ratione difficultatis vel arduitatis: quia
ꝯcupiſcētia (a qua dr̄ vis cōcupiſcibilis)
eſt illoꝝ q̄ leuiter habere poſſumus. Sꝫ
qm̄ multa ſupueniunt nata impedire cō
cupiſcibilē in ſua inclinatione vel tenden
tia vel quietē circa bonum. Et in odio fu
ga vel inquietatione circa malū. Hinc da
ta eſt ei tanq̄ ꝓpugnatrix ipſa vis iraſcibi-
lis q̄ tendit in bonum adipiſcendū vł ma
lum depellendū. Non vt ſimplr̄ ⁊ abſolu
te tale: ſed vt arduū ⁊ difficile adipiſci vel
euadi. Exemplū patꝫ in naturalibus. Ui-
demus em̄ ꝙ natura tribuit rei naturali
duplicē vim. Unā per quā aſſequiť con-
uenientia. Aliā p quā repellit nociua: vt
igni dat leuitatē p quā ſurſum aſcēdit ad
locum quietis ⁊ ſalutis. Et caloꝛē p quē
reſiſtit ⁊ obuiat reſiſtētibus ⁊ coꝛrumpē

tibus. Similiter aialibus dat vim concu
piſcibilem p quā aſſequūť ea que ſunt eo
rum ſaluti accomoda. Et vim iraſcibileꝫ
p quā reſiſtunt coꝛrumpētibus ⁊ leſiuis:
q̄ defendit cōcupiſcibilem vt ſuum obie-
ctum bonū ⁊ finem conſequať. Cur autē
appetitus ꝯcupiſcibilis potius nominať
a paſſione cōcupiſcentie. Curqꝫ appetitꝰ
iraſcibilis potius a paſſione ire nominať
ꝙ ab alijs paſſionibus dictū eſt in primo
tractatu ca. xxv. dubio. iiij. circa medium
In libro tm̄ de ſpū ⁊ aia aliter ponitur di
ſtinctio concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: ſic ꝙ
cōcupiſcibilis eſt ſolū reſpectu boni. Ira
ſcibilis ſolū reſpectu mali. Nā concupi-
ſcibilis q̄ appetit bonum ordinať ad pſe
cutionē boni: ⁊ p hanc ouis vadit ad ma
trem ſuam tanq̄ ad bonū apphenſuꝫ na
turali eſtimatiua. Uis aūt iraſcibilis que
repellit malū ordinať ad fugaꝫ mali: ⁊ p
iſtam ouis fugit lupum tanq̄ malum eſti
matum virtute eſtimatiua. Et iſto modo
paſſiones gaudiū deſideriū q̄ dicunt ap-
petitū boni: ad vim cōcupiſcibilē ptinēt.
Doloꝛ autē ⁊ timoꝛ q̄ conſiſtunt in fuga
mali: ptinent ad iraſcibilē. Sed prioꝛ di-
ſtinctio ꝯcupiſcibilis (q̄ eſt appetitus bo
ni ⁊ fuga mali ſimplicis) ⁊ iraſcibilis (q̄
eſt appetitus boni ⁊ fuga mali ardui) vſi
tatioꝛ eſt apud doctores cōgruētius de-
ſeruit huic tractatu. Idcirco ea vtenduꝫ
eſt in hoc tractatu: ⁊ ſic ſex paſſiones (vt
infra diceť) reperiunť in ꝯcupiſcibili ſcꝫ
amoꝛ deſideriū gaudiuꝫ: q̄ ſunt reſpectu
boni tres reſpectu mali: ſcꝫ odiū fuga tri
ſticia. In iraſcibili q̄nqꝫ due reſpectu bo
ni: ſcꝫ ſpes ⁊ deſperatio. Tres reſpectu
mali: ſcꝫ audacia timoꝛ ⁊ ira. Notan-
dum etiaꝫ ꝙ ſm phm ⁊ ſequaces he due
vires concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis in ſolo
appetitu ſenſitiuo ⁊ ſenſualitate radican
tur. Sed ſm Augꝰ. ⁊ theologos in volū-
tate ⁊ appetitu intellectiuo reperiuntur:
vt dictum eſt in pmo tractatu ca. xlix. in
tercio notabili. ibidemqꝫ in pmo notabili
dictum eſt de duplici diſtinctione concu-
R

piſcabilis et iraſcibilis de q̄ nūc dictū eſt.

D De obiecto appetitus his p̄miſſis vidēdum eſt de obiecto appetitus. Cum eñ dictū ſit ca.iiij.huius tractatus: ꝙ appetitus ſit quadruplex ſcʒ naturalis qui eſt inanimatoꝝ: ſenſitiuus qui eſt brutorum Rōnalis intellectiuus: ſiue volūtas deliberatiua: ꝛ intellectualis ſiue volūtas naturalis ſeu ſinderesis: qui ē hominū (Appetitus aūt voluntatis deliberatiue ꝛ naturalis volūtatis hic ꝑ vno appetitu reputant̄: vtraqꝫ eñ voluntas vna eſt potentia anie rōnalis: a diuerſis officijs varie nominata) appetitus naturalis qui eſt inanimatoꝝ tendit quadā neceſſitate ad bonum particulare dumtaxat vtile ꝛ conueniēs abſqꝫ delectabili. Per hūc appetitum creature inanimate tendunt ad loca ſua ꝑ cōſeruatione indiuidui: vl' ad actiones pro ſui multiplicatione ne ſpecies deficiat. Quēadmodū ignis generans ignem ex aere mouet̄ ſurſum ꝑ ſui conſeruatione: de appetitu naturali plura dicuntur in primo tractatu cap̄.xxv.dubio tercio ꝛ ſexto. Appetitus aūt ſenſitiu⁹ qui eſt brutoꝝ mouetur in bonum particulare vtile vel delectabile quadam impetuoſitate: que eſt infra libertateʒ et ſupra neceſſitatem. Tendunt quidem res aniate per formam ſenſitiuam in actu fundatam in bonum vtile: qđ dum conſequuntur ꝛ illud eis coniungitur: ſentiunt delectationem: de quo dictum eſt p̄mo tract. ca.xxv.dubio.vj. Appetitus vero intellectiuus ſeu voluntas que eſt hominū et creaturarum intellectualiū mouet̄ mera libertate in bonum vniuerſale ꝛ honeſtū verū ſiquidē bonum ſi appetitus rectus eſt: aut ſolum apparēs ſi ꝑuerſus. Honū eñ apparens ſunt diuitie delicie ꝛ honores tꝑales. Eſt eñ ſingularis ꝛ eminēs ꝓprietas anime rōnalis vt appetentiſſima ſit honeſtatis ſeu boni honeſti. Sūt in animalibus ꝛ auibus quibuſdam quedam ſimulacra ꝯcupiti honoris: quia pugnāt vt vincant: ſed radix nō eſt honeſtū bonū: ſed vtile vt ꝑ nidis: vel delicioſum vt ꝑ cibis vel ꝓlificatione. Similiter ꝛ in brutalibus hominibus bonum apparēs appetētibus qui cōpati ſunt iumētis inſipientibus q̄bus nō eſt intellectus. Qualiter aūt naturalia ꝑ appetitum tendunt in bonum quadā neceſſitate. Bruta quadam impetuoſitate homies mera libertate: dictū eſt in p̄mo tracta.ca.xxxiiij. circa ꝓcipium.

E Conſiderandū ꝙ appetitus nō ſolum eſt reſpectu boni: verumetiā reſpectu mali: vnde ſicut eadē potentia ſenſitiua eſt oppoſitoꝝ: ſicut viſus eſt albi ꝛ nigri: ſic appetitus ſenſitiuus ꝛ etiā intellectiuus eſt boni ꝛ mali: ſed ad bonuʒ ſe habet illud appetendo: ad malū aūt illud fugiendo. Volumus eñ nō malum ſ; fugere malum: ꝛ illa fuga mali habet rōneʒ boni. Ex hoc ſequit̄ ꝙ potētia appetitiua ꝛ fugitiua nō diſtinguunt̄ realiter: nā dicitur appetitiua inquantū ꝓſequit̄ cōuenientia: ſed dicit̄ fugitiua inquantū fugit cōtraria. Conſiderandū etiā ꝙ tota ratio triplicis boni vtilis vicʒ delectabilis ꝛ honeſti reperitur in appetitu rationali. Cuius ratio eſt. Nā aīa rōnalis creata ē ad appetendū ꝛ amandum deum. Ideo eius voluntati ꝛ appetitui nō ſufficit q̄cquid deus non eſt. Nullius eñ creature vtilitas delectatio ꝛ honeſtas ſatiare poteſt aīe appetitū volūtatis niſi deus q̄ eſt pure ſummū bonum: in quo eſſentialiter a quo efficiēter: ſcđm quē exemplariter: ad quē finaliter ſunt omnia bona vtilia delectabilia ꝛ honeſta. Ex cuius ꝑceptione ſequit̄ ſumma vtilitas delectatio ꝛ honeſtas. Vires nāqꝫ anie rōnalis hic in via indigētes ſunt inanes ꝛ vacue quarū indigētia replebit̄ ꝑ ſummū bonū in gl'ia Nā iraſcibilis que tendit in ſummū arduū in via cōtremiſcit formidoloſa maieſtatis in gloria aūt replebit̄ ꝑmanētia dignitatis inamiſſibilis qua ſecure tenebit̄ qđ in via ſub enigmate creditur. Rationalis aūt que tēdit in ſummū verum in via lippit ignara veritatis: in gloria autē



replebit̄ intelligentia veritat' infallibilis: qua clare videbitur qđ in via ſub ꝑiculo ſperat̄. Concupiſcibilis ꝟo que tendit in ſummuʒ bonum in via ſitit penurioſa voluptatis. In gloria aūt replebit̄ cōplacentia bonitatis infatigabilis qua ꝑfecte amabit̄ qđ in via ſemiplene diligitur ꝛc̄.

Secūdo ſequit̄ ex ꝑceptione dei: ſumma delectatio ꝓpter ꝯuenientiā ſummaʒ boni: ſūmi cū appetitu rōnali. Eſt.n. delectatio ꝯiūctio appetibil' ꝯuenientis cū appetitu. Hec aūt delectatio ꝛ ꝯplacētia voluntatis in ſummo bono: hic in via imꝑfecte ꝛ ſemiplene habet̄: ꝑ ꝑfectam ꝛ deuotam cōtemplationē: que ꝛ theologia miſtica dicit̄: que cōſiſtit in affectibus et ſpūalibus ſentimentis. In patria ꝟo per iugem fruitionē. Sequit̄ tertio ex ꝑceptione dei ſūma dignitas ꝛ honeſtas anime rōnalis: q̄m vt ſic eſt capax ꝛ ꝑticeps ſummi boni. Eſt eñ capax ſūmi boni inquātum eſt imago dei. Rōnalis eñ ſpūs ꝛ anima eſt imago ſumme trinitatis. naʒ quēadmodū deus eſt vnus ꝛ trinus: ita anima cum ſit vna in eſſentia: tres habet potentias q̄bus capax eſt dei. ſcʒ intelligentiā: voluntatē ꝛ memoriā. Per intelligentiam capax eſt potentie ꝛ ſapientie dei. Per voluntatē potens eſt capere bonitatē dei. Per memoriā potēs virtutē eternitatis dei: vt nūꝙ̄ ineternū ab eo poſſit ſeparari. Eſt etiā aīa ꝑticeps ſūmi boni in q̄ntum eſt ſilitudo dei: ꝛ ſic aīa ē ꝑticeps dei.i.ꝑfecte capiēs deum: ꝑ illapſam deiformē: vt ſic aīa fit deiformis.i. ſilis deo in via: per habitus ꝛ actus trium virtutum theologicaꝝ infuſaꝝ. ſcʒ fi. dei ſpei et charitat' imꝑfecte: in patria trib⁹ dotib⁹ glorioſis: vicʒ aperta viſione: ſecura tentione: ꝛ ꝑfecta dilectione: ꝓut dictū eſt in p̄mo tract.c.v. in fine. Appetitus etiā rōnalis cōſequit̄ vtilitatē delectationē et honeſtatē in bono honeſto (vt ſunt gratia ꝛ virtutes) in quo relucet ſilitudo p̄mi ꝛ ſummi boni. Plures etiā habet adiunctas vtilitates delectatiōes ꝛ dignitates: ſicqꝫ quadā vi ꝛ poteſtate trahit effectum volūtatis: ꝓut habitū eſt in.j.tract. ca.xxv.dubio.vj. Correlariū hō cuʒ ſit oīs creatura ꝑticipatiue: cōicat ꝛ continet omniū inferioꝝ creaturarū nobilitates ꝛ ꝑfectiones eminētius. Ideoqꝫ hō appetitū ꝛ naturalē inclinationē inferiorū ꝑticipat creaturaꝝ. Primo ineſt homini inclinatio ꝛ appetitus naturalis: in quo cōicat cum oībus ſubſtātijs: ꝓut quelibet ſubſtātia appetit cōſeruationeʒ ſui eſſe ſ̄m ſuam naturā: ꝛ ſ̄m hanc inclinationē ꝑtinēt ad appetitū ꝛ legē nālem: ea que vitam homis ꝯſeruant: ꝛ ꝯtrariū impedit̄: vt vim vi repellere: vt dī in decreto. diſ.j. Ius naturale. Scđo ineſt homini inclinatio ꝛ appetit⁹ ad aliqua magis ſpecialia ſ̄m naturā qua cōmunicat cū beſtijs: ꝛ ſic dicūt̄ eſſe de appetitu ꝛ lege naturali que natura docuit aīalibus cōmixto maris ꝛ femine: educatio liberorum. diſtin.j. Ius naturale. Tertio ineſt homini appetitus ꝛ inclinatio ad bonuʒ ſ̄m naturaʒ rōnis que eſt ſibi ꝓpria: ꝛ ſic homo habet naturalē inclinationē: ꝛ appetitum: vt ſcientiā ꝛ veritatē cognoſcat vt dicit̄.j. Metaphi. Oēs hoies natura ſcire deſiderant: ꝛ vt appetat virtuteʒ ꝛ bonitatē. vt dī.j. Ethi. Oīa bonū appetunt. Item ineſt homini naturalit̄ cōcordia inter ſimul viuentes. Item ꝙ inferiores ſubijciant̄ ſuis ſuꝑioribus.

¶ De diffinitione paſſionis. Ca. vj

A De diffinitione paſſiōis

Certa ꝑdicta diffinitio ꝛ deſcrptio paſſionis pēdet ex ſubiecto ꝛ obiecto paſſionis: de q̄bus viſuʒ eſt q̄rto ꝛ q̄nto caplīs. Nūc vidēdum eſt de diffintiōe ꝛ deſcptione paſſionis quā doctores multiplr deſcribūt Cācell'. pariſieñ. in tractatu de paſſionib⁹ aīe: ſic paſſionē deſcribit. Paſſio ē inclinatio q̄dā vel coaptatio ſeu ſilitudo ꝛ ꝯuenientia delicta ab agēte i paſſuʒ: ꝑ quā trahit̄ ip̄m paſſū q̄dāmō ad agens: aut eidem coaptat̄ vel aſſimilatur ꝛ refugit cōtrarium. Hec eſt generalis deſcriptio ꝯueniens quadru

Paſſio

plici genere paſſionū.ſ.naturaliū: aialiū rōnaliū ⁊ intelligibiliū: quarū de diſtinctiōe dictū eſt.c.iiij. Pro huius deſcriptōis intelligentia ꝯſiderandū ꝓut dictū eſt.c.iij. Qꝛ ſicut in corꝑali paſſione (que eſt effectus illatioq; actionis) tria eſt ꝯſiderare. vicȝ formā ꝑ quā agēs agit in paſſum: ipm agens velut terminus a quo ꝓcedit forma que recipit in paſſum: terminū ad quē ipm ſcȝ paſſum cui imprimit forma actionis. Queādmodum ignis generās ignem ex aere relinquit in igne genito caliditatē ⁊ leuitatē. Caliditatē ꝑ quā reſiſtit reſiſtētibus ⁊ corrūpentibus. Leuitatē ꝑ quā aſſequit ꝯuenientia: ꝗ leuitas ſuo pondere vel tractu mouet ſurſum ad ſimilem ignē: ⁊ dum illic eſt quieſcit. Odit ꝟo locū deorſum tanq̄ ſibi nō cōuenientem: ⁊ refugit ipm nec quietē habet in illo: ſicut exēplificatū eſt de paſſione ⁊ inclinatione naturalis appetitus: ſic etiam de aliorum appetituū paſſione. Nā hō affectus ꝑ amorē ad aliqd inclinat ad illud: vbi iuxta ſimilitudinē paſſionis naturalis eſt tria ꝯſiderare. Primū eſt terminus a quo: agens vicȝ virtus apphenſiua ſenſitiua exterior vel interior a qua paſſio inchoat: ꝗ cognoſcit obiectū aliqđ bonum particulare: ſub intentione vtilis vel delectabilis ꝯuenientis: vel malū particulare ſub rōne damni vel pene diſcōuenientis: queādmodū intellectus practicus ſeu ratio motiua vel ꝯſciētia ſimplex: cognoſcit verū ſub rōne boni vniuerſalis qđ ē obiectū voluntatis vel ſindereſis: prout dictum eſt.j.tract.ca. xxxiij. ⁊ in pleriſq; alijs. Scđm eſt terminus ad quē terminatur paſſio derelicta a virtute cognitiua: ⁊ ille terminus ad quē eſt appetitus ſenſitiuus: ꝯcupiſcibilis vel iraſcibilis. Nō enim patit mouet vel inclinat ꝑs appetitiua: niſi ꝓcedēte in pte apprehēſiua cognitione boni vel mali. Tertiū eſt forma media ꝑ quā vis apphēſiua agit in vim appetitiuam: motio ſcȝ interior deſiderij. Illa enim motio ſequit naturaliter apphēſionē: ⁊ eſt formaliter paſſio: mouens trahens coaptans aſſimilans ⁊ inclinās vim appetitiuam ad bonū apphenſū ꝑ vim cognitiuā: ⁊ ſi nō habet deſiderat: ſeu cōcupiſcit illud: ⁊ ſi adipiſcit quieſcit ⁊ delectat in eo. Refugit ꝟo ⁊ odit cōtrariū: ⁊ horret approximationē eius. ⁊ ſi ei cōtingit dolet ⁊ triſtat. Et he ſunt ſex paſſiones tres reſpectu boni ſimplicis: ⁊ tres ſimilit reſpectu mali: ꝓut infra docebitur: amor: ꝯcupiſcentia: delectatio: odium: fuga: dolor vel inquietudo. Paſſionē aliter deſcribit idem Cancell. ſuꝑ Magt in tractatu ſuꝑ verſu. Quia fecit mihi magna. Paſſio eſt apphēſio ſenſualis cōuenientis vel diſcōueniētis pn̄tis vel abſentis. Pro iſtius deſcriptionis noticia conſiderandū pmo: ꝙ hec deſcriptio conuenit paſſioni aiali ꝗ ſequit apphenſionem ⁊ cognitionē pure ſenſitiuā: poterit ⁊ cōuenire paſſioni voluntarie: que cōſequit cognitionē rōnis delibrantis: ⁊ etiā paſſioni mentali ipſius ſindereſeos: que cōſequit cognitionē ſimplicis cōſcientie ſi adderet hec particula intellectualis ſic paſſionem deſcribendo. Paſſio eſt apphēſio ſenſualis vel intellectualis cōuenientis ⁊c. Sed Cācell. ſeꝑatim deſcribit paſſionē aialem: qua cognita facilius poterit aliarū paſſionū haberi noticia. Cōſiderandū ſc[d]m ꝙ hec deſcriptio paſſionis nō eſt formalis ſed cauſalis: quia apprehenſio nō eſt formaliter paſſio: ſꝫ paſſio formalis cauſat ab apphenſione ⁊ cognitione ꝑambula: ſicut paſſio riſus exterior cauſat a paſſione interiori ſcȝ gaudij (Ridere enim vt dicit.s.Bona. in.ij. diſt. viij.pte.j.arti.iij.q.ij. Eſt opatio: ꝗ ptim cōpetit anie vt eſt motor: ptim vt eſt perfectio. Ibi enim eſt quedā cordis exhilaratio: ⁊ hec eſt ab aia: vt pfectio. Generat motio ⁊ hec ē ab aia vt motor) exemplificat Cancell. de paſſione cauſali ⁊ formali. Puer nanq; dum mater oſtēdit vbera apphendit ꝑ viſum ꝑ ſenſum cōmunem ⁊ ꝑ fantaſiam. Deinde ſi eſurit ſequit ad hanc apphenſionem inclinatio et motio quedā deſiderij nedū naturalis: ſed ſenſualis ⁊ animalis: ⁊ ſi non eget cibo: ſequitur aliquando motio faſtidij. Tandē tercio ſi non fuerit impedimentū: conſequit executio ad mouendum membra: ad ſugendū vbera: vel ab eis diuertendo. Medium enim ſcȝ motio eſt formaliter paſſio. Illa enim motio interior ſequit naturalit apphenſionem: ſed apphenſio nō eſt formaliter paſſio: ſed cauſaliter: quia paſſio formalis cauſatur ab apprehenſione: ꝓut exemplificatū eſt. Conſiderandum tertio ꝙ q̄libet paſſio (ſiue naturalis ſiue animalis ſiue voluntaria ſiue mentalis ſindereſis) inſequitur cognitionē ꝓuiam ſeparatā vel coniunctam. Paſſio ſiue inclinatio naturalis inſequit apphenſionē ſeu cognitionē non cōiunctam ⁊ ſeparatam: que deus eſt: qui oīa infallibiliter dirigit in actus ⁊ fines ſuos: nam opus nature (inquit Cōmētator) eſt opus indulgentie ſcȝ dei. Paſſiones nanq; ⁊ inclinationes naturales inanimatorū (Qualia ſunt corpora ſimplicia celeſtia: ⁊ quatuor elementa: ſimiliter materia prima ꝗ eſt pars compoſiti ſubſtātialis naturaliter appetit formā vt per eam actuetur in eſſe actuali: forma etiā naturalis appetit naturaliter iungi materie: vt in ea ſubſiſtat. Similiter corpora mixta ex elementis cōpoſita: ſicut mineralia ſenſibilia corpora humana: ⁊ animata inſenſibilia: vt ſunt vegetabilia quorum forma ꝓpter ſui materialitatē modicū eſt eleuata ſupra naturā in quibus ſolus naturalis appetitus reperit) inſequunt cognitionē ꝓncipij ſeparati: ſcȝ dei qui primus motor eſt. Quemadmodū cognitio ⁊ intentio ſagittantis eſt in ſagitta directa: ꝓut dictū eſt pmo tracta.c.xxv. dubio tertio ⁊ quarto. Item ibidē.xxxiij.et.xxxiiij. capitulis.

Conſiderandum quarto ꝙ paſſio animalis: ⁊ voluntatis ⁊ ſindereſis ſequunt apphenſionem ⁊ cognitionē coniunctā nam paſſio aialis que eſt motus ⁊ inclinatio appetitus ſenſitiui cū ſenſibus: eſt in parte aie ſenſitiue: ꝗ cognoſcit obiectū appetitus ſenſitiui. Paſſiones vero appetitus intellectiui ſcȝ volūtatis ⁊ ſindereſis cū rōne ⁊ ꝯſcia ſimplici: ſunt in parte anime rōnalis que cognoſcit bonū vniuerſale: qđ eſt obiectū appetitus intellectiui: ꝓut habitū eſt in pmo trac. in pluribus caplis. Correlariū ex dictis ad paſſionē tria ꝯcurrūt. Primū eſt apphenſio boni cōueniētis vel mali diſcōuenientis. et hec apphēſio fit ꝑ intellectū practicuȝ ſeu rōnem motiuā in hoie: ⁊ ꝑ fantaſiam in brutis: cooperātibus ſenſibus exterioribus ⁊ iterioribus ꝓſertim eſtimatiua: cuius actus (ꝓut dī pmo trac.c.xxj.) ē elicere ex rebus ſenſatis intentiones non ſenſatas: vtilis vicȝ vel nociui ardui vel difficilis: hec oīa ſunt diſpoſitiōes ꝑambule ⁊ ꝓuie diſcernentes ⁊ cauſantes motus paſſionum.

Scđm eſt appetitus rōnalis ſiue intellectiuus ſiue volūtas in hoie: et appetitus ſenſitiuus concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis in brutis: ꝗ ſt ſubiectū paſſionis: ⁊ paſſiōes eorundē actus. Tercium eſt motio affectio ſiue inclinatio actualis cauſata in appetitu ex apphenſione: et talis motio ⁊ inclinatio eſt formaliter paſſio: inchoata in virtute apphenſiua ꝯiūcta: ⁊ derelicta ⁊ terminata in ꝟtute appetitiua. Poſtremo ſequit executio i opus ꝑ vim motiuā executiuā (de ꝗ dī tra.pmo.c.xxvj.)

Paſſio formaliter accepta ꝓ motu et inclinatione appetitus ſic deſcribit a Damaſceno.ij.libro. Paſſio eſt motus appetitiue ꝟtutis ſenſibilis in imaginatiōe boni vel mali. Hec deſcriptio eſt paſſionis aialis ꝗ eſt actus ⁊ motio appetitus ſenſitiui. Et ſumit in dicta deſcriptione imaginatio: pro apphenſione fantaſie ꝗ ſpecies ſenſibiliū ꝑ ſenſum cōmunē a ſenſibus exterioribus acceptas ⁊ in imaginatiua reſeruatas: apphēdit intētiones etiaȝ eſtimatiue apphēdit ⁊ cōponit: ꝓut dem̄ eſt in pmo trac.c.xx. vbi dī ꝙ imaginatio ſepe accipit ꝓ fantaſia. Paſſio etiam

B Alia d[…] tio paſ[…]

C

ſenſualis aliter deſcribit̃. Paſſio eſt mo-
tus irrõnalis aie ꝑ ſuſceptionez boni vel
mali. Diffinit̃ etiam paſſio a Remigio.
Paſſio eſt motus aie: ꝑ ſuſpicionẽ boni
⁊ mali. Hanc diffinitionẽ declarat Alexã
der in tercia parte.q.v.mẽbro.j. dicẽs ꝙ
ſuſpicio dupl'r ſumit̃ ꝓprie ⁊ ſic dubitati-
onẽ importat: et ſic ſumit̃ in diffinitione
Remigij. Sumit̃ etiam extenſe nomine
ꝓut dicit appꝛehenſionẽ ſiue cognitionẽ: ⁊
ſic ſumit̃ in dicta diffinitione ſub h̃ ſenſu
Paſſio eſt motus aie per appꝛehenſionez
boni vel mali. Diffinit etiam Alexãder
ibidẽ paſſionẽ. Paſſio eſt motus ꝑter na
turam ſenſibilis: vñ ſm̃ Johez Damaſ.
Paſſio generaliter dicta eſt mot⁹ ex alio
in aliud: hoc aũt põt eſſe dupl'r vel in ali-
ud ſm̃ naturã: tũc paſſio dĩ a patyn gre-
ce qď ſonat informationẽ: ⁊ hoc mõ dici-
tur aia paſſibilis.i.receptibilis ipſorũ in-
telligibiliũ ſciẽtiarũ ⁊ virtutũ: ad qď ſm̃
naturã nata eſt: hoc modo generaliſſime
dicit̃ paſſibilitas reſpectu cuiuſcũq; crea
ture inquantũ eſt receptibilis cuiuſq; ꝑ-
fectionis: ⁊ ſic luna dĩ pati recipiẽs lumẽ
a ſole (vt dĩ.c.iij.) Uel motus eſt ab alio
in aliud ꝑter naturã: tũc paſſio dĩ ſpecia
liter ſm̃ ꝙ diſtinguit Joh. Damaſ. inter
oꝑationem ⁊ paſſionem: qꝛ oꝑatio dicit̃
motus q̃ eſt ſm̃ naturã: paſſio vero dicit̃
motus immoderatus q̃ eſt ꝑter naturaz
ſicut pulſus cordis nõ ſm̃ naturã motuſ
paſſio eſt: non tñ ſicut dicit Damaſ. Oẽs
motus paſſiui paſſiones vocant̃: ſed qui
ſunt vehemẽtiores ⁊ in ſenſum ꝓceden-
tes. Qui eñ ꝑui ſunt ⁊ inſenſibiles non-
dũ paſſiones ſunt: ideo diffinit̃ paſſio eſt
motus ꝑter naturã ſenſibilis. Haruz de-
ſcriptionũ noticia claret ex ſequẽti deſcri
ptione paſſionis: q̃ extracta eſt ex tracta-
tu Cancell'. de paſſionibus aie. Paſſio
eſt motus appetitus ꝯueniẽs ex appꝛehẽ-
ſione alicui⁹ vt ꝯueniẽtis vel diſcõuenien
tis: pñtis vel abſentis. Ad cui⁹ deſcri-
ptionis noticiã: ꝑticule ei⁹ declarabũtur
ſingillatim. Primo dĩ in deſcriptiõe paſ-

ſionis motus: motus ꝓut hic accipit̃ nil
aliud eſt ꝙ̃ inclinatio in aliq̃d: ⁊ iõ illis vi
ribus aie q̃bus inclinatio nõ ꝯuenit: non
attribuit̃ ꝓprie motus. Inclinatio autez
eſt in appetitu q̃ mouet in aliq̃d habẽdũ
vel agendũ: ⁊ iõ actus appetitiuarũ vtu-
tũ (ſcꝫ naturalis ſenſitiui et intellectiui)
motus ꝓprie vocant̃: nõ aũt actus vtutũ
appꝛehenſiuaruz. Scđo dĩ in deſcriptione
paſſionis Appetitus: in q̃ tãgit̃ ſubiectũ
paſſionis. Subiectũ eñ paſſionis ẽ appe
titus (ꝓut dĩ.ca.iiij.) in q̃ cauſat̃ motus
q̃dã ꝯſequẽs appꝛehenſionẽ vtutis cogni
tiue. Si eñ talis mot⁹ ꝯſequit̃ ad cogni-
tionẽ pure ſenſitiuã: ſic dĩ paſſio aialis.
Si vero conſequit̃ cognitionẽ rõnis deli
berantis de particularib⁹ agẽdis: ſic dicit̃
paſſio volũtaria vel rõnalis. Si vo cõſe-
quit̃ cognitionẽ pure intellectualem ſeu
**D** Conſiderandum ꝙ ſapientia a ſanctis ⁊ philoſophis multipliciter accipit̃. Prima eſt ſapientia eſſentialis et increata De qua dicitur illud Sapientie ſeptimo. Omnium eſt artifex: omnia proſpiciens. Quod vtiq; eſt intelligendum: de beatiſſima trinitate. Nam vt dicit ſanctus Auguſtin⁹. Sicut inſeparabiles ſūt in eſſentia ita inſeparabiliter operantur ab extra Nam ab intra ita pater gignit filium ꝙ filius non gignit ſed eſt genitus. ⁊ pater ingenitus ⁊ ſpirituſſanct⁹ ab vtroq; procedens: non illi ab eo. Sed ab extra quo ad proprietates perſonales (In mundi creatione: conſeruatione: gubernatione) qđ operatur pater: idem ⁊ fili⁹: ⁊ ſpirituſſanctus. vnde xp̄s ait Iohānis vj. Pater meus operatur vſq; modo et ego operor. Sicut autem omnium diuinarum perſonarum eſt vna eſſentia potentia ⁊ bonitas: ita ⁊ vna ſapientia. que non eſt aliud ẜm Auguſtinū ꝙ̄ ipa eſſentia. Naȝ ⁊ ſi in nobis aliud ſit eſſentia aliud ſapientia. quia quoddaȝ accidens adueniens nobis poſt eſſentiam. non ſic in deo cum nil accidat ei. Sed vt dicit Boecius. Accidens in deo tranſit in ſubſtantiam: hoc qđ in nobis eſt accidens. vt ſapientia bonitas ⁊ huiuſmodi. In deo eſt ipſa ſubſtantia ſeu eſſentia. Diſtinguitur tamen anobis ſapientia dei a ſua eſſentia per noſtrum intellectum ratione quia alia rōne conſideramus eius eſſentiam: inquantum per eam ſubſiſtit. et eius ſapientiam inquantum per eam nouit oīa ⁊ diſponit ad debitum finem. Secūda ſapientia perſonalis ⁊ incarnata eſt dei filius. cui per appropriationem attribuit̃ ſapientia ꝓut dictum eſt. ij. tractatu capitulo. xxxj. in fine. vnde dicit̃ Eccli. primo. Fons ſapientie verbum dei in excelſis. ⁊ j. Cor. j. aplus dicit xp̄m dei virtutem et dei ſapientiam. De cui⁹ eterna generatione dicit. s. Bona. in opuſculo lignum vite Sup̱ verſiculo. Iheſus ex deo genitus. Cum ihm audis ex deo genitum. caue ne ment⁊ tue oculis infirmū aliqđ carnalis cogitatiōis occurrat. Quin potius columbino ⁊ aquilino intuitu: ſimpliciter crede ac perſpicaciter contemplare Quō ab illa eterna luce: ſimul immenſa ⁊ ſimpliciſſima ⁊ fulgentiſſima ⁊ ſumme archana: coeternus ⁊ coequalis ⁊ cōſubſtantialis ſplendor oritur q̄ tota eſt virtus ⁊ ſubſtantia patris generat⁊. in quo pater omnia diſpoſuit ab eterno per quem fecit et ſecula. factaq; gubernat ⁊ ordinat ad gloriam ſuam. partim per naturam: ptim p̱ gratiam: ptim p̱ iuſticiam: ptim p̱ miſericordiam vt nihil in mundo inordinatum relinquat. Et hec ſapientia. Primum exiuit vt Hugo dicit ſup̱ ꝓlo. ang. ierarchie p̱ creaturam mundi ⁊ manifeſtauit ſe in operibus ſuis ⁊ cepera tvideri viſibiliter inuiſibilis per effectū ſuum viſibilē. Et ille exitus ſapientie cauſabat in ſenſib⁹ noſtris exteriorib⁹ quandam noticiā eternorum ſcientialē. q2 ẜm aplm inuiſibilia dei a creatura mūdi p̱ ea q̄ facta itellecta cōſpiciunt̃ ſempiterna q̄ȝ virt⁹ ei⁹ ⁊ gloria et diuinitas. Et illud lumen ſapientie aliquem cauſat ſaporem in ſenſibus vt dicit pſ̄. Delectaſti me dn̄e i factura tua ⁊c̃. Secūdo vt dicit Hugo ibidem exiuit ſapientia patris incarnata et facta ē lumen in teſta vt nos illuminaret ⁊ ad patrē reuocaret vt patet in deductione auctoris libri ſeptem itinerum eternitatis.



**E** Tercia eſt ſapiētia hūana que ẜm ſctm̄ bonā uen. in. iij. diſtin. xxxv. quadrupliciter accipitur. ſc3 cōmuniter. minus cōmuniter proprie. ⁊ magis ꝓprie. Communiter Sapientia dicit cognitionem rerum generalem. Et includit in ſe diuerſas ſcientias. Non ſolum illas que ſunt de creaturis verum etiam illas que ſunt de creatore. Hanc Aug⁹ in libro. xij. de trini. ⁊ magiſter in. iij. diſtin. xxxv. Diffiniens ſapientiam dicit. Scientiam rerum diuinarum ⁊ humanarum. id eſt ceterarum rerū creatarū in quibus manifeſtatur ſumma dei ſapientia. Et etiam phyloſophus in p̄ma phyloſophia dicit ſapiens eſt qui omnia nouit ẜm ꝙ conuenit.

Phyloſophia deſcribitur.

**Phia deſcribitur.** Sapientia communiter dicta eadem eſt cum phyloſophia quam Iſidorus in li. in libro Ethymologiaȝ paucis adiectis: (quēadmodū s. Aug⁹) ſub nomīe phyloſophie ſic diffinit. Phyloſophia eſt diuinarum humanarumq; rerum cognitō cum ſtudio bene viuendi coniuncta. In qua diffinitione Cognitio ponitur ꝓ genere Cum autem ſubiungit̃. Rerum diuinarū humanarūq; tangit̃ obiectū phyloſophie. Pro quo notandum. Res dicitur diuina tribus modis primo per eſſentiam. ⁊ ſic ſolus deus dicit̃ diuinus. Secundo aliquid dicit̃ diuinuȝ. quia verſat̃ circa res diuinas vt circa deuȝ ⁊ intelligē tias. Et ſic Metaphiſica ⁊ ſimiliter theologia dicit̃ diuina. ſic ⁊ metaphyſicus dicitur diuinus. Tercio dicitur quia nō eſt libere operabile a nobis. Unde res diuina dicitur quia habet alia principia ⁊ alias cauſas a nobi. libere agentibus Iſto modo celum et intelligentie ⁊ omnia entia naturalia dicunt̃ res diuine. Illa eīn habent aliam cauſam q̄ȝ intellectum noſtrum. Conſtat enim a natura vel inſtituente naturaȝ. vt a deo. Sic ſimiliter dicitur res humana duobus modis. Primo quia habet humanitatem, ⁊ ſic homo dicitur res humana. Secundo res humana dicitur cauſatiue quia cauſatur ab homine. Et res humana ē res nō habēs alias cauſas ⁊ alia principia a nobis libere agentibus. vt ſunt entia rationis (Sylogyſmus ſcilicet oratio propoſitio) quarū principium eſt intellectus. Similiter ſic virtutes morales et eorum vicia dicūtur res humane. Horum enim principiuȝ eſt voluntas que eſt potentia libera. vnde ⁊ tercio Ethicoꝝ dicitur. Nos ſumus domini ⁊ rectores noſtrarū operationum a principio vſq; in fineȝ. Dicitur vltimo in diffinitione phyloſophie. Cum ſtudio bene viuendi coniūcta. per hoc innuitur ꝙ ſtudium phyloſophie ordinatur in vitam moralem ſicut in finem. Dicit̃ enim iij. Ethicoꝝ. Non tm̄ ſtudem⁹ vt ſciam⁹ ſed vt boni efficiamur. Recte ergo plato dixit phyloſophiam eſſe ſtudium mortis perfectionē virtutis. hoc eſt phyloſophia eſt ſtudium mortificandi vicia et carnalia deſideria. Corrolarie ſequitur primo ꝙ phyloſophia vt hic eſt diffinita. capitur communiter pro apprehenſione et cognitione cuiuſlibet entis non curando an ſit ens increatum ſiue res diuina p̱ eſſentiam vt eſt deus. de quo eſt ſapientia theologica Uel ens reale cauſatum a natura. Uel ens rationis cauſatum a nobis. Loquendo tamen de phyloſophia ꝓprie prout diuiditur in naturalē moralē ⁊ rationalē. ſic theologia nō dicit̃ phyloſo-

phia quia non cõnumeratur inter alias ſciētias nec alicui parti phie ſupponitur: ſed eſt ſuperior ad omnes ſcientias.etiaꝫ ad metaphyſicaꝫ naturalē. ⁊ ad ius omne canonicum ⁊ ciuile ⁊ omnis ſcientia inferior dꝫ reſoluē ſuas ambiguitates ad theologiaꝫ.⁊ interpretatio debet ſumi ꝑ theologiam,ꝑſertim in his que ſalutē reſpiciunt. Correlarie ſecundo.ꝙ phus eſt homo diuinaꝝ rerum humanarumqꝫ cognitionem habens ⁊ tramitem beneviuēdi retinens. Et ſm Auguſti.in.viij.libro de ciui.dei.ca.ij.Hoc nomen phus inuētum eſt a pitagora.Antiqui enim ſapientes dicebātur Zophi id eſt ſapientes.videbatur autem Pitagore hoc eſſe nomē arrogantie ⁊ ſuperbie. Unde noluit dici zophus id eſt ſapiens.ſed phyloſophus: id eſt amator ſapientie Dicitur enim philoſophus a philos greco quod ē amor latine ⁊ zophia ſapientia quaſi amator ſapientie.Ideo hoc nomen philoſophus ē nomen virtutis ⁊ ſolis virtuoſis cōuenit quia ad eſſe phyloſophum duo requiruntur. Primo ꝙ habeat ſcientiam diuinaꝝ ⁊ rerum humanarum.Secundo ꝙ viuat bene moraliter. Phyloſophus eñ vt philoſophus ſemper ſequitur dictamē recte rationis. Phyloſophia autem proprie dicta ē triplex.naturalis.rationalis. moralis.Cuius ſunt multe ſpecies a phyloſophis ordine miro tradite. vt ſub naturali comprehendatur metaphyſica . De eſſentijs rerum Mathematica de numeris ⁊ figuris Phyſica de motibꝰ.Sub rationali.Grāmatica. Logica.Rethorica. Sub morali.Ethica.yconomica.politica Quibus addite ſunt artes mechanice.de quibus infra dicetur extenſe. Secūdo ſapientia humana ſm ſanctū bonauētu.ſupra ſumit minus cōmuniter.ſic ſapientia dicit cognitionem ſublimem ſcilicet eternarum rerum.j.Corinth.xij. Alij datur ſermo ſapiētie.id eſt cognitio eternorum,Alij ſermo ſcientie id eſt cognitio

Phus.

creatorum.vt patebit infra de gratijs gratiſdatis capitulo.viij.Et phyloſophꝰ dicit Sapientia eſt cognitio cauſaruꝫ altiſſimarum.Sic ſapientia dici poteſt ꝑmus habitus intellectualis.de quo in preſenti capitulo principalis eſt intentio vt patebit.. Tercio ſapientia dicitur proprie ⁊ nominat cognitionem dei ſm pietatem que cognitio attendit in cultu latrie quē exhibemus deo per fidem ſpem ⁊ charitatem.Unde Auguſtinus.xiiij.de ciuitate dei exponens illud Job Ecce pietas ē ipſa ſapientia.Dicit ꝙ pietas ⁊ ſapientia idem eſt qđ Theoſebia a theos quod eſt deus ⁊ ſebes pietas quaſi diuinus cultꝰ. Qui conſiſtit in tribus virtutibus theologicalibus ſm eundem in principio enchiridion.vbi dicit ꝙ fide ſpe charitate colitur deus.Sic pietas eſt pars potentialis iuſticie.de qua infra dicitur capitul'.xxij.

Quarto ſapientia dicitur magis proprie ⁊ nominat cognitionē dei experimētalem.Et ſic eſt vnū de ſeptem donis ſpiritusſancti.Cuius actus conſiſtit in deguſtando ſuauitatem dei.Qui quidē actus partim eſt cognitiuus partim affectiuus Ita ꝙ in cognitione inchoatur ⁊ in affectione conſūmatur. de qua infra dicitur: vbi de ſeptem donis ſpiritusſancti determinatur capitulo.xxviij. Ultra has q̄tuor predictas acceptiones ſapientie humane.Sapientia accipitur communiſſime apđ ſtoycos ⁊ morales philoſophos ſicut fuerunt Socrates Seneca Boetius Qui nihil aliud vocant ſapientiam ꝙ collectionem omnium virtutum intellectualium ⁊ moralium.Et iſto modo Sapiens eſt idem qđ perfecte virtuoſus ſic ſapientia includit omnem virtutem.Nā ad ſapientem pertinet determinare illud quod eſt formale in q̄libet virtute.Propter quod in.ij.Ethicorum diffinitur virtus ſic. Uirtus ē habitꝰ electiuꝰ imediate ꝯſiſtens,ꝑut ſapiēs determiabit.⁊ iō ſapiētia que eſt cuiuſlibet virtutis dicto modo

Uirtus.



determinatiua inducit ad omnē virtuteꝫ ⁊ ſic accipit ſapientia in libro Sapientie ꝑut dicunt lira ⁊ holgot. Nomen eñ libri cōiter accipit a materia de qua tractatur. Nam in libro ſapientie nō tractat de aliqua virtute intellectuali vel morali: ſꝫ de omni virtute. ⁊ ideo nomen ſapientie non ponit ibi ꝓ dono ſupnaturali nec ꝓ virtute intellectuali.ſꝫ ꝓ ſumma ꝟtutum totali. Quātum ad quartū de ſapientie nature declaratione tria occurrunt. Primū de differentia ſapientie ⁊ alioꝝ habituū itellectualiū.Scđm de duplici ſapia bona ⁊ mala. Terciū de ſapiētia hitu intellectuali. Conſiderandū ꝓ primo.ꝙ ſm platonē ⁊ Ariſtotelē.vj.ethic.q̄nqꝫ ſūt habitus intellectuales.Sapia:intellectꝰ: ſcia:prudentia ⁊ ars.Et dicunt habitꝰ intellectuales.q: ſūt in intellectu ⁊ ꝑficiūt et determinant intellectū:q̄ ex ſe eſt indeterminatus ⁊ indifferens ad cognitionē veri ⁊ falſi:boni ⁊ mali:vt dictum eſt ſupra.c.ij. Et primi tres habitus ſunt in intellectu ſpeculatiuo.alij duo prudentia ⁊ ars in intellectu practico. Prudētia tñ (vt infra dī caplo.xvij.) ſi ſit habitus intellectualis q̄tum ad eſſentiā.eſt tñ habitꝰ ⁊ virtus moralis q̄tum ad materiā. Amplior tñ differentia habituū intellectualiū claret in.j.tractatu.ca.xxx. In diuiſiōe intellectus in ſpeculatiuū ⁊ practicum. Cōſiderandū ſcđo.ꝙ duplex eſt ſapiētia bona ⁊ mala.ꝑma eſt habitꝰ intellectualis: de qua hic intēdit. De ſcđa dī Hiere.iiij. Sapientes ſunt vt faciant mala. Aplus ad Ro.viij.Sapientia huius mundi inimica eſt deo.dicit aūt hmōi ſapientia mala ſapientia:improprie ꝑ quādā ſimilitudinem. Bonum enim dicit dupliciter.vno modo quod eſt vere bonum ⁊ ſimpliciter perfectum.Alio modo dum aliqđ bonū ſm aliquā ſimilitudineꝫ qđ ſcꝫ eſt in malicia perfectum.ſicut dicit bonus vel perfectus latro.qui ſcit ſubtiliter modos inuenire ⁊ media ad furandum.⁊ ſicut circa ea que ſunt vere bona ē aliqua altiſſima cauſa que eſt ſummū bonum quod ē vltimus finis per cuius cognitionem dicitur homo vere ſapiēs:ita ⁊ in malis eſt adinuenire aliq̄d ad quod alia referunt: ſicut ad vltimum finem. per cuius cognitionem hō dicitur ſapiens ad male agendum.Quicunqꝫ enim auertit avero ⁊ debito fine neceſſe eſt vt aliquē finem indebitum ſibi ꝯſtituat.vnde ſi preſtituat ſibi finem in bonis exterioribus terrenis:vocatur ſapientia terrena.q: aurum ⁊ argētum ⁊ ſimilia de terra tollunt. Si in bonis corporalibus vocat ſapientia animalis q̄ ꝓcedit ex cōcupiſcentia carnis .cuiuſmodi ſunt homines animaliter ⁊ brutaliter viuentes.Si in aliqua excellentia vocat ſapientia dyabolica.ꝓpter imitationem ſupbie dyaboli.de quo dicit Job.xl. Ipſe eſt rex ſuꝑ omnes filios ſupbie. quales fuerunt mali phi.de quibꝰ dicitur ad Ro.j.dicentes ſe eſſe ſapientes.ſcꝫ ex ſuperbia ſtulti facti ſunt.Tales etiā fuerunt magi id eſt ſapientes pharaonis et Nabuchodonoſor. hec ſapientia nominat in canonica Jacobi.iij.Terrena animalis ⁊ dyabolica. Conſiderandū tercio ꝙ ſapientia habitus,ꝑut eſt intellectualis.eſt cognitio altiſſimarū cauſarum:ꝑ quā de alijs certiſſime iudicat ſm quam omnia ordinant.vt dicit primo metap. quia iudicium perfectuꝫ ⁊ vniuerſale nō poteſt haberi niſi per reſolutionē ad primas cauſas . Et ideo non ſolum iudicat de concluſionibus de quibus eſt ſcientia ſed etiam de principijs quorum eſt intellectus.Conſiderat etiam ſapientia altiſſimam cauſam que deus eſt,et per cauſaꝫ iudicatur de effectu.⁊ per cauſam ſuperiorem de cauſis inferioribus.Ideo ſapientia habet iudicium de omnibꝰ alijs habitibus intellectualibus ⁊ preeminet ipſis. Cauſa ꝟo altiſſima ſm quam ſapientia habet iudicare:dupliciter poteſt cōſiderari vel ſimpliciter vel in aliquo genere.Ille ergo qui cognoſcit cauſam altiſſimam in aliquo genere et per eam poteſt

ſ

de oīmbus iudicare ⁊ ordinare dicit̃ eſſe
ſapiens in illo genere: vt in medicina qui
bñ ſcit iudicare de ſanitate ⁊ ꝑ que amit-
tit̃ ⁊ per que acquirit̃ ⁊ reparat̃ dicit̃ ſa-
piens medicꝰ. Qui autem cognoſcit cau
ſam altiſſimam ſimpliciter qui deus eſt:
dicitur ſapiens ſimpliciter inquantum ꝑ
regulas diuinas: quas docet ſcriptura:
omnia poteſt iudicare ⁊ ordinare ſaltem
ad ſalutem pertinentia. vnde dicit phus
vj. ethic. ꝙ ille dicitur ſapiens vniuerſali-
ter ⁊ ſimpliciter: qui in omni ſcientia eſt
perfectus tam diuinorum ꝙ̃ humanorū:
tam ꝑncipiorum ꝙ̃ principiatorum: ha-
bens noticiam ꝑfectam ⁊ cauſarum pri-
marum. vnde ſapientia ad omnes ſcien-
tias excellentiam habet quandam. ſicut
cor ad membra reliqua animalis. Ad-
uertendum etiam ꝙ ſapientia ꝓut eſt ha-
bitus intellectualis reſpiciens intellectū:
dicit̃ a ſapere qđ eſt ſapientiam habere.
qꝛ ſicut guſtus eſt aptus ad diſcretionẽ
ciborum: ita habens ſapientiam habitū
intellectualem aptus eſt ad dinoſcentiā
rerum ⁊ cauſarum circa diuina ⁊ agenda

Stulticia. Et huic ſapientie opponitur ſtulticia: vt
dicit Greg. in moralibus tanꝙ̃ contraria
ei que dicta eſt a ſapere ſm̃ Iſid. impor-
tat quandam hebetudinem cordis ⁊ obtu-
ſionem ſenſuum. ⁊ ſtulticia eſt eadem cū
inſipientia. vnde dicit̃ inſipientia quaſi ſi-
ne ſapore diſcretionis. Et precipue dicit̃
eſſe aliquis ſtultus ⁊ inſipiens qui deficit
in ſententia iudicij circa altiſſimam cau-
ſam: accipiens pro cauſa altiſſima ⁊ pro
vltimo fine aliquod bonum creatū ⁊ ani-
male. Sumitur etiam nomen ſapientie a
ſapore quod eſt habere ſaporem. vnde di-
citur Eccleſiaſtici. vj. Sapiētia enim do-
ctrine ſm̃ nomen eius eſt. vt ſic eſt guſta-
tio ſpiritus affectualis. Sic nominat ſa-
porationem experimentalem dei ⁊ eſt pri-
mum donum ſupremū ſpiritusſancti ea-
dem cum theologia myſtica de qua infra
dicet̃.

¶ De theologia ſapientia xpianorū. h

Circa quintum ad quintum quatuor occurrūt
diſcutienda. Primū de theologie ſupra
omnes ſcientias ꝑeminentia. Scđm de
theologie ⁊ ceterarum doctrinarum diffe-
rentia. Tercium de ſubiecti theologie cō-
uenientia. Quartum qualiter theologia
ſm̃ nomen ſuum dicit̃ diuina ſapientia.
Quintū de bipartite theologie ſufficien-
tia. Sextum de vtriuſꝙ teſtamenti cōti-
nentia. Conſiderandum ꝑmo ꝙ ſapiē-
tia q̄ a domino deo eſt (de ſe ꝑdicat ꝑ me
reges regnant) vſitato nomine Theolo-
gia dicit̃. In omnibus ſcientijs ſi q̄d pul-
crum eſt illud approbat ⁊ decorat. ſi q̄d
noxium ⁊ turpe illud abijcit. porro ſi q̄d
ſuperfluum eſt reſecat: ſuppleus ſi quid
fuerit diminutum. Omnes alias ſcienti-
as ſibi ſubditas habet velut ancillas. Si-
cut ſcriptum eſt ꝓuer. ix. Sapientia mi-
ſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem:
verticem videlicet ſublimiſſimū verita-
tis fidei theologiceꝙ ſapientie que ſuper
omnem ſpeculationem philoſophicā ex-
tollitur ⁊ dignitate ⁊ vtilitate antefertur
Ipſa enim philoſophia cum in naturalē
⁊ rationalem ⁊ moralem diſtinguat̃. phi-
loſophia quidem naturalis lꝫ doceat co-
gnoſcere creaturam non tamen creatorē
Rationalis vo lꝫ doceat concludere ho-
minibus non tamen dyabolo. ⁊ philoſo-
phia moralis lꝫ doceat acquirere virtu-
tes cōſuetudinales non tñ docet acquire-
re charitatem. Noſtra vo philoſophia. ſ.
ſapientia theologica: hec omnia opatur.
Docet enim cognoſcere deum: dyabolo
reſiſtere. charitatiſ exercicijs inſudare. hec
eſt diuinorum pigmentorum apoteca de-
lectabilis ſuper mel ⁊ fauum. Hic quoꝙ
theſaurus deſiderabilis ſuper aurum et
lapidem precioſum. Hic fons eſt nihilo-
minus de loco voluptatis egrediens ec-
cleſie militantis irrigans paradiſū. Cō- I
ſiderandum eſt pro ſecundo: prout dicit
Alexander parte. j. q. j. membro. j. Eſt ſci-

De theolo gia ſapien xpianorū

entia perficiens cognitionem ſm̃ verita-
tem. Eſt ſcientia mouens affectū ad bo-
nitatem. Prima eſt cognitio ſm̃ viſum ⁊
ideo dicitur ſcientia abſolute. Secunda
eſt vt cognitio ſm̃ guſtum. ⁊ ideo debet
dici ſapientia a ſapore affectionis. ſm̃ ꝙ
dicitur Eccleſiaſtici. vj. Sapientia ſm̃ ſu-
um nomen. Theologia igitur que perfi-
cit animam ſm̃ affectum mouendo ꝑ bo-
na principia ad affectum timoris et amo-
ris dei ꝓprie ⁊ principaliter eſt ſapientia.
Prima phyloſophia ſeu metaphyſica q̄
eſt theologia phyloſophorū ⁊ paganorū
que eſt de cauſa cauſarum perficiens co-
gnitiuam. ſm̃ viam artis ⁊ ratiocinatio-
nis minus proprie dicitur ſapientia. Ce-
tere vero ſcientie que ſunt de cauſis con-
ſequentibus ⁊ cauſatis non debēt dici ſa-
pientie ſed ſcientie. Unde per hoc dicen-
dum ꝙ doctrina theologie eſt ſapiētia vt
ſapientia. Phyloſophia vero prima que
eſt cognitio cauſarum primarum que ſūt
bonitas ſapientia ⁊ potentia. eſt ſapiētia
vt ſcientia. Cetere vero ſcientie que con-
ſiderant paſſiones de ſubiectis per ſuas
cauſas ſunt ſcientie vt ſciētie. Or the-
ologia dicitur diuina ſapientia patꝫ etiā
ex ratione nominis Theologia eñ dicit̃
a theos quod eſt deus ⁊ logos ſermo q̄ſi
ſciētia ⁊ cognitio de deo. Theologica nā-
ꝙ doctrina dicitur diuina quia a deo: de
deo. ⁊ ductiua ad deum. A deo qđ con-
uenit etiam alijs ſcientijs quia omnis ſa-
pientia a domino deo ē. Eccli. j. ſed tamē
aliter conuenit ſacre ſcripture. Eſt eñ ve-
rum vt verum ⁊ eſt verum vt bonū. vtrū-
ꝙ autem eſt a ſpiritusſancto. Sed cū acci-
pitur verū vt bonum. illud bonum aut ē
bonum morale. aut eſt bonum gratuitū.
Si gratuitum ſic eſt aſſimilatio ad ſpiri-
tumſanctū qui eſt bonitas. Hinc ē ꝙ an-
thonomatice (id eſt ꝑ excellentiā) dicit̃
theologia tradita a ſpūſācto. In alijs ve-
ro ſcientijs ſpeculatiuis eſt acceptio veri
vt veri. In practicis vero moralibus ⁊ ſi

ſit acceptio veri vt boni. non tamen vt bo-
ni gratuiti ſed moraliter. vnde non dicū-
tur edite a ſpiritusſancto. Omis nāꝙ hu-
mana ſcientia eſt acquiſita per inuentio-
nem vel doctrinam. ſed theologica diſci-
plina eſt inſpirata non acquiſita. q̄tū ad
edificationem. ſicut. ij. ad Timotheū. iij.
Itē de deo dr̃ eſſe theologica ſapiētia. et
non ſicut alie velut phyloſophia ꝑma. qꝛ
non agunt de deo ſm̃ miſterium trinitat̃
vel ſm̃ ſacramentum humane reparatio-
nis. Item theologia eſt ductiua ad de-
um. ꝑ principia timoris ⁊ amoris ex fide
iuſticie ⁊ miſericordie dei. quod non con-
uenit alicui ex alijs ſcientijs. Unde dicit̃
Deutro. vj. Diliges dominū deū tuū. ⁊c.
⁊ infra dominū deum tuum timebis ⁊c.
Et Exodi. xx. Ego ſum deus zelotes vi-
dicans ⁊c. ⁊ faciens miſericordias ⁊c. Ex K
his ſequitur ꝙ theologia non cōnumera-
bitur alijs ſcientijs vt alicui parti phylo-
ſophie ſupponatur. Conſiderandum
eſt ꝓ tercio. ꝙ ſubiectum materia ſiue ob-
iectum circa quod theologia negociatur
eſt duplex ſm̃ Alex. pte. j. q. j. videlꝫ ma-
teria circa q̄ eſt ſacra pagina ⁊ materia d̄
qua. Materia circa q̄ ſunt res vel ſigna
Nam dicit Auguſtinus de doctrina xpi-
ana. ⁊ poſt eum Magiſter in. j. diſt. j. Or-
res alie ſunt quibus fruendum eſt. que. ſ.
nos beatos efficiunt. Pater videlicet fili-
us ⁊ ſpiritusſanctus. Res quibꝰ vtendū
eſt mundus eſt ⁊ in eo creata. Res vero
que fruuntur ⁊ vtuntur. nos ſumus ⁊ an-
geli ſancti. de hoc clarius dictum eſt pri-
mo tractatu de fruitione ⁊ vſu actibꝰ vo-
luntatis. xxxv. ⁊. xxxvj. capitulis. Signa
ſunt quorum vſus eſt in ſignificando et
iuſtificando ſicut euangelica ſacramēta.
Sacramentum enim eſt ⁊ inuiſibilis gra-
tie viſibilis forma. Unde ſacramentū di-
citur quod ita ſignum eſt gratie dei et in-
uiſibilis gratie forma nō igitur tm̃ ſignā-
di gratia ſacramenta inſtituta ſunt ſed ⁊
ſanctificandi.

Materia de qua eſt ſacra ſcriptura po
teſt aſſignari tripliciter ſm illud dyoniſij
in hierarchia angelica. In vnaq̄q̄ re ſūt
tria Eſſentia virtus ⁊ operatio. ſcd̄m hec
triplex aſſignatur materia de qua diuina
rum ſcripturarū. ſi ſm rationem virtutis
dicit̄ q̄ materia diuitiarꝫ ſcripturarū eſt
xp̄s qui eſt dei virtus ⁊ ſapientia. j. Cor.
j. Xp̄s. ſ. integer caput ⁊ corpus. Xp̄us ⁊
eccleſia ſponſus ⁊ ſponſa. Iuxta gloſam
in ꝑncipio pſalterij q̄ nihil eſt in diuina
ſcriptura qd̄ nō ꝑtineat ad xp̄m vel ad ec
cleſiam. Si vero materia diuinarꝫ ſcptu-
rarum aſſignetur ſm rationē eēntie tūc
materia de qua eſt ſcriptura ſacra eſt de-
us ſiue diuina ſubſtantia cognoſcenda ꝑ
xp̄m in opere reparationis Quemadmo
dum eſt dicere de prima ph̄ia q̄ materia
circa quā ē ſunt omnia. Unde ⁊ dicit̄ eē
de omnibus quia eſt circa ens ſm omnē
ſui differentiā ſm differentes diuiſiones
entis. ſ. ens in potentia. ens in actu. Ens
vnum. ens multa. ens ſubſtantia ens ac-
cidens ⁊ hm̄oi. Materia de qua intentio
eſt prime ph̄ie eſt ens actu vnū qd̄ ē ſub-
ſtantia prima a qua om̄ia dependēt. Ita
materia circa quā ē ſacra ſcriptura ſunt
res ⁊ ſigna. Materia de qua principalis
eſt intentio eſt xp̄s vel diuina ſubſtantia
de qua dictum eſt vel opus reparationis

Si materia diuinarꝫ ſcripturarū aſſi
gnetur ſm rationem operationis q̄r ſum
ma cauſa que deus eſt declaratur ꝑ op⁹
reparationis ſiue recreationis ꝑ virtutē
xp̄i. vt in operatione cognoſcamus virtu
tem ⁊ in virtute diuinitatē. j. Roma. In-
uiſibilia dei. ſ. virt⁹ ⁊ diuinitas cognoſcū
tur ꝑ ea que facta ſunt. Nota ergo ſm
Hugonem de s. victore in ſententijs. q̄
opus conditionis eſt creatio mundi cum
elementis ſuis omnibus. Opus vero re-
ſtaurationis eſt incarnatio verbi cū om̄i-
bus ſacramētis ſuis. mundane ſiue ſecu-
lares ſcientie habent operatio conditio-
nis diuina ſcriptura materiam habꝫ ope
ra reſtaurationis. Et ſi obijciatur in ꝑn-
cipio Geñ. ſcriptura ſacra agit de operi-
bus conditionis. Reſpondet Hugo q̄ h̄
ſit minus ꝑncipaliter vt. ſ. manifeſtius fi
at opus reparationis. Non enim oſten-
di poſſet conuenienter qualiter hō repa-
ratus ſit niſi ꝑus oſtēderetur qualiter ſit
lapſus. Neq̄ lapſus eius conuenienter
oſtenderetur niſi prius qualiter a deo in-
ſtitutus fuerat exemplificaretur. Ad oſtē
dendum autem primam inſtitutionē ho-
minis oportuit vt totius mundi conſtitu
tio poneretur quia ꝓpter hominem fact⁹
eſt. Cōſiderādum quarto q̄ ſm docto
res eleuatos. Theologia eſt duplex Spe
culatiua ⁊ myſtica. Beatus enim Dyoni
ſius a conſcio diuinorū beato paulo edo
ctus cum diuiſiſſet theologiam ſpecula-
tiuam in ſymbolicam que vtitur corpali
bus ſimilitudinibus ad deum tranſlatis
ꝑ quas deus cognoſcitur vt q̄ de⁹ ē leo
lux agnus ⁊c̄. Et in ꝓpriam per quā ex ef
fectibus repertis in creaturis ꝑſertim ꝑ-
fectionibus ad extra conſurgimus ad co
gnoſcendum deū eo modo quo cauſa co
gnoſcitur per ſuum effectum (de hac the
ologia ſpeculatiua dicitur ad Romañ. j.
Inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt a crea
tura mundi intellecta conſpiciuntur. ſic
xp̄iani beniuolentiam dei ⁊ clementiā co
gnoſcunt ꝑ effectus operum. reſtauratio
nis. incarnationis. paſſionis redemptōis
hoc modo gentiles ph̄i deum cognouerūt
per opera cōditionis. ſ. q̄ eſt ens primū
vita a quo omnibus deriuatum eſt eſſe ⁊
viuere. ⁊ q̄ eſt primum mouens immobi
le ⁊ ꝑmus vnicus princeps omniū (Ua-
dem beatus Dyoniſius inuenit ꝑfectio-
rem modum deum cognoſcendi ꝑ abne-
gationem ⁊ ꝑ exceſſus mentales vt tanq̄
in diuina caligine videatur deus. hoc ē in
occulto ⁊ in abſcondito vbi poſuit de⁹ la
tibulum ſuum; (de caligine in qua cogno
ſcitur deus dictū eſt in. ij. tractatu. c. xvj
de raptu mentis in diuinam caliginem)
Exceſſus autem mentalis expientialiter
ab intra in cordibus deuotorum quo per

¶ Theolo
d…



ſapientie guſtum ⁊ per amorē vnitiuū (q̄
ſm Greg. cognitio quedam eſt) deus co-
gnoſcit̄ theologia myſtica appellat̄ My
ſticum enī abſconditū interptat̄: q̄ vtiq̄
eligibilior ⁊ ꝑfectior eſt q̄ theologia ſpe-
culatiua: ſicut dilectio perfectior cogniti
one ⁊ volūtas intellectu: ⁊ charitas fide.

Ut autē apertius ſciat̄ natura theolo-
gie myſtice: notent̄ ipſius differētie a the
ologia ſpeculatiua. Prima et ꝑncipa-
lis differētia ſumit̄ ex ſubiecto et potētia
Theologia ſpeculatiua eſt in potētia in-
tellectiua ſicut in ſubiecto: cuius obiectū
eſt verū. Myſtica vero eſt in potētia affe
ctiua ſuperiori apice mentis ſcꝫ ſindereſi
vt in ſubiecto cuius obiectū eſt bonū: vn
de Theologia myſtica eſt ſapia (id eſt ſa
pida ſcia) habita de deo dum ei ſupmus
apex affectiue potētie rōnalis cōiungitur
(q̄liter aūt ſindereſis inter vires affecti-
uas aie rōnalis ſit apex mentis: dictū eſt
ꝑmo tract. c. xlviij.) Conueniunt tn̄ theo
logia ſpeculatiua ⁊ myſtica i hoc q̄ vtra-
q̄ eſt in anie ſupmo apice. Apex enī anie
ſuperior quo aia ad deum ꝯuertit̄: habet
duas vires ſeu officia. Quī ipe eſt intelle
ctiuus ⁊ ſpeculatiuus ſummi veri: ⁊ vo-
catur intelligentia ſimplex: in qua theolo
gia ſpeculatiua reponit̄. Apex etiaꝫ anie
eſt affectiuus amatiuus guſtatiuus ⁊ ſa-
poratiuus ſummi boni: ⁊ vocat̄ volūtas
naturalis: ſiue ſindereſis: q̄ ſapiam ſum-
mum bonū deguſtat. Sapiētia nanq̄ eſt
amor ſiue ſapor ſummi boni: ⁊ eſt ſupre-
mum donum ſpūſcti eadem cum theolo
gia myſtica (vt dicit̄ ca. xxviij.) Correla-
rium oēs ſcie ponūtur in intellectu vt in
ſubiecto. Sola aūt theologia myſtica (q̄
ars dicit̄ amoris dei) ponit̄ in voluntate
naturali ſiue in apice mentis: ſcꝫ in ſinde
reſi. Preterea dum intelligētia vis ſu-
perior inter cognitiuas tranſit in affectū
taliū qualium ꝯtemplat̄: ipa dicit̄ q̄dam
modo leuare ſe ſupra ſe ⁊ ſuperferri. Inde
fit vt actus talis nominat̄ ſupermētalis
exceſſus vel ſupra ſpiritū. Huius rei exē-
plum eſt de aqua in vaſe: que dum appo
nitur igni caleſcit ꝑmo ſe continens in va
ſe. Sed dum ferueſcit ⁊ bulit: videt̄ q̄dā
modo ſeipām non capere ſed excedere et
ſuperferri virtute caloris: ſic mens nōdū
amore per theologiā myſticam caleſcēs:
dum ſine affectu in ſola cognitione theo-
logie ſpeculatiue iacet: intra ſeipām ſe cō
tinet. Sed ſpū feruoris amore concepto:
ſupergredit̄ q̄dammō ſemetipām: quaſi
ex ſe ſaltans atq̄ volitans: ⁊ ſic qd̄ in ſo-
lo intellectu ⁊ intelligentia fuit ſcia ⁊ the
ologia ſpeculatiua. Accedente ſapore af-
fectus: dicitur Sapia id eſt ſapida ſcia: ⁊
theologia myſtica ſcientia ex cognitione
veri: ſapiētia ex adiuncto amore boni: et
hec eſt ſcd̄a differentia theologie ſpecula
tiue ⁊ myſtice. Alia differētia quia ſpe-
culatiua theologia vtit̄ rōcinationib⁹ cō
formiter ad phiſicas diſciplinas nam ſco
laſticā ſiue litteratoriā eam q̄dam appel-
lant. Ad cuius adeptionem ſicut ad me-
thaphiſicā grāmaticā logicam et phiſicā
diſciplinā cū forti exercitio et claro inge
nio ꝑuenit̄: ita tn̄ niſi deſuꝑ fundat̄ grā
ſicut aplīs ⁊ multis alijs ſanctis. Myſti-
ca vero theologia ſic non verſatur in tali
cognitione lr̄atoria. Sed acquirit̄ meli-
us per penitentē affectum q̄ ꝑ inueſtigā-
tem intellectum: per vehemēs vicꝫ exer-
citium in virtutibus moralibus diſponē-
tibus animā ad purgationē. Et in theolo
gicis illuminantib⁹ eam. Et in beatificis
v̄tutibus ꝑficiētibus eam. Proporciona
biliter ad tres actus hierarchicos: q̄ ſunt
purgare illuminare ⁊ ꝑficere. Sed quī
plerūq̄ euenit etiā in brutis: vbi parū eſt
cognitionis ibi ſit maior affectio. Sequi-
tur q̄ ad comparandā huius myſtice the
ologie doctrinā non eſt opus magna ſci-
entia ꝑſertim acquiſita. Naꝫ cognitio ex
fide: q̄ deus eſt totus deſiderabilis: tot⁹
amabilis. Affectiua potētia ſi purgata: ſi
diſpoſita: ſi exercitata ſi fuerit illuminata
Cur nō in illū totū deſiderabilem amabi
lem ſiue plurimorꝫ ſtudio librorꝫ tota fer

tur totaq̃ꝫ rapiatur. Fallunt̄ ergo q̄uo
lunt ſemꝑ vel legere vel orare vocaliter
vel deuotionis verba a loq̄ntibus accipe
re: ſi putāt inde theologie myſtice ⁊ deuo
tionis grām familiarē ſibi comitari: ꝓſūt
hec ſed nō ſufficiūt. Eſto nanq̃ꝫ cōpungā
tur tales ad lectionē vel ſermonē: abſtu,
leris librū aut verbū: abibit illico comes
cōpunctio: nō aliter ꝙ̄ cū libro aut verbo
reuerſura. Ex quo concludit̄ alia diffe
rētia theologie ſpeculatiue ⁊ myſtice: qm̄
theologia myſtica licet ſit ſuꝑma atꝫ per
fectiſſima dei per amorem cognitio. Ipſa
tm̄ pōt haberi a quolibet fideli bono: etiā
ſi muliercula vel ydeota fuerit ſine lr̄is.
ꝓſuppoſita fide ſimplici: ⁊ plerūq̃ꝫ facili⁹
q̃ꝫ a viro magno ingenio ⁊ lr̄is ſacris pre
dito. De theologia aūt ſpeculatiua aliter
nullus ambigat. Nullus tm̄ ꝓprio voca,
bulo dici debet ꝯtemplatiuus vel ſapiēs
⁊ perfectus theologus: qui theologia ſpe
culatiua caruerit. Uult ergo aliq̄s eſſe et
dici vere ſapiēs: habeat vtrāq̃ꝫ theologiā
Illam vicꝫ affectus myſticaꝫ q̄ ſaporem
dat: ⁊ illā intellectus ſpeculatiuā q̄ ſcien
tie luminoſitatē preſtat: vt ꝯſtituat̄ ſapiē
tia .i. ſapida ſcia. Bonū eſt em̄ mel cū fa,
uo. Sapor ſcꝫ deuotionis myſtice: cū lu,
mine eruditionis ſpeculatiue. Aut ſi alte
ra carendū eſſet: eligibilius iudicaret̄ cōi
care in theologia myſtica ꝙ̄ ſpeculatiua.
Sicut optabilius eſt habere piuꝫ affectū
⁊ deuotum ad deū: ꝙ̄ intellectū frigidum
ſolo ſtudio illumīatū. Scientia quippe
inflat (intellige ſi ſola eſt) charitas edifi,
cat: plura alia de myſtica theologia dicū,
tur infra c. xxviij. de dono ſapiētie qđ idē
cum theologia myſtica. Conſiderandū
quinto ꝙ ſacra ſcriptura q̄ theologia dī
M in duo teſtamēta ſcꝫ in vetus ⁊ nouū di,
uidit̄. Uetus aūt (vt dicit. s. Bonauē. in
breuiloquio) occurrit nobis cū multitu,
dine librorꝫ. Habet em̄ libros legales hi,
ſtoriales: ſapientiales ⁊ ꝓphetales: ita ꝙ
ꝑmi ſunt quinq̃ꝫ. Scđi. x. Tercij quinq̃ꝫ.
Quarti ſunt ſex: ac ꝑ h̄ in vniuerſo. xxvi.

Nouū ſimiliter teſtamentū habet libros
his correſpondētes ſm̄ q̄druplicē formā
Nā legalibus corrn̄dent libri euangelici
hiſtorialib⁹ actus aplici. Sapientialibus:
eplē aploꝝ ⁊ maxime Pauli: ꝓphetalib⁹
liber apocalipſis: vt ſit cōformitas inter
vetus ⁊ nouū teſtamentū. Nō ſolū in cō
tinētia ſenſuū: verūetiā in q̄driformitate
partiū: in cuius figurā ⁊ cōſignificationē.
Ezechiel ꝓuidit rotas q̄tuor facierū: ⁊ ro
tam in medio rote: q2 vetus eſt in nouo ⁊
ecōuerſo. Et in libris legalibus ⁊ euāgeli
cis eſt facies leonis: ꝓpter excellentiā au,
toritatis. In hiſtorialibus eſt facies bo,
uis: ꝓpter excellentiā virtutis. In ſapien
tialibus eſt facies hoīs: ꝓpter prudentiā
ſagacē: In libris ꝓphetialibus eſt facies
aq̄le: ꝓpter intelligentiā ꝑſpicacē. Re,
cte aūt ſacra ſcriptura diuidit̄ in nouū ⁊
vetus teſtm̄: ⁊ nō in theoricā ⁊ practicaꝫ
ſicut phia: quia cū ſcriptura ſacra funda
tur ꝓprie ſuꝑ cognitione fidei: q̄ vetus eſt
⁊ fundamentū morū ⁊ iuſticie: ac toti⁹ re,
cte vite: non pōt in ea ſequeſtrari noticia
rerū ſiue credendorꝫ a noticia morū. Se,
cus aūt eſt de phia: q̄ nō tm̄ de virtute mo
rū: verūetiā agit de vero nuda ſpeculati,
one ꝯſiderato. Qm̄ igr̄ ſcriptura ſacra
eſt noticia mouēs ad bonū ⁊ reuocans a
malo: ⁊ h̄ ē ꝑ timorē ⁊ amorē: iđ diuidit̄
in duo teſtamēta: quorꝫ breuis eſt drn̄tia
timor ⁊ amor. Et quia quadrupliciter po
teſt aliquis moueri ad bonum ⁊ reuoca,
ri a malo ſcꝫ per precepta potentiſſime
maieſtatis: vel per documenta ſapiētiſſi,
me veritatis: vel per exempla et benefi,
cia innocentiſſime bonitatis: vel ex his oī
bus in vnum collectis: ideo tam in vete,
ri q̃ꝫ in nouo teſtamento ſunt quadrifor,
miplices libri traditi: continentes ſacraꝫ
ſcripturam ſcđm correſpondentiam ad
quatuor premiſſa. Nam libri legales mo
uent: per precepta maieſtatis oīpotētiſſi,
me: hiſtoriales: per exempla bonitatis in
nocentiſſime. Sapientiales: per documē
ta veritatis ſapientiſſime. Prophetiales



mouent ex omniū predictorum aggrega
tione ſicut in eis manifeſtiſſime apparet
vnde ipſi ſunt quaſi rememoratiui toti⁹
legalis ſapientie ⁊ doctrine. Nouum
teſtamentum ⁊ maxime quatuor euange
lia quatuor qualitatibus ſm̄ hieronymū
cōtexunt̄: que ſunt precepta: mādata: te,
ſtimonia ⁊ exempla. Precepta ſunt ad de
clinandum mala. Mandata ad facien,
dum bona. Teſtimonia ad credendū ve,
ra. Exempla ad imitandum honeſta. Ti
mor incutit̄ preceptis: fides roborat̄ te,
ſtimonijs. Spes erigit̄ exemplis. Chari,
tas conſūmat̄ mandatis. ¶ Continentia
libri ſententiarum. Agitur enim de ſe,
ptem in vniuerſo in ſcriptura tam noui
ꝙ̄ veteris teſtamenti. ſcꝫ de trinitate dei:
de creatura mundi: de corruptela peccati
de incarnatione verbi: de gratia ſpūſſan,
cti: de medicina ſacramentali: de ſtatu fi,
nalis iudicij. De quibus etiam agit̄ in li,
bris ſententiarꝫ. Nam in ꝑmo agitur de
diuinis: vt de trinitate perſonarꝫ: vnitate
eſſentie: ⁊ ꝑfectionibus eius: vt eternita,
te: omnipotentia: ſapientia: voluntate et
huiuſmodi. Et habet. xlviij. diſtinctiones
In ſcđo agitur de creatione angelorū
⁊ lapſu aliquorꝫ: ⁊ cōfirmatione bonorū:
de creatione hominis ⁊ lapſu eius: ⁊ pec,
cato originali: de opere ſex primorꝫ dierū
de gratia ⁊ libero arbitrio: de pctō actua,
li breuiſſime tm̄: ⁊ habet. xliiij. diſt. In
tertio de myſterio incarnationis: de vir,
tutibus theologicis: de donis ⁊ virtutib⁹
cardinalibus multum breuiter. Deinde
agitur de decem preceptis: ⁊ habet. xl. diſ.
In quarto agitur de ſacramentis de fi
nali iudicio ⁊ vltima reſurrectione ⁊ glo,
ria beatoruꝫ ⁊ pena reproborꝫ: ⁊ habet. l.
diſtinctiones: omniū. iiij. librorꝫ ſententia
rum numerus diſtinctionū habet̄ in ſe,
quenti verſu.

| | | | |
|---|---|---|---|
| diſtinctiones primi libri: retrograde capiendo numerū | diſtinctiones ſcđi libri a prioribus ⁊ manent | Tertij libri | Quarti libri. |
| Mvxl. 48. | duo bis retrahe. 44. | terdena decem. 40. | ſimul lq̃ꝫ. 50. |

5. 5. 40.

Suꝑ hoc libro ſententiarū facta ſunt
ſcripta inumera doctorꝫ: inter quos Ale
xander de hales ordinis minorū. Prim⁹
ſcripſit cōponendo: vnam ſummā: plenā
dubiorum: titulorum ⁊ queſtionum: pro
pter qđ fons vite Pariſius eſt vocatus.
Ipſe tamē morte ꝑuentus: ſummā imꝑ
fectam reliquit: nam in tertia operis ſui
parte. q. lxix. ꝓmittit ſe determinaturum
de virtutibus theologicis: donis fructib⁹
⁊ beatitudinib⁹: ſiliter in queſtiōe. lxxviij
ꝓponit determīare: de virtutibus cardi,
nalibus: ſed determinata in fine tertie ꝑ,
tis de fide: de ceteris nil determinat: ſimi
liter in quarta parte in principio promit
tit determinare de repatione imperfecta
q̄ fit ꝑ grām ſacrorꝫ: ⁊ de ꝑfecta repatōe
q̄ fit ꝑ grāꝫ ꝑfectā glorie ꝯſūmate. de pri,
ma repatiōe determiata: de alia nil dicit:
nec đ finali iudicio nec de vltima reſurre
ctiōe: nec de pena reproborꝫ: nec de ope
future glorificatōis. Alexāder tm̄ papa
q̄rtus (ꝓut legit̄ i cronicis ordinis mino
rum) doctrinam magiſtri Alexandri de
hales approbans ⁊ cōmendans vt ꝑ ma
giſtruꝫ Guilhelmū de militona idē opus
perfici poſſet: ſcripſit miniſtro francie: vt
de tota prouincia aliquos ſtudentes ad
hoc ydoneos eligeret qui eideꝫ magiſtro
aſſiſterent: vt eum ad dictū opus cōſū,
mandum fideliter adiuuarent. ¶ Conti,
nentia ⁊ correſpondentia veteris ⁊ noui
teſtamenti. Cum em̄ ſacra ſcriptura q̄
theologia appellatur: in duo teſtamenta
vetus ⁊ nouū diuidat̄: vetus inducit le,
gētes ad tiorē: ex cōminatōe penarꝫ a ꝑn
cipio biblie vſq̃ꝫ ad euangelia. Nouū vo
teſtm̄ inducit ad amorē: ex ꝓmiſſione ꝑ,
miorꝫ a ꝑncipio euāgeliorꝫ vſq̃ꝫ ad fineꝫ
biblie: vn̄ quēadmodū vet⁹ teſtm̄ diuidit̄
in q̄tuor ptes. vicꝫ i libros legales: hyſto
riales: ſapiales ⁊ ꝓphales. Pariformiter
⁊ nouū (in viſione Ezechiel) velut rota
appꝫ i medio rote: teſtō veteri ꝯformat̄

M Continētia libri ſniarū.

O Cōtinētia et corrn̄dentia ve. ⁊ noui teſtamenti.

Quadruplices igiꝰ ſunt libri teſtamē/
Legales ti veteris ⁊ noui in generali legales hyſto
riales ſapientiales ⁊ ꝓphetales. Legales
noui teſtamenti ſunt quattuor. Primus
liber legalis noui teſtamēti eſt liber euan
geliſte Mathei q̄ figuraꝰ in homie: q̄a lo
quiꝰ de humanitate xp̄i. Et habet capitu
la.xxviij. Scd̄us liber legalis noui teſta/
mēti eſt euāgeliſte Marci qui figuraꝰ in
leone quia loquiꝰ de reſurrectiōe xp̄i. Et
habeꝰ capitula.xvj. Tertius liber legalis
noui teſtamēti eſt euangeliſte Luce q̄ fi/
guraꝰ in vitulo: q̄a loquiꝰ de ſacerdotio
xp̄i ⁊ habet.xxiiij.capitula. Quartus lega
lis liber noui teſtamēti eſt euāgeliſte Jo/
hānis qui figuraꝰ in aquila: q̄ loquiꝰ de
diuinitate xp̄i. Et habet capitula.xxj. Et
quatuor euāgelia dicunꝰ libri legales: q̄a
in eis mādata xp̄i ⁊ lex euāgelica ꝓmul/
ganꝰ. Legales libri veteris teſtamenti
ſunt quinq̄. Primus Geneſeos. Et ha/
bet capl'a.l. Scd̄s Exodus: ⁊ habet capi/
tula.xl. Tertius Leuiticus. Et habet ca/
pitula.xxvij. Quartus Numeri. Et ha/
bet capl'a.xxxvj. Quintus Deutronomij
Et habet capl'a.xxxiiij. Dicunꝰ aūt q̄nq̄
iſti libri legales: q̄a in eis leges ⁊ iudicia
dei ad populū ꝓmulganꝰ. vnde Exodi.
Hyſtoriales xxiij. Lex eius ſemꝑ ſit in ore tuo. Se/
cundi libri veteris ⁊ noui teſtamenti ſunt
hyſtoriales. Noui teſtamenti hyſtorialis
liber Actus apl'oꝝ. Et habet capl'a.xxviij
Et vocaꝰ hyſtorialis liber: q̄ inibi apl'oꝝ
hyſtoria recitaꝰ. Veteris teſtamenti li/
bri hyſtoriales ſunt decez de canone. Pri
mus Joſue. Et habet capl'a.xxiiij. Scd̄s
Judicum. Et habet capl'a.xxj. Tertius
Ruth. Et habet capl'a.iiij. Quartus Re/
gū. Et ille diuidiꝰ in quattuor libros ſm̄
latinos. Primus habꝫ capl'a.xxxj. Scd̄s
habet capitula.xxiiij. Tertius habet capi
tulo.xxij. Quartus liber habet cap̄.xxv.
Quītus liber hyſtorialis Paralippome/
non. Et ille habet duos libros. Primus
habet ca.xxviij. Scd̄s habꝫ capl'a.xxxvj.
Sextus liber Eſdras ⁊ Neemias qui po

niꝰ inter duos libros Eſdre: q̄ materiā
cōtinuat vtriuſq̄. Primus Eſdre habet
capl'a.x. Neemias habet cap̄.xiij. Scd̄s
Eſdre nō eſt de canone. Et habet cap̄.ix.
Septimus Thobie q̄ etiam nō eſt de ca/
none. Et habet capl'a.xiiij. Octauus Ju/
dith qui ſimiliter nō eſt de canone. Et ha
bet capitula.xvj. Nonus liber Heſter: et
habet capl'a.xvj. Decimus liber Job. Et
habet capl'a.xlij. Machabeoꝝ. Primus
habet capl'a.xvj. Et ſcd̄s habet capl'a.xv
⁊ nō ſunt de canone. Dicunꝰ aūt p̄dicti
hyſtoriales: q̄ in eis omniū iſtorū hyſto/
rie explicantur. Eſdre ⁊ quartus liber in
canone nō ſunt poſiti nec in eccleſia legū
tur. Tertius habet capl'a.ix. Quartꝰ ha/
bet capitula.xvj. Tertij libri veteris ⁊
Sapiētiales noui teſtamenti ſunt Sapiētiales. Noui
teſtamenti ſunt epl'e apl'oꝝ. Epl'e Pauli
quas ſcripſit tam eccleſijs q̄ pſonis. Et
ſcripſit ad Romanos vnā. Et habet ca/
pitula.xvj. ad Corinthios duas. Prima
habet cap̄.xvj. Scd̄a habet capl'a.xiij. ad
Galathas vnā: ⁊ habet.vj.cap̄. ad Ephe
ſios vnā: ⁊ habꝫ.vj.capl'a ad Philippen/
ſes vnā: ⁊ habet cap̄.iiij. ad Coloſenſes
vnam: ⁊ habet capl'a.iiij. ad Theſſaloni/
cenſes duas. Prima habet capl'a. q̄nq̄.
Scd̄a habet capl'a tria. ad Thimotheuꝫ
duas. Prima habet cap̄.vj. Scd̄a habet
capl'a.iiij. ad Thitum vnam ⁊ habet tria
capl'a. ad Philemonē vnā ⁊ habet vnuꝫ
capl'm. ad Hebreus vnā ⁊ habet capitula
.xiij. Epiſtole canonice apl'oꝝ ſunt Ja
cobi vna ⁊ habet capl'a.v. Petri due pri/
ma habet.v.capl'a. Scd̄a habet.iij.capl'a
Johānis tres prima habet.v.capl'a. Se/
cūda vnū. Tertia vnū Jude vna: ⁊ ha/
bet vnuꝫ capl'm. Jſte aūt epl'e Canonice
nominanꝰ a canon qd̄ eſt regula quia in
his de ſpūalibꝰ regulis edocemur. Et cor
reſpondent libris ſapiētialis ſequētibus
q̄ in his de ſapientia q̄ ſurſum eſt edoce/
mur Jacobi.j. Veteris teſtamenti li/
bri ſapiētiales ſunt quinq̄ primus Pro/
uerb. ſiue pabolaꝝ ⁊ habet ca.xij. Scd̄s

Eccleſiaſtes ⁊ hꝫ ca.xij. Tercius Cātica
canticoꝝ ⁊ hꝫ ca.viij. Quartus liber ſapi
entie ⁊ hꝫ ca.xix. Quintus eccleſiaſticus
⁊ habet ca.l. Primos tres libros fecit ſa/
lomon. Qr̄tū philo iudeus diſſertiſſimꝰ
Quintū ieſus filius ſirach: dicunꝰ autē
iſti libri ſapiētiales q̄ in eis de prudentia
vera et ſapia edocemur. Quarti libri
veteris ⁊ noui teſtamēti ſunt ꝓphetales.
Noui teſtamēti Apocalipſis iohis cōti/
nens reuelationes factas beato Johāni
quas eccleſia paſſura eſt vſq̄ in finē ſcl'i
⁊ p̄ſertim tp̄e antixp̄i ⁊ de p̄mijs que ſu/
ſceptura eſt in vita beata. Et cōtinet.xxij.
capi. Veteris teſtamēti libri ꝓphetales
ſunt iſti dauid ſiue pſalterium. Et habet
pſalmos.cl. Verſus vo hꝫ.2606. Unde
verſus. Quinq̄genos canit dauid ordine
pſalmos. Verſus bis mille ſexcentos ſex
canit ille. Jſaias habet ca.lxvj. Hieremi
as habꝫ ca.lij. lamentationes.v. Baruch
vj. Ezechiel.xlviij. Daniel habꝫ cap̄.xiiij.
Duodecim ꝓphete minores quales ſunt.
Ozee habet ca.xiiij. Johel ca.iij. Amos
ca.ix. Abdias ca.j. Jonas ca.iiij. Miche
as ca.vij. Naum ca.iij. Abacuc cap̄.iij.
Sophonias ca.iij. Aggeus ca.ij. Mala/
chias ca.iiij. Zacharias capi.xiiij. Ad ha
bendū aūt numerū ⁊ ordinē.xij. ꝓphetaꝝ
minoꝝ eſt verſus talis penthameter.

ee hel A dias nas cheas um
Os io mos ab ion mi na
Achuc onias us charias lachias
P ha ſoph agge za ma

De libris agiographis apocriphis in biblia ¶ De libris Agiographis ⁊ Apocriphis
in biblia. Aduertendum q̄ ſcr̄s Hiero
nymus in ꝓlogo galeato ſuꝑ libros Re/
gum: aliū ordinē libroꝝ veteris teſtamen
ti recitat ſm̄ hebreos (dicitur autem ꝓlo
gus iſte galeatus) Sicut enī galea caput
militis protegit vt fiducialius pergat ad
bellum: ita iſte titulus ſeu ꝓlogus lectori
ꝓiciam preſtat: vt valeat diſcernere qui li
bri apud hebreos in Canone recipiantur
qui vero inter apocrifa deputenꝰ. Eſt enī
galea hec caſſis. Eſt etiam galea genꝰ na/

uigij tunc ꝓducit le: vnde verſus. Armo
caput galea: pelagus percurro galea.
Aduertendum etiam hic q̄ libri q̄ ſunt
approbati ab eccleſia vt nullo modo li/
ceat dubitare de his que continenꝰ in il/
lis: habentur in canone. Et ſumiꝰ canon
ꝓ omni ſcriptura eccleſiaſtica approba/
ta. Canon enī grece regula nuncupatur.
Regula aūt dicta eo q̄ recte ducit nec ali
q̄n alioꝛſum trahit: vt dicit Jſidorus in
libro Ethimol'. Primus igitur ordo li/
broꝝ veteris teſtamenti eſt legis. Et ſunt
quinq̄ libri moyſi quos iudei ꝓprie tho/
rat.i. legem appellant. Scd̄m ꝓphetarū
ordinē faciūt: et ſunt libri Joſue Judicū
Ruth Regū Jſaie Hieremie Ezechielis
et libri.xij. ꝓphetaꝝ. Tercius ordo agi
ographa poſſidet. Et p̄mus liber incipit
a Job. Scd̄s a dauid: quem vno volumi
ne pſalmoꝝ cōprehendūt ⁊ quinq̄ parti
tionibus. Habet enim quinq̄ diuiſiones
quia quinquies eſt ibi: fiat fiat. Tercius
eſt ſalomon: tres habens libros ꝓuerbia
qui et parabole appellaꝰ. Quartus ec/
cleſiaſten. Quintus eſt cantica canticoꝝ
Sextus eſt daniel. Septimus Paralip.
Octauus Eſdras qui apud grecos et la/
tinos in duos libros diuiſus ē. Tercius
vero ⁊ quartus inter apocrifica cōputaꝰ
Nonus heſter: vnde quēadmodū vigin
ti ⁊ due lr̄e ſunt apud hebreos: per q̄ ſcri
bunt omne quod loquunꝰ: atq̄ ita ſiunt
pariter veteris legis libri viginti duo: qui
bus quaſi quibuſdā litteris in dei doctri
na tenera adhuc ⁊ lactens viri iuſti eru/
ditur infantia. Sunt enim quinq̄ libri
Moyſi: ⁊ ꝓphetarū octo. Agiographoꝝ
nouem: q̄q̄ nōnulli Ruth ⁊ lamentatio
nes inter agiographa ſcriptitent. Agio/
grapha.i. ſacra ſcriptura: id ē de ſanctoꝝ
vita vt Thobias ⁊ Job. Et diciꝰ ab agi/
os quod eſt ſanctus ⁊ graphia ſcriptura
et agios diciꝰ ab a qd̄ eſt ſine: ⁊ ge qd̄ eſt
terra quaſi celeſte. Quicquid extra hos
libros enumeratos eſt inter apocripha ē
ponendum: vt dicit Hieronymꝰ in ꝓlo/

go galeato. Igit̄ Sapia q̄ vulgo Salomonis inſcribitur: et Jeſu filij ſirach liber: ⁊ Judith ⁊ Thobias ⁊ Paſtor: non ſunt in canone. Hos libros legit eccleſia ad edificationē plebis: non ad auctoritatem eccleſiaſticoꝝ dogmatū ꝯfirmandā. Sic etiā libros Machabeoꝝ legit: ſed inter canonicas ſcripturas nō recipit Apocriſus dr̄ a criſis qd̄ eſt ſecretū: ⁊ apo qd̄ eſt de: id eſt occultus ⁊ ſecretus: quaſi de ſecretis. i. de numero ſecretorum: vl' apocripbus componit̄ ab apo qd̄ eſt longe ⁊ criſis qd̄ eſt iudiciū: vnde apocripha dn̄r illa ſcripta: quorum origo auctor vel veritas ignorat̄. Et dupl'r dr̄ liber apocriphꝰ vel q2 auctor ignorat̄ ⁊ veritas patet: et talem recipit eccleſia nō ad fidei ꝓbationē ſed ad morū inſtructionē. Quales ſūt libri nūc enumerati: vl' dr̄ apocripbus q2 de eius veritate ignorat̄: ⁊ q̄uis in tali libro ſunt multa vera: tñ nō habent̄ in auctoritate ꝓpter plura falſa q̄ ibi cōtinent̄ vt eſt liber de infantia ſaluatoris (quem quidā leutius manichei diſcipulꝰ depravauit: vt legit̄ in eplīs. s. Hieronymi ſup libello de ꝯceptu ⁊ natiuitate v̾ginis quē ſctūs Matheus euāgeliſta conſcripſit in hebraico ſermone: ⁊ btūs Hieronymꝰ eū trāſtulit in latinū. Ad p̄ces epoꝝ Chromacij ⁊ Heliodori. Et ideo inter canonicas ſcripturas nō enumerandus) ꝓut dicit Hieronymus in ꝓlogo ſuo ſup eundem librum. Prologus ſic incipit. Dn̄is ſctis ac beatiſſimis Chromacio ⁊ eliodoro epiſcopis. Hieronymus exiguus xp̄i ſeruus in domino ſalutē ⁊c̄. Liber iſte auctoritati euāgelice (in chana galilee initiū ſignoꝝ. Saluatoris fuiſſe teſtanti) repugnare videt̄. Et ideo nō immerito a btō papa Gelaſio inter apocrifa cōputat̄. xv. diſt. cap̄. Sancta romana. Liber etiam de aſſumptione corporis beate v̾ginis apocriphꝰ. Pluresq3 alij libri apocriphi enumerant̄ in decreto: diſtin. xv. c. Sancta romana. Que vero opuſcula. Ex dictis patet q̄ ſex libri veteris teſtamenti inter apocriphos computant̄. Primus eſt liber ſapientie cuius initium diligite iuſticiam. Cuius auctorem quidam affirmāt fuiſſe philonem: qui fuit fuit iudeus natione Alexandrinus de genere ſacerdotū: qui floruit tempore apoſtoloꝝ. Hic philo diſertiſſimus iudeorum librum ſapientie grece ſcripſit: vt communiter dicunt doctores ⁊ hiſtoriographi; ⁊ poſtmodum de greco tranſlatus in latinum: ꝓpter qd̄ philo auctor ipſius dicitur. Tamen ip̄m compilauit ex ſententijs Salomonis. Scd̄s liber eſt eccleſiaſticus quez ſcripſit Jeſus filius ſirach: nepos Jeſu ſacerdotis magni Hieroſolymita: tempore ſymonis filij Onie: et nepos eius qui ſimiliter fuit iudeus: ⁊ ſciuit grecum: tranſtulit de hebreo in grecum: vt patet in ꝓlogo ſuper libros ſapientiales: ⁊ huius tranſlatoris nomen proprium ibi tacetur. Hic liber apud latinos propter eloquij ſimilitudinem Salomonis titulo prenotatur.

Enumerat̄ etiam inter libros apocriphos. Paſtor. i. liber paſtoris: ſimilis eſt reuelationibꝰ Johis: id ē apocalipſi: ſed in noſtra bibliotheca nō habet̄. Ipſe aūt eſt qui ⁊ hermas dicit̄; vt dicit Heronymus in libro illuſtriū viroꝝ. Quartus liber eſt Judith. Quintus Thobie. Sextus Machabeoꝝ: qui nō ſunt de canone ſm̄ q̄ Hiero. in ꝓlogo galeato dicit q̄ ꝑmittit̄ libro regū. Et idem dicit de libro Baruch in eiꝰ ꝓlogo: et de tercio ⁊ q̄rto libro Eſdre: in prologo ſuper Eſdram

Notandū tamen ꝙ martyriū diciť tripliciter: primo largiſſime: patientia ſcʒ in paſſionibus quas patiť om̄is qui pie viuit in xp̄o. vñ Auguſti. in ſmone de ſctō Laurentio. Om̄is vita xp̄iani hominis ſi ſm euangeliū viuat crux eſt ⁊ martyriū. Scd̄o accipiť large actualis voluntatis p̄paratio ꝓ xp̄o. ſiue ꝓ veritate: ſic accipiť dum canitur de ſancto Martino. O ſanctiſſima aīa quā ⁊ ſi gladius ꝑſecutoris nō abſtulit palmā tamē martyrij nō amiſit: ibidem vt dicit ſanctus Bonauen̄. in .iij. diſtin. xl. Palma martyrij non accipiť ꝓ p̄mio accidentali qđ eſt aureola: ſ; pro premio ſubſtantiali qđ ē aurea. Vtrunq; enī eſt martyrij palma: ſed vnum ſcʒ aurea rñdet martyrio quia ſuſtineť ſolū ex charitatis voluntate: ſic etiam canitur de ſctō Franciſco. O martyr deſiderio. Ter enī vt legiť de eo ad partes infideliū trāſfretauit: ꝓ martyrij palma obtinēda. Alterū v̄o ſcʒ Aureola rñdet martyrio: q̄a eſt ſpālis priuilegij ⁊ p̄rogatiue martyrū qui ſuſtinēt acerbitatē paſſionis. Tertio martyriū ſumiť ſtricte ⁊ ꝓprie: ꝓ voluntaria ſuſtinentia mortis ꝓ xp̄o: ſiue ꝓ veritate: ſm ꝙ veritas diuidiť in veritatem vite iuſticie ⁊ doctrine (ſic ſumiť Apoca. .xvij. vidi mulierē ebriā de ſanguie ſctōꝝ ⁊ de ſanguie martyꝝ ieſu xp̄i) nā oīs veritas creata: aut ē cordis: aut veritas opis: aut veritas oris: ⁊ ſic in v̄itate cordis cōſiſtit veritas vite: in veritate operis veritas iuſticie: in veritate oris: veritas doctrine. vñ verſus. Eſt veritas vite doctrine iuſticieq;. Vnū ſemꝑ habe: duo ꝓpter ſcandala linque.

Veritas triplex

Et ad maiorem explanationem veritatis ꝓ qua martyriū ē ſuſtinendū eſt notanduʒ ꝙ ſm Anſhelmū Veritas eſt rectitudo ſola mente ꝑceptibilis. Rectuʒ vt Euclides ait: eſt cui⁹ medium nō exit ab extremis. Eſt igiť rectitudo cordis nō incuruarī ad cogitandum aliquid cōtra deum: cōtra ꝓximū: contra ſeip̄m. Eſt aūt rectitudo oris: nō flecti ad loquendū aliquid vanum: vel laſciuū: vľ falſuʒ vľ odioſuʒ. Eſt etiā rectitudo opis nō inclinari ad aliqđ malū: vľ aliquid cōtra diuinum imperiū: nec ad ꝑuertendū iudicium: hec Bonauen̄.

E Timor

Conſiderandum q̄nto: ꝙ fortitudini duo opponunť: Per exceſſuʒ timoris opponiť ei Timor inordinatus: quo appetitus iraſcibilis p̄ timore fugit ea que ratio dictat eſſe ſuſtinenda ſiue ꝓſeq̄nda: vel deſiſtat ab alijs q̄ ꝓſequi deberet: vñ matth. x. Nolite timere eos q̄ corpus occidunt. Qui v̄o fugit illud qđ eſt ſm rōnem fugiendū: non eſt inordinatus timor ille nec vicium. Timor tñ inordinatus includiť in quolibet pctō: vt auarus timet amiſſionē pecunie. Intēpatus amiſſionē voluptatis ⁊ ſic de alijs. Sed timor p̄cipuus eſt periculoꝝ mortis: vt dī. iij. Ethi. Et ideo inordinat⁹ timor ille opponiť fortitudini qui eſt circa pericula mortis: ꝓpter qđ anthonomatice timor dicitur opponi fortitudini.



Per defectum timoris duo vicia opponuntur fortitudini. Primū eſt impauiditas ſiue intimiditas inq̄ntum quis nō timet ea que timere deberet ſm ꝙ oportet ſicut timiditas ſiue timor opponiť fortitudini per exceſſum. Eſt autem eſſe impauidū ſiue intimidū vicioſum. Siue cauſetur ex defectu amoris: vt cū quis plus debito amat vitā ꝓpriā et ea q̄ ordinatur ad eam. Siue cauſeť ex electione animi de ſe p̄ſumentis ⁊ aliq̄ vitā ꝯſeruātia cōtemnētis. Siue cauſeť ex ſtoliditate: que tñ ſi ſit inuincibiľ excuſat pctm̄: ſicut aūt timiditas opponiť fortitudini per exceſſum timoris ſic Audacia opponiť fortitudini ſm ꝙ dicit exceſſum paſſionis q̄ dicitur audacia: vñ Eccl. viij. Audacia diſſuadetur: cū diciť Cum audace nō eas in via De diuerſa acceptione: timoris ⁊ audacie dictū eſt in ſcd̄o tracta. c. xxvij. De vicijs etiam oppoſitis fortitudini habitū eſt ſ. ca. xvj.

F De partib⁹ fortitudinis

¶ De partibus fortitudinis. Conſiderandū ſexto de partib⁹ fortitudinis: p̄mo in cōmuni: ſcd̄o in ſpeciali. Circa primū ꝯſiderādū ꝙ Tulius in ſua rethorica q̄ttuor ponit partes fortitudinis: ſcʒ magnificentiā: fidentiā: patientiā: ꝑſeuerantiā. Ad cuius euidentiā ſciendū ꝙ fortitudini ſm ꝙ eſt virtus moralis non poſſunt aſſignari ꝑtes ſubiectiue eo ꝙ nō diuidiť in multas virtutes ſpecie differētes q2 eſt circa materiā valde ſpecialem. Aſſignanť tamē ei partes quaſi integrales ⁊ potentiales. Integrales quidē ſm ea que oportet cōcurrere ad actū fortitudinis. Potentiales autem ſm ea que fortitudo obſeruat circa difficilima ſcʒ circa pericula mortis. Alique alie virtutes obſeruant circa alias quaſdā materias minus difficiles: que quidē virtutes adiunguntur fortitudini ſicut ſecundarie p̄ncipali: ſicut aūt dictū eſt ſupra ꝙ duplex eſt actus fortitudinis: ſcʒ aggredi ⁊ ſuſtinere Ad actū aggrediendi duo requiruntur. Primū pertinet ad p̄parationē cuʒ quis ꝓmptū habet animū ad aggrediendum. Scd̄m ad executionē vt ne deficiat in executione eorum que fideliter inchoanť: q̄ntum ad primum ponit Tulius fidentiam: q̄ntum ad ſcd̄m magnificentiaʒ. Hec enī duo ſi cohercenť ad ꝓpriam materiā fortitudinis ſcʒ ad pericula mortis: erūt quaſi partes integrales fortitudinis ſine q̄bus fortitudo eſſe nō pōt. Si aūt referantur ad aliq̄s alias materias minus difficiles: adiungenť fortitudini ſicut ſecūdarie p̄ncipali. Sicut magnificentia a pho. iiij. Ethi. poniť circa magnos ſūptos. Magnanimitas aūt q̄ videť idē eē fiducie: circa magnos honores. Ad aliū etiā actum fortitudinis q̄ eſt ſuſtinere: duo req̄runť. Vnū eſt ne ꝓ difficultate iminentiū periculoꝝ anim⁹ frāgať ꝑ triſticiā: ⁊ q̄tū ad h̄ poniť patiētia. Aliud eſt ne ex diuturnitate difficiliū paſſionū hō deſiſtat ⁊ q̄tū ad h̄ poniť ꝑſeuerātia Hec etiā duo ſi coarcenť ad ꝓpriā materiā fortitudinis: erūt partes q̄ſi integrales ipſius. Si autē ad q̄ſcunq; materias difficiles referanť: erūt a fortitudie diſtincte: ⁊ tñ ei adiūgūť ſicut ſecūdarie p̄ncipali. Ad has ēt q̄ttuor ꝑtes p̄ncipales fortitudinis reducuntur alie v̄tutes: de q̄b⁹ patebit in ſequētibus.

G Magnanimitas

Magnanimitas q̄nq; ſumiť pro fortitudine: et attenditur non ſolum in aggrediendo terribilia ſed etiam in ſuſtinendo Et pertinet ad eam non ſolum aggreſſio arduorum ſed etiam proceſſus ⁊ cōſummatio eorum. Seneca in li. de q̄ttuor v̄tu-

tibus magnanimitas q̄ ꝛ fortitudo đ: ſi
inſit animo tuo: cū magna fiducia viues.
Nūq̈ʒ magnanimitas đ terribiliū aggreſ
ſio quā efficit fortitudo. Fortitudo eī̄ in
q̄ntum animi magnitudinem efficit tres
habet partes. Q̄tum ad actus ſuos ha-
bet ꝑncipium mediū ꝛ finem. Q̄tum ad
ꝑncipium ꝑtinet ad eam magnanimitas
que eſt difficilium ſpōtanea ꝛ rōnalis ag-
Fiducia greſſio. Q̄tum ad medium eſt Fiducia
inq̄ntum importat qddā robur ſpei pro-
ueniēs ex aliqua cōſideratione q̄ facit ve
hementē opinionē habere de bono aſſe-
quendo: vnde nomen fiducie a fide vide
tur aſſumptum: vn̄ fiducia eſt certa ſpes
animi ꝑducendi ad finem rem inchoatā.
Magnanimitas Q̄tum ad finē eſt Magnanimitas que
ſm̄ Macrobiū eſt difficiliū ꝛ ꝑclararum
rerum q̄ geruntᷓ felix ꝯſummatio: vn̄ ma
gnanimitas ꝯſiſtit in rerum difficiliū ag-
greſſione: magnificētia in ꝯſummatione.
Securitas Securitas que dicit ꝑfectam quietē ani
mi pertinet ad magnanimitatem: vn̄ ſe-
curitas eſt contra timiditatē a malo futu
ro. Et deſcribitᷓ ſecuritas eſt habitus ſm̄
quē imminētes incomoditates: et rei in-
choate affines non formidantur. Securi
tas eī̄ repellit deſperationē. Timor eī̄
facit homines diffidentes inq̄ntum curā
homines habēt qualiter poſſent euadere
ea q̄ timentᷓ. Securitas aūt đ per remo-
tionem huius cure quam timor ingerit.
Magnanimitas tercio quā phs ponit
loco fidentie. iij. Ethi. Eſt circa magnos
Fidentia honores. Fidentia eī̄ eſt virtus per quā
magnis ꝛ honeſtis in rebus multum ipſe
animus ſe in fiducia collocauit. Magna
nimitas eī̄ ex ſuo noīe importat q̄ndam
animi extenſionem ad aliqd magnū. In-
ter res aūt humanas ꝑcipue exteriores q̄
homi impenduntᷓ maximū locum tenet
honor: q2 ꝓpter honorem ꝯſequendum ꝛ
vituperiū vitādum homines omnia alia
poſtponūt: vn̄ ſicut quis dicitᷓ fortis ab-
ſolute ex his que ſūt ſimpliciter difficilia:
ita aliquis dicitᷓ magnanimus ex his que

ſunt ſimpliciter magna cuiuſmōi ſunt ho-
nores: vn̄ ꝯſequēs eſt magnanimitatem
circa honores cōſiſtere tanq̄ circa ꝓpriā
materiā. Hec aūt virtus ſcʒ magnanimi-
tas: vt đ. iij. Ethi. eſt circa magnos hono
res. Eſt ꝛ alia virtus circa honores me-
Filotomia diocres que đ Filotomia. de his duab⁹
virtutibus dictū eſt ſupra ca. xvj. Ma-
gnanimitati quatuor opponuntur vicia:
tria ſm̄ exceſſum vicʒ preſumptio Ambi
tio ꝛ inanis gloria: puſillanimitas oppo-
nitur ei ſm̄ defectum. Preſumptio vt đ
ij. et. iiij. Ethi. opponitᷓ magnanimitati ꝑ
exceſſum: nam dicitᷓ ibidem q̧ magnani-
mo ꝑ exceſſum opponitur Caymos. i. fu
moſus vel ventoſus quē latine dicimus
ꝑſumptuoſum: ꝛ vicium grece dicitᷓ Cay
motes magnanimitas virtus conſiſtit in
medio ſm̄ ꝓporcionē ad ꝓpriam faculta-
tem: non eī̄ intendit in maiora q̄ conue
nit ſibi. Preſumptuoſus aūt ſm̄ ꝓporcio
nem facultatis excedit ad agendum ea q̄
ꝑferuntur ſue virtuti qd ꝑtinet ad ꝑſum
ptionem. Inq̄ntum vero cōtemnit diui-
nam iuſticiā ex inordinata cōfidentia di-
uine miſericordie talis ꝑſumptio eſt pec-
catū in ſpūmſctm̄: ꝛ opponitᷓ ſic charitati:
vel potius dono timoris cui⁹ eſt deuʒ re-
uereri. Nota tn̄ ſi q̇s in modico excedit
ꝓpriā facultatē: talis ꝑſumptio nō oppo-
nitᷓ magnanimitati. ſed illi virtuti que eſt
circa mediocres honores: ſcʒ filotomie:
ꝓut đ ſ. ca. xvj. Inanis gloria etiā op-
Gloria ponitᷓ ꝑ ſupabundantiā magnanimitatē
Cum eī̄ glia ſm̄ Tuliū in Rethorica ſit
frequēs de aliquo fama cū laude. Et Am
broſius dicit q̧ glia eſt clara cū laude no
ticia: ſicq̧ʒ gloria eſt effect⁹ honoris ꝛ lau
dis: ex hoc eī̄ q̧ aliquis laudatur vel ei
reuerētia exhibetur clarus in noticia ali-
orum habetur. Et quia magnanimitas ē
circa honores ꝯſequēs eſt q̧ ſit circa glo-
riam: vt ſicut ſcʒ honore ita ꝛ gloria mo-
derate vtatur: et ideo inordinatus appe-
titus glorie opponitur magnanimitati.
Unde Sanct⁹ Bonauentu. ſic deſcribit



inanem gloriā in centiloquio. inanis glo-
ria ē amor laudis ꝓprie ꝓpter excellenti-
am apparentē. Habet aūt inanis glia du
as differētias formales. ſ. appetitū fauo-
ris ꝛ laudis. Fauor ē excellētia alicui⁹ in
corde. laus in ore. Tres aūt hʒ differenti-
as materiales q̄ ponūtᷓ Hieremie. ix. nō
glorietᷓ ſapiēs in ſapiētia ſua. nec fortꝭ in
fortitudine ſua. nec diues in diuitijs ſuis
ſ; in hoc glorietᷓ ſcire ꝛ noſſe me dicit dn̄s
cū gloria ſit beatiſſime trinitatꝭ ꝓpria. nō
eſt gloriandū in ſapientia q̄ attribuitur fi
lio. nec in fortitudine que attribuitᷓ patri.
nec in diuitijs tam tꝑalibus q̄ ſpūalib⁹:
q̄ attribuuntᷓ ſpūiſancto. Gloria autē
poteſt dici inanis triplr. Uno mō ex par-
te rei ex qua queritᷓ de eo qd nō ē gloria
dignum. ſicut de aliq̄ re fragili ꝛ caduca.
Alio mō ex ꝑte eius q̄ querit gloriā q̄ ſcʒ
appetitū glorie ſue nō refert in dbitū finē
puta in honorē dei ꝛ ſalutē ꝓximi. Ter-
cio ex ꝑte eius a quo gloriā querit vt ho-
minis cui⁹ iudiciū non eſt certū. Ambi
tio opponitᷓ magnanimitati per exceſſuʒ
Importat eī̄ inordinatū appetitū hono
ris. qd ꝯtingit triplr. vno mō ꝑ hoc q̧ ſi-
bi cupit fieri honorē nō referēdo in deuʒ
Secundo mō ꝑ hoc q̧ quis appetit teſti
moniū de excellentia quā nō habet. qd ē
appetere honorē ſupra ſuam ꝓportionē
Tercio mō q̧ appetitus eius cū honore
quieſcit nō referens honorē ſuū ad alioꝝ
vtilitatē. Puſillanimitas opponitᷓ ma
gnanimitati ꝑ defectū ꝑ quā aliq̇s deficit
a ꝓportione ſue potētie. qn̄. ſ. recuſat in il
Magnificencia lud tendere qd ē ꝯmenſuratū ſue potētie
de q̄ ſ. habitū ē ca. xvj. ¶ Magnificētia
ſecūda ē ꝑs potentialis fortitudinis. ꝛ ſu
mitᷓ q̄nq̧ʒ vt ſit negocioꝝ difficiliū ꝛ ꝑcla-
roꝝ ꝯſūmatio. ſic ꝑtinet ad magnanimi-
tatē vt ſupra dictū ē. Alio mō magnificē-
tia ſumitᷓ ꝓ virtute ad quā ꝑtinet facere
aliqd magnū opus qd req̇rit ꝓportionē
ſumptus. puta templa cōſtruere. hoſpita
lia ꝓ paupibus ꝛ hmōi ad honorē dei. vn̄
đ in ps̄. Magnificētia in ſanctificatione

eius q2 ꝑcipuus hui⁹ virtutis effectus ad
ſanctitatē ꝛ virtutē ordinatᷓ. vt ſic eam de
ſcribit Tulius Magnificētia eſt reꝝ ma
gnarū ꝛ excelſaꝝ cū animi quadā ampla
ꝛ ſplendida ꝓpoſitione cogitatio ꝛ admi
ſtratio. i. executio. vt. ſ. amplo ꝓpoſito ad-
miniſtratio nō deſit. vt cogitatio referatᷓ
ad interiorē intentionē. Adminiſtratō ad
exteriorē executionem. Materia aūt ma
gnificētie circa quā poteſt dici pecunia q̄
vtitur ad faciendū magnos ſumpt⁹ queʒ
magnificus moderatᷓ ne inordinate expē
dantᷓ ꝛ inutiliter. Unde legitᷓ de Alexan
dro magno q̄ cuidā militi aliq̄d petēti de
dit vrbē quandā. ꝛ dicente milite hoc nō
cōuenire ſue fortitudini. Nō inq̇t quero
q̄d te accipe liceat. ſ; q̄d me dare. Par
uificentia opponitᷓ magnificētie ſm̄ defe
ctū. Paruificus ꝑncipaliter intendit ad
paruitatē ſumptus. Exemplū paruifi-
cus fuit quidā rex Antigonus de q̄ dicit
Seneca q̧ cū quidā noīe Cinicus talen-
tū ab eo petēt. rn̄det plus eſſe q̄ Cinicuʒ
decet. Tunc ille pecijt denarium. Cui rex
minus eſſe q̄ regē dare deceret. Turpiſ-
ſima hec cauillatio (inq̇t Seneca) Cū da
re poſſet denariū tanq̄ Cinico ꝛ talentū
tanq̄ rex. Per exceſſum opponitᷓ ma-
gnificētie. Bannauſia viciū q̄ q̇s ꝓportio
nē excedit expenſaꝝ ad opus plus expen
dens q̄ ſit operi intento ꝓportionatū. qd
vicium latine poteſt dici Conſumptio vt
Balthaſar q̄ fecit conuiuiū magnū opti-
matibus ꝛ concubinis ſuis vn̄ punit⁹ fu-
it vt habetᷓ Danielis. v. Eſt ꝛ alia v̄tus
Liberalitas. circa vſū pecunie ꝛ ſumptus mediocres
que đ Liberalitas. de qua cū ſuis vicijs
oppoſitis ſupra dictum eſt capitulo. xvj.
III ¶ Patiētia tercia ꝑs potētialis ē fortitu
Patientia dinis. Inter alias paſſiones Triſtitia eſt
efficax ad impediendum bonū rōnis. ſm̄
illud. ij. Corinth. vij. Seculi triſtitia mor-
tem operatᷓ. Triſtitia autem ex malis il-
latis naſcitur. que niſi refrenetur animus
ſibi ſuccumbit. ꝛ ad vindictam appeten-
dam ꝛ ad indignationem inducit. Neceſ

ſaria eſt ergo virtus ꝯ hmõi vt hõ nõ abducatᷣ a bono rõnis ꝓpter triſtitiã aduerſoꝝ. Hec autem virtus eſt patientia que ab Auguſtino ſic diffiniᷣ. Patiẽtia ẽ qua mala equo animo toleramus. id ẽ ſine perturbatione iuſticie. Unde ad ipam pertinet vt ꝓpter triſticias illatas quãtecunq; ſint hõ nõ recedat a bono virtutis. Unde patientia quo ad habitũ poniᷣ virtus ꝑ quã mala equo animo toleram⁹. Quãtum aũt ad delectationẽ quã habet in actu ponitur inter fructus ſpũs Gal. v. ꝛ ꝑcipue quãtum ad hoc ꝙ anim⁹ ꝑ patientiã ꝑſeruatur ne triſtitia obruatᷣ. Qđ aũt dr Jacobi. j. Patientia opus ꝑfectũ habet. Jnnuiᷣ ꝙ patiẽtia eſt ꝑfectioꝛ ſm quid alijs virtutibus. ſ. quãtũ ad tolerantiã aduerſorũ. Nõ aũt ꝙ ſit ꝑfectioꝛ ſimplr. Cauſaᷣ autẽ patiẽtia ſm ꝙ eſt virtus a charitate ſm illud. j. Coꝛ. xiij. Charitas patiẽs eſt Hoc nõ põt haberi ſine gr̃a ſm illud Romano. v. Charitas dei diffuſa eſt in coꝛdibus noſtris. Uñ patet ꝙ patiẽtia ſine auxilio gratie haberi nõ põt. Deſcribiᷣ etiã patientia a Tulio Patientia eſt honeſtatis ꝛ vtilitatis cauſa rerũ arduarũ ꝛ terribiliũ. volũtaria ac diuturna ꝑpeſſio. Honeſtatis cauſa eſt ꝑpeſſio. vt cũ qs ꝓ fide xpĩ potius eligit moꝛi. q̃ʒ negãdo fidẽ ſaluare vitã ſuã. Utilitatis cauſa vo cuʒ qs ꝓ ſalute gregis eligit moꝛi. Uolũtaria vo ideo diciᷣ qꝛ q̃ omnino inuitus patiᷣ nõ habet laudẽ vl' meritũ. Diturna dr qꝛ ad verũ patientẽ ꝑtinet in patiendo ꝑſeuerare

Sub patiẽtia ꝯtinenᷣ Conſtãtia ꝛ longanimitas. ¶ Conſtantia quedã eſt gñalis que omnem virtutẽ circuit que attenditur in ꝑſeuerantia ꝓpoſiti. Quedam eſt conſtantia ſpecialis que attenditur circa res terribiles. ꝛ ad ſuſtinendũ difficiles q̃ ledũt naturã ꝛ hec ꝑtinet ad foꝛtitudineʒ ꝛ contineᷣ ſub patientia. ꝛ eſt reſpectu laboꝛis quem ſuſtinet homo in continuata executõe boni operis. Et poteſt ſic deſcribi Conſtantia eſt ſtabilitas animi firma ꝛ in ꝓpoſito ꝑſeuerans. Conſtantie eniʒ eſt ſeruare mediam inter vicium qđ dicitur Mutabilitas ſeu Leuitas ꝛ inter vicium quod dicitur Pertinacia. quoꝝ vtrũq; eſt reprehenſibile. Unde diciᷣ. ij. Coꝛ. j. Nunquid leuitate vſus ſum. Eſt eñ leuitas mentis quando aliquis leuiter mutatur de conſtantia boni operis ꝓpter terribilia ad ſuſtinendum. Numeri etiã. xix. legiᷣ ꝙ filij iſrael ad imperiũ domini ꝓficiſcebanᷣ ꝛ ad imperium eius figebãt tabernacula. Sic a ꝓpoſito diſcedenduʒ eſt dum creditur deo diſplicere. ꝛ in eo perſeuerandũ eſt cum crediᷣ ei placere. et non pertinaciter alicui deo diſplicenti animo inherere

Conſtantia.

¶ Longanimitas facit hominẽ ſuſtinere triſtitiã ex dilatione ſpei ſub ratione mali cõtriſtantis. Jlla triſticia cauſaᷣ ex dilatione boni ſperati. ſic comꝑhẽditur ſub patientia que refrenat triſtitias ex malis illatis Alio mõ longanimitas eſt ſpes cum expectatione longa futuroꝝ ꝛ bonoꝝ ſic comꝑhenditur ſub magnanimitate que reſpicit ſpem tendenteʒ in bonum.

Longanimitas.

¶ Perſeuerantia quarta eſt ps potentialis foꝛtitudinis ad quã pertinet in omnibus virtuoſis opibus diuturnitatẽ ſuſtinere ꝓut neceſſe eſt. Unde firmitatẽ ſeruat cõtra difficultatem que ꝓuenit ex diuturnitate cuiuſcunq; actus virtuoſi ꝛ ſic eſt virtus generalis circuiens omnem virtuteʒ. Et ſic deſcribitur a Tulio Perſeuerantia eſt in ratione bene cõſiderata: ſtabilis ꝛ ꝑpetua permanſio. Magiſtraliter ſic deſcribitur. Perſeuerãtia eſt permanentia in bono diuturna vel finalis. ꝑſeuerãtia nãq; firmat animũ ne timoꝛe fatigationis laxeᷣ ex diuturnitate boni operis. Eſt ꝛ ꝑſeuerãtia ſpecialis. ꝛ hec attenditur circa terribilia ꝛ difficilia ad ſuſtinendum que ledunt naturã ꝛ illa pertinet ad foꝛtitudinem. Notandum etiaʒ ꝙ perſeuerantia eſt duplex quedam finalis. quedam nõ finalis. Non finalis quãdo aliqs longo tempoꝛe perſeuerat in bono. tamen poſtea cadit per peccatuʒ moꝛtale. Finalis perſeuerantia duplex eſt. vl'

R Perſeuerantia.



finalis ꝓpoſito. ꝛ illa eſt virtus habitualᷣ ꝛ indiget dono gratie habitualis ſicut cetere virtutes infuſe. Alia eſt finalis actu vſq; ad moꝛtẽ durans. ꝛ hec indiget non tm̃ gratia habituali. ſ; etiam gratuito dei auxilio cõſeruante hoiem in bono vſq; in finem vite. vñ Aug. in li. de ꝑſeuerantia. Aſſerim⁹ donũ dei ꝑſeuerantiã. qua vſq; in finẽ ꝑſeueraᷣ in xpõ. Cõueniũt autẽ cõſtantia ꝛ ꝑſeuerantia qꝛ ad vtranq; ꝑtinet in aliquo firmiᷣ ꝑſiſtere. Differunt aũt qꝛ ꝑſeuerantia facit ꝑſiſtere cõtra difficultatẽ q̃ ꝓuenit ex difficultate act⁹. Cõſtantia vo cõtra difficultatẽ q̃ ꝓuenit ex alijs impedimentis exterioꝛib⁹. Mollicies opponiᷣ ꝑſeuerantie ſm defectum Diciᷣ aũt mollis q̃ recedit a bono ꝓpter triſticias cauſatas ex defectu delectationũ ꝓpter aliqua difficilia q̃ nõ põt ſuſtinere. Nã dr molle qđ facile cedit tangenti Mollis fuit ppls iſrl' qñ reuerſis exploratoꝛib⁹ terre ꝓmiſſionis volebat reuerti in egyptum audita relatõe eoꝝ. Sʒ nõ fuerũt molles Joſue ꝛ Caleph firmi permanentes. Mollicies vt ſic cauſaᷣ ex cõſuetudine. Cũ. ſ. qs cõſueuit voluptatib⁹ frui difficilius põt eis carere. Alio modo mollicies cauſaᷣ ex naturali diſpoſitõne Cũ qs animũ min⁹ habet cõſtantem. ꝓpᷣ cõplexionis fragilitatẽ. ꝛ ſic comparanᷣ femine ad maſculos: vt dr. vij. ethic. Jõ q̃ muliebꝛia patiunᷣ dicunᷣ molles quaſi muliebres effecti. Et ſic dr. j. Coꝛ. vj. in glo. ſuꝑ illud. Nec adulteri nec molles. i. muliebꝛia patientes. Et ſic opponiᷣ caſtitati. Eſt ꝛ mollicies q̃dam ſpecies peccati cõtra naturã qua aliquis ſeipm polluit cauſa delectatiõis venereoꝝ. Pertinacia opponiᷣ ꝑſeuerantie ꝑ exceſſum. Et naſciᷣ hoc viciũ ex inani glia ſm Greg. Uñ dicit. s. Bona. in Centiloquio. Pertinacia eſt voluntas fugiens minoꝛatiõʒ ꝓbitatis. dicta vel facta ſua irrationabiliter defendens. Nã dicit yſiđ. Pertinax diciᷣ ille q̃ eſt tenax impudenter quaſi oĩno tenax. qꝛ in ſuo ꝓpoſito ad victoriam ꝑſeuerat. Exemplũ. Aſabel curſoꝛ velociſſimus. qꝛ ꝑtinaciter voluit perſequi abner nec ſuaſionibus eius voluit deſiſtere occiſus eſt ab eo. ij. Regũ. ij. Perſeuerat eñ in ſua ſententia ꝑtinax pluſq; opoꝛʒ Mollis minuſq; opꝫ eſt ꝑſeuerans. opponiᷣ ꝛ ꝑtinacia Conſtancie. vt dictũ eſt alia tñ ꝛ alia rõne vt patet ex dictis.

¶ Theoꝛica de foꝛtitudinis ꝑtib⁹ ꝛ vicijs oppoſitis. Foꝛtitudo cõſiſtens in ꝑferendis moleſtijs mediatrix inter audaciam ꝛ timoꝛẽ. habet duos actus tria vicia oppoſita quatuoꝛ ꝑtes potentiales. act⁹ duos ſuſtinere ꝛ aggredi pericula. Cuius actus ꝑcipuus eſt martirium. Tria vicia oppoſita ꝑ exceſſum timoꝛ. ꝑ defectũ audacia ꝛ impauiditas. Quatuoꝛ ꝑtes potentiales. Prima magnanimitas ſiue fidentia ad quã ꝑtinet fiducia magnificentia ſecuritas. Magnanimitati ꝑ exceſſuʒ opponunᷣ ꝑſumptio inanis glia ambitõ ꝑ defectum opponiᷣ puſillanimitas. Secunda Magnificentia cui opponiᷣ ꝑ exceſſum Bannanſia ſiue cõſumptio ꝑ defectũ paruificentia. Tercia patientia ad quã ꝑtinet Conſtantia ꝛ longanimitas. Cui opponiᷣ ꝑ exceſſum ꝑtinacia ꝑ defectum mutabilitas ſeu leuitas. Quarta ꝑſeuerantia Cui opponiᷣ ꝑ exceſſum pertinacia per defectum mollicies. Donũ ſpũſſcti coꝛrñdens foꝛtitudini vtuti morali Eſt foꝛtitudo Cũ eñ foꝛtitudo moꝛalis rectificat aĩam rõe iraſcibilis ad ſuſtinendũ q̃cunq; ꝑicula. ſ; nõ ſufficit dare fiduciã euadendi q̃cunq; ꝑicula. Sʒ hanc ſpũſſctũs infundit cõtrariũ timoꝛẽ excludens. et hmõi fiducia ꝑtinet ad foꝛtitudinẽ q̃ eſt donũ ſpũſſancti faciẽs ꝓmpte et expedite tolerare paſſiones ꝓpᷣ imitationem xpĩ.

Theoꝛica

¶ De iuſticia ꝛ ꝑtibus eius cũ vicijs oppoſitis.

Capitulũ xx

De iuſticia.

**I**Uſticia reſpiciẽs cõmutatiões in ꝑcijs ꝛ diſtributões ꝓ merit' qtũs recte fiãt. quarta ẽ vt⁹ cardinalis

ad quã ceterevirtutes tres cardinales di
ſponũt:vt habitũ eſt ſupra cap̃.xvij.circa
pͥncipiũ. De qua duo cõſideranda ge-
neraliter occurrũt. Primũ de iuſticia ẜm
ſe cõſiderata. Scd̃m de ptib⁹ ei⁹ ⁊ eaꝝ vi
cijs oppoſitis. Circa pͥmũ pͥmo dicet̃ q̃t
modis dicit̃ iuſticia. Scd̃o q̃d eſt iuſticia
A Tercio de actu ei⁹ Quarto de vicio ei op
poſito. Cõſiderãdũ pͥmo ꝙ iuſticia mł-
tipliciter dicit̃. Uno mõ ꝓut important
quendã ſtatũ rectitudinis in hoĩe q̃ꝫtum
ad ptes ipſius. ꝓut aliqua ps anime ſuo
ſuperiori ſubdit̃ ſiue ipſi deo:ſiue alij pti
hominis. ⁊ hec iuſticia cõſiſtit in tranq̃lli
tate potentiaꝝ anime. dum mens ſupre-
ma pͥncipat̃ rationi: ⁊ ratio ſenſualitati:
ẜm ꝙ ratio imꝑat iraſcibili ⁊ cõcupiſcibi
li ⁊ ille obediunt rationi. Et vniuerſaliter
dum vnicuiqꝫ pti hominis attribuit̃ qđ ei
cõuenit. Hanc iuſticiã phs. v. ethic. no-
minat metaphoricã. Iuſticia ꝓprie dicta
non eſt niſi vni⁹ hoĩs ad alterũ. metapho
rice tñ dicit̃ eſſe iuſticia in vno ⁊ eodẽ ho
mine eo ꝙ diuerſe ptes hoĩs reputant̃ q̃
ſi diuerſe pſone. Hec tranq̃llitas anĩe ma
Iuſticia ori ginalis. xime viguiſſet in ſtatu innocentie ⁊ nomi
nat̃ a doctoribus in ſcd̃o ſententiaꝝ. Iu-
ſticia originalis q̃ eſt q̃dam anime recti-
tudo:ꝑ quã corpus erat anime ſubdituꝫ:
⁊ vires inferiores rõni q̃ꝫdiu anima ſbdi
ta eſſet ſuo creatori. hec aũt rectitudo nõ
erat ex pͥncipijs nature:cũ corpus huma
nũ ſit naturaliter corruptibile ẜ a deo da
ta in pͥmi hominis conditione. Alioquin
quõ verũ eſſet illud Moyſi in Deutro.
Dei pfecta ſunt opa Et illud phiſicũ. De
us ⁊ natura non deficiũt in neceſſarijs. ſi
mox ab exordio nõ dediſſet deus homini
ſufficiens pͥncipium ſuꝑius regitiuũ ⁊ or
dinatiuũ atqꝫ regulatiuũ ſub regula cer-
tiſſima quã appellamus originalẽ iuſtici
am:ꝑ quam dediſſet homo vnicuiqꝫ ius
qđ ſuum erat. deo vicꝫ reuerentiã ſine cõ
tradictione. ꝓximo amiciciã ſine diſſenſi-
one Corpori obedientiã ad rõem ſine re-
bellione. Ceteris inferiorib⁹ creaturis do
minationẽ regitiuã ſine impugnatione. ꝓ

pterea dicit̃ Eccleſiaſtes. vij. Hoc ſcio ꝙ
a pͥncipio fecit de⁹ hominẽ rectũ. Et quia
iuſticia eſt q̃dam rectitudo voluntatis ꝓ
pter ſe ſeruata:vt dicit Anſhelm⁹. ꝓpter
hoc talis rectitudo nature humane hñ iu
ſticia vocat̃ ⁊ originalis. q2 data eſt ho-
mini in ſua pͥma origine. Tum q2 ꝑ origi
nẽ in poſteros fuiſſet tranſfuſa ſi ab adaꝫ
fuiſſet ſeruata. ipõ v̾o peccante iuſte fuit
ab eo ſubtracta. Et q2 carentia pfectiõis
q̃ debet eſſe culpabilis eſt in homine. cu-
iuſmodi dicta fuit rectitudo ſeu origina-
lis iuſticia. Idõ ei⁹ carentia cuꝫ debito ha
bendi dicit̃ Peccatũ originale. qđ diffi-
nit Anſhelm⁹. Peccatũ originale eſt ca-
rentia ſiue nuditas debite iuſticie ꝑ ino-
bedientiam Ade facta quã comitat̃ carẽ
tia viſionis dei. Iſta diffinitio eſt forma-
lis indicans huius peccati eſſentiã Cau-
ſam ⁊ penam. Scd̃o iuſticia ſumit̃ pro
habitu inclinante ſeu determinante volũ
tatem ad firmit̃ volendũ ſeruare rectitu
dinem debitã in opatiõib⁹ q̃ ſunt ad alte
rum. ⁊ põt eſſe dupliciter. vno mõ ad al-
terũ qđ eſt cõitas. et ſic eſt iuſticia legał.
ſic eſt generalis ad oĩs virtutes:ẜm ꝙ
actus earũ ordinat ad bonũ cõmune ẜm
directionẽ legis ad quã ptinet ordinare i
bonũ cõmune. ⁊ ꝙ ꝑ eam homo ꝯcordat
legi ordinanti act⁹ oĩm virtutum in bonũ
cõmune. Ideo iuſticia p̃dicta d2 legalis.
Dicit̃ etiã hec iuſticia ab Ariſto. oĩs
v̾tus. v. ethic. ſiue v̾tus generał: nõ ꝑ pre-
dicationẽ ẜ per virtutem cauſalitatis in-
q̃ꝫtum p̃cipit ꝑ legis imperiũ opa exteri-
ora cuiuſlibet virtutis ad bonum cõmu-
ne referri. Nam p̃cipit actum tpantie et
ordinat in bonum cõmune:puta cũ lex p̃
cipit vt nullus adulteriũ cõmittat. Simi
liter actum fortitudinis in bonum cõmu
ne reducit cum precipit ꝙ milites nõ de-
ſerant aciem nec arma ꝓijciant ⁊ hmõi.
Alio modo illud alterũ reſpectu cui⁹
Iuſticia ẜuat rectitudinem:eſt pſona ſin
gularis. Sic eſt iuſticia pticularis diſtin-
cta ꝑ eſſentiam ab alijs v̾tutib⁹. Nec de-
bet dici virt⁹ generalis ſꝫ ſpecialis. equa-



litatẽ conſtituens in cõmutationib⁹ et di-
ſtributionib⁹ cõicabiliũ bonoꝝ quatenus
recte fiãt q̃ ſunt neceſſaria i hac vita. ⁊ de
iſta nũc agit̃ q̃ ẽ vna de v̾tutib⁹ cardinali
bus. Conſiderandũ ſecũdo ꝙ iuſticia
B ſic deſcribit̃ ab Anſhel. Iuſticia eſt recti
tudo volũtatis ꝓpter ſe ẜuata. Volũtatis
d̾ q2 ſi lapis cũ deſcẽdit recte agit facien
do qđ d3. tñ nõ d̾ iuſtus q2 nõ agit volũ-
tarie. Rectitudo q̃ ẽ iuſticia ẽ ſolũ ipſius
appetitus rõnalis ſiue volũtatis ⁊ cũ di-
ſcretione. Nõ eñ d2 aliq̃s iuſt⁹ ꝓpter re-
ctitudinẽ intellect⁹ vł operis ſi deſit recti
tudo volũtatis. Utpote ſi aliq̃s impediat
ab ingreſſu dom⁹ aliqueꝫ volentẽ intrare
vt innocentẽ ibi occidat. ignorãs tñ q̃d il
le ſit factur⁹. nõ reputat̃ ille iuſtus in hoc
Itẽ ſi aliq̃s coactus reddat pecuniã quã
abſtulit vł cauſa inanis glorie. nõ ꝓpter h̃
eſt iuſtus. ẜ ſi amore iuſticie hoc faciat. idõ
bñ d̾ ꝙ iuſticia ẽ rectitudo volũtatis ꝓ-
pter ſe ſeruata. Notandũ etiã cũ rectum
ſit cui⁹ mediũ nõ exijt ab extremis vbi eſt
rectitudo iuſticie aliud ẽ mediũ alia extre
ma. vñ i iuſticia ẽ. qđ reddit̃. cui reddit̃ ⁊
ꝑ qđ reddit̃. per qđ reddit̃ ẽ mediũ habi
tus. ſ. iuſticie inclinãs ad recte iudicãduꝫ
Alia v̾o duo ſunt extrema. Iuſticia eti
am diffinit̃ a magiſtris. Eſt ꝑpetua et cõ-
ſtans volũtas ius ſuũ vnicuiqꝫ tribuens
Hec autẽ deſcriptio cõpetit pͥncipalit̃ iu
ſticie diuine q̃ ẽ principalis ⁊ primaria in
ordine ad ſuas creaturas. Deus neqꝫ ſo-
lus ẽ q̃ voluntate ꝑpetua ⁊ ꝯſtãti dat vni
cuiqꝫ rei qđ ſuũ ẽ. Suũ inq̃ꝫ nõ ex debito
rigoris ẜ ex liberaliſſima ⁊ dignantiſſima
donatione creatoris. Habet eñ res queli
bet ius ſeu titulũ id habendi qđ h3 ex di-
ctamine rectiſſimo pͥme iuſticie que deus
eſt a quo omnis lex ꝯtentiua iuſticie inici
um habet. per quã vnãquãqꝫ rem in ſuo
gradu conſtituit. Ex dictis patet diſtin
ctio de iuſticia. q2 q̃dam eſt Eſſentialis ⁊
primaria qualis p̃deſcripta ẽ. Altera ẽ ꝑ-
ticipata ſeu diuinata in creatura rationa
li et attributiue dicta que ſic deſcribitur a

Cancel. Iuſticia participata ẽ habi⁹ con-
formis diuine iuſticie eiuſqꝫ imitatiu⁹ ꝑ
participationẽ. quo habitu inclinatur ha
bens eam reddere vnicuiqꝫ qđ ſuum eſt.
ita ꝙ ius ẽ velut actus eius vel vſus vł ef
fectus vel titulus talis iuſticie. Rurſus h̃
iuſtitia pticipatiue accepta. Quedã eſt iu
ſticia originalis de qua ſupra dictum eſt.
Quedã ẽ iuſticia regni celeſtis vt ibi pri-
mũ querite regnũ dei ⁊ iuſticiam eius: Et
hec duplex Quedã gratie gratũfacientis
Alia glorie beatificãtis. Altera ẽ iuſti-
cia gratie nõ gratificãtis q̃ in mẽbra plu-
ra ſecernit̃. maxime in ciuilem iuſticiaꝫ et
politicam. tam Canonicã q̃ꝫ legalẽ. Lega
lis ẽ omnis virt⁹. ſicut charitas ẽ tota lex
xp̄i. De legali nunc dictũ ẽ conſideratio-
ne prima. De ciuili ⁊ politica dictuꝫ eſt. j.
tra. c. xlv. de lege humana ⁊ ciuili. Pre
dicta tamẽ deſcriptio Iuſticie quã theo-
logi iuſticie diuine attribuũt. Iuriſperite
etiã de iuſticia pticipata ẜm qđ conſiſtit
in opationibus ad alterum exponunt ſic
Iuſticia ẽ perpetua et conſtans volũtas
ius ſuum vnicuiqꝫ tribuens. Volũtas ibi
nominat actũ nõ potentiam anime. ſolẽt
eñ habitus virtutũ diffiniri ꝑ actus. Alij
dicunt ꝙ potentia voluntatis pro habitu
ponitur. Unde iuſticia dicit̃ volũtas id ẽ
voluntatis habitus. Perpetua deſig̃t ibi
ꝙ homo habeat ꝓpoſitum ꝑpetue ⁊ i om
nibus iuſticiam conſeruãdi. Conſtãs v̾o
deſignat qđ oportet ꝙ in huiuſmodi ꝓpo
ſito firmiter perſeueret. Ius ſuuꝫ vnicui
qꝫ triguens deſignat actum iuſticie ꝑ cõ-
parationem ad ꝓpriam materiam et obie
ctum. Aliquãdo eñ ponit̃ nomen actus
ꝓ habitu qui per actum ſpecificatur. Ha
bitus eñ cognoſcitur per actum. obiectũ
eñ iuſticie eſt ius. Dicit ei Iſidorus in li
bro Ethi. Ius dictum eſt quia iuſtuꝫ eſt
Iuſtum eſt autẽ obiectum iuſticie. In di
cta autem diffinitione Ius ponit̃ ꝓ re iu
ſta ſiue iuſto. Si quis autem dictã dif-
finitionẽ vellet reducere ad debitam for-
mã dicere poterit ꝙ iuſticia eſt habit⁹ ẜm

quē aliq̄s conſtanti et ꝑpetua voluntate:
ius ſuū vnicuiq; tribuit: deo religionem
parentibus obedientiā. maiorib⁹ reuerē-
tiam. paribus ꝯcordiā. minorib⁹ diſcipli
nā. ſibiipſi caſtimoniā. Et paupib⁹ ſeu mi
ſeris cōpaſſionē operoſam. Predicta diſ
finitio iuſticie ē quaſi eadē cū illa quā po
nit phs. v. Ethi. dicēs ꝙ iuſticia ē habit⁹.
ſm quē aliq̄s dr̄ opatiuus ſm electionez
iuſti. Omnē em̄ talē habitū voluit dicere
phs iuſticiam a quo ſunt opationes iuſti

C Conſiderandum tercio ꝙ iuſticie ſunt
duo actus Unus principalis ⁊ ē reddere
vnicuiq; qd̓ ſuū ē vt dictū ē. Secūd⁹ act⁹
eſt iudicare ſeu iudicium qd̓ importat de
terminationē vel diffinitionē iuſti vel iu-
ris. Pmus actus ptinet ad iuſticiā in exe-
quēdo. Secūdus in inſinuando ⁊ diffini-
endo. Qz autem iudex aliquis bene diffi-
niat in opibus virtuoſis. ꝓcedit ex habi-
tu virtutis ⁊ iđo iudiciū pertinet ad iuſti
ciam. Ad iudiciū em̄ actū. ſ. iuſticie tria
requirunt̄. Pmū ꝙ ꝓferatur ſm rectā ra
tionē prudentie ⁊ rectitudinē eius. Iudi
ciū em̄ ē actus iuſticie ſicut inclinātis ad
recte iudicandū. Prudētie vo ſicut dictā
tis ⁊ ꝓferentis iudiciū. Cui opponitur
Iudiciū ſuſpicioſum vel temerarium qd̓
fit quādo deeſt certitudo rationis. Qd̓
ꝯuenit quadrupliciter. Primo ex longa
experiencia. Unde ſenes ſunt maxime ſu
ſpicioſi. Secundo quando q̄s ex leuibus
ſignis de bonitate alicuius incipit dubita
re. Tercio quādo q̄s ꝓ certo maliciā al-
terius exiſtimat ꝓ leuib⁹ indicijs. Quar-
to cū aliq̄s iudex ex ſuſpitione ꝓcedit ad
aliquē condemnādū. Scđo requirit̄ ad
iudiciū ꝙ ꝓcedit ex determinatione iuſti
cie ſm rectitudinē eius Cui opponitur
Iudiciū ꝑuerſum vel iniuſtū qd̓ fit ꝯtra
rectitudinē iuſticie. Tercio req̄ritur ꝙ
iudiciū ꝓcedat ex auctoritate ꝓſidētis cui
opponit̄ Uſurpatum qn̄ q̄s iudicat in q̄
bus nō habet auctoritatē Uſurpare em̄ ē
aliq̄d contra rationē ius vſum vel cōſue-
tudinem rapere inuadere vel preſumere.

Conſiderandū quarto ꝙ iuſticie non
opponunt̄ duo vicia ſm exceſſum ⁊ defe
ctum veluti ceteris v̓tutibus cardinalib⁹
ſ; duntaxat vnū viciū opponit̄ ei ſcz In
iuſticia. Que duplex ē. Una ē illegalis
oppoſita iuſticie legali. Et hec ſm eſſenci
am ē vicium ſpeciale inquātū reſpicit ob
iectum ſpeciale. ſ. bonum cōmune qd̓ cō-
temnit ſ; q̄ ad occaſionem ē viciū genera
le. q2 ꝑ cōtemptū boni cōmunis pt homo
ad omnia peccata deduci. ſic etiā om̄ia vi
cia inq̄ntū ſunt contra bonū cōmune ha-
bent rationē iniuſticie quaſi ab iniuſticia
deriuata. ſicut ſupra dictū eſt de iuſticia.
Alio mō dicit̄ iniuſticia ſm inequalitatē
quandā ad alteꝝ. ꝓut. ſ. homo vult pl⁹ ha
bere de bonis vt de diuitijs ⁊ honoribus
⁊ minus de labori⁹ ⁊ damnis. Et ſic ha
bet materiam ſpecialē ⁊ ē vicium ſpecia-
le ſiue ꝑticulare. oppoſitū iuſticie ꝑticula
ri. ¶ De partibus iuſticie. Q2tū ad ſecū
dū principale huius capituli Conſiderā-
dū ꝙ iuſticia ꝓut ē virtus ſpecialis diſtin
cta a ceteris ſe habet vt totū integrale: vt
ſic eius partes ſunt declinare a malo ⁊ fa
cere bonū. Eſt etiam totuz vniuerſale. ſic
ꝑtes eius ſubiectiue (q̄ ſūt eius ſpecies)
ſunt iuſticia cōmutatiua ⁊ iuſticia diſtri-
butiua. Eſt etiam iuſticia totum potenti-
ale. Et ſic partes eius ſunt virtutes q̄ di-
cuntur annexe videlicz religio. pietas. ob
ſeruantia ad quam pertinet obedientia.
diſciplina equitas. gratia ſiue gratitudo.
Uindicatio ad quam pertinet penitentia
Ueritas ad quam pertinet fidelitas. libe
ralitas ad quā pertinet miſericordia. ami
cicia ſiue affabilitas Epikeya.

D De ptibus iuſticie.

¶ De partibus integralibus iuſticie fa-
cere bonum ⁊ declinare a malo ſunt due
partes iuſticie itegrales. ſm ꝙ dicitur in
pš. xxxiij. Declinare a malo ⁊ fac bonum.
Quibus opponuntur trāſgreſſio ⁊ omiſ-
ſio vt dicetur. Sciendum de partibus in
tegralibus iuſticie ꝙ cum ſit iuſticia gene
ralis ⁊ iuſticia ſpecialis. vt ſupra dictū ē.
Ad iuſticiam generalē pertinet facere bo
num debitū in ordine ad cōmunitatē vel
ad deū. Et vitare malū oppoſitum. ſ. cō-
munitati vel deo. Sed iuſticia ꝓut eſt vir
tus ſpecialis reſpicit bonum ſub ratione
debiti ad ꝓximū. Et ſm hoc ad iuſticiaz
ꝑtinet ſpecialem. facere bonum ſub ratio
ne debiti in compatione ad ꝓximum. Et
vitare malū oppoſitum qd̓ eſt nociuum
ꝓximo. Ad iuſticiam em̄ ꝑtinet equalita
tem conſtituere in his que ſunt ad alterū
Eiuſdem aūt eſt conſtituere aliquid ⁊ il-
lud conſtitutū ſeruare. Conſtituit aūt eq̄
litatem iuſticie in faciendo bonum. i. red-
dendo alteri qd̓ ſibi debet̄. Cōſeruat aūt
equalitatē iuſticie iam cōſtitute declinan
do a malo. i. nullum nocumentū ꝓximo
inferendo.

De partibus integralibus iuſticie.

Innocentia

Innocentia puritas animi
iniurie omnē collationē abhorrens: q̄ vir
tute (vt dicunt phi) dij placant̄: pars eſt
iuſticie integralis. ſm. s. Tho. Illi⁹ vicz
q̄ eſt declinare a malo. Unde de ipſa plu
ries fit mentio in pš. Innocentes et recti
adheſerunt mihi. Et iterum. Innocens
manibus ⁊c̃. Quatuor aūt ad ipſam ꝑ
tinent. Primū eſt deteſtari crimina. vnđ
pſalmiſta cum dixit. Iudica me qm̄ ir in
nocentia ingreſſus ſum. Ipſe dicit. Ini-
quos odio habui. Scđm eſt neminē lede
re. Un̄ Aug. vera innocentia eſt que nec
ſibi nec alteri nocet. Terciū ē punire ma-
los ſi habet poteſtatem. ꝑtinet ergo ad in
nocentiam nō ſolum nemini malū infer-
re. ſed ⁊ cohibere a peccato ⁊ punire pec
catum. xxiij. q. v. Non eſt. Non fuit ergo
Pilatus innocens q̄uis dixerit. Inno-
cens ſum a ſanguine hui⁹. Math. xxvij.
Quia potuit iudeos cohibere a malicia
eoꝝ ⁊ non fecit. Quartuz eſt nō iudicare
de hominib⁹ in dubijs in malā ꝑtem ſed
in bonā. Un̄ ambro. Innocens credit oi
verbo. Non vituperanda facilitas ſ; cō-
mendanda bonitas. Item facere bonū
eſt actus completiuus iuſticie. Cui oppo
nitur Omiſſio que ꝓprie dicitur quando
quis facit contra preceptum affirmatiuū
quod pertinet ad facere bonuz. Affirma
tiua enim precepta non obligant ad ſem
per ſed ad tempus determinatum ⁊ pro
illo tempore quo quis debet aliquid fa-
cere ⁊ non facit peccatum omiſſionis eſſe
incipit Declinare vo a malo eſt actus im
perfectior. et pars ſecundaria iuſticie. et
tunc eſt actus meritorius cum quis im-
pugnatur vt malum faciat ⁊ reſiſtit Cui
opponit̄ Tranſgreſſio que ꝓprie dicitur
ex eo ꝙ aliquis agit contra preceptuz ne
gatiuum qd̓ pertinet ad declinandum a
malo Aliquando tn̄ tranſgreſſio large ſu
mitur ꝓ omni peccato includendo etiaz
cōmiſſionem: ſic ſumit Ambro. diffinien-
do peccatum ꝙ eſt tranſgreſſio legis di-
uine ⁊c̃.

E De ptib⁹ ſubiectiuis iuſticie.

¶ De ꝑtibus ſubiectiuis iuſticie.
Iuſticia particularis de qua eſt hic ad
ꝓpoſitum reſpicit aliquā ꝑſonam priua-
tam q̄ comparat̄ ad cōmunitatem ſicut
pars ad totum. Poteſt autem duplex or
do attendi ad aliquā ꝑtem. Unus q̄dem
partis ad ꝑtem: cui ſimilis eſt ordo vni⁹
priuate perſone ad aliam. Et hunc ordi-
nem habet dirigere q̄daz iuſticia q̄ a pho
v. ethi. dicit̄ Cōmutatiua q̄ cōſiſtit in his
q̄ ꝑ quandā cōmutationē hn̄t fieri int̄ du
as ꝑſonas ſingulares ad inuicem. vt pa-
tet in emptionibus venditionibus locati
onibus ⁊ quibuſcunq; alijs pactionibus
interuenientibus inter vnū ⁊ alterū. Ali-
us ordo attenditur totius ad ꝑtes. Cui ſi
milis eſt ordo loycalis cōmunis: vel ali-
cuius ꝓncipis vicem cōmunitatis geren
tis ad ſingulares ꝑſonas. Et hunc ordi-
nem habet dirigere quedam alia iuſticia
que dr̄ Diſtributiua. ꝑ quā cōmunia di-
ſtribuunt̄ vt honores ⁊ hmōi vt expedit
vnicuiq; iuxta ꝓpriam dignitatem. debet
ergo q̄ ꝑeſt cōitati diligent̄ attendere cō-
ditiones ꝑſonaꝝ ⁊ diligenter diſtribuere
vt ſicut vna ꝑſona aliam excedit. Ita eti
am illud qd̓ vni tribuit̄ debet excedere il
lud qd̓ alteri exhibet̄. Nō em̄ equalibus
honorib⁹ honorandi ſunt plebei ⁊ opti-
mates. de his duabus ꝑtibus iuſticie ſub
iectiuis habitū eſt ſupra ca. xvj. circa ꝑn-
cipium. Actus iuſticie cōmutatiue eſt

Cōmutatiua

Diſtributiua

Reſtitutio. ¶Reſtitutio. Reſtituere em̄ ē iterato ſta
tuere aliqđ in poſſeſſionē vl' dominiū rei
ſue. Et ita attendit̄ ibi equalitas iuſticie:
ſcḋm recōpēſationē rei ad rem q̄ ptinet ad
iuſticiā cōmutatiuā. Reſtitutioni oppo-
nit̄ Retētio rei aliene. vnde damnificās
aliquē in bonis corpis: in bonis anie (vi-
delʒ ſcandalo) in bonis fame: in bonis di
uitiaꝝ tenet̄ ad reſtitutionē. Reſtitutio
em̄ eſt act⁹ iuſticie cōmutatiue: ad obſer-
uandā aūt iuſticiā oīs tenent̄. Qualiter
aūt aliena res reſtituat̄ doctores luculen
ter in ſummis ſuis edocent. De vicijs
oppoſitis iuſticie ſpecieb⁹ nūc cōſideran
dū eſt. Et primo de vicio qđ opponit̄ iu-
ſticie diſtributiue. vicʒ de pſonaꝝ accep-
tione. Scđo de vicijs oppoſitꝭ iuſticie cō
mutatiue. Perſonarū acceptio ꝛ genera
liter oīs pmotiones indigne ꝛ intruſio
nes in officijs reipublice ꝛ bn̄ficijs eccle
opponunt̄ iuſticie diſtributiue. Cui⁹ eq̄li
tas cōſiſtit ꝙ diuerſis pſonis diuerſa tri-
buunt̄ ſcḋm ꝓportionē ad dignitatē pſona
rū. Si aliq̄s cōſiderat ꝓprietatē pſone p
quā illud qđ ei cōfert̄ eſt ei debitū nō erit
acceptione pſone ſ; tm̄ cauſe. vt ſi q̄s ali-
quē pmoueat in magiſtrū ꝓpt̄ ſufficiētiā
hic attendit debitā cauſam nō pſonā. Si
v̄o q̄s cōſiderat tm̄ hoc ꝙ eſt ille hō. ſ. pe
trus vel marcus erit acceptio pſone. Ad
pſonā em̄ refert̄ quelibet cōditio non fa-
ciens ad cām ꝓpt̄ quā ſit dign⁹ hō tali do
no. Vn̄ acceptio pſone ſcḋʒ Alex. ſic deſcri
bit̄. Eſt iniuſticia q̄ p̄fert̄ pſona pſone, p
F pter indebitā cauſam. Vicia oppoſita
iuſticie cōmutatiue. Quedā cōmittuntur
circa cōmutatiōes inuolūtarias. Quedā
circa cōmutatiōes voluntarias. Circa
cōmutatiōes inuolūtarias puta p hoc ꝙ
aliqđ nocumentuʒ infert̄ ꝓximo contra
voluntatem eius. Qđ q̄dem pōt fieri
dupliciť. ſ. facto ꝛ verbo. Facto cū proxi-
mus ledit̄ in pſona vel in rebus. Si in p
ſona ſic viciū hʒ quinq; nomina. ſ. homi-
cidium mutilatio membroꝝ: verberatio:
incarceratio. quilibet dolor afficiens ſen-

ſum. In rebus ledit̄ ꝓxim⁹ p furtū ꝛ ra-
pinā. Verbo aūt ledit̄ ꝓxim⁹ in iudicio
ꝛ extra iudiciū. In iudicio p falſum teſti
moniū ꝛ iniquū iudiciū. Extra iudiciū fit
ꝓximo nocumentū p verba multis mo-
dis. ſ. cōtumelia. detractione: ſuſurratiōe
deriſione: maledictione. Gratia hui⁹ dicē
dum eſt de multiloquio. Et q: ore nō tm̄
q̄s peccat in loquendo ſ; etiā in tacendo
Dicendū eſt vltimo de taciturnitate. Vi
cia oppoſita iuſticie cōmutatiue q̄ ſiūt cir
ca cōmutatiōes voluntarias ſiunt in em
ptiōib⁹: in venditionib⁹: in mutuis. ſ. vſu
ra ꝛ fraude: in temporalib⁹: Simonia et
giezia in ſpūalibus. de q̄bus hic dicendū
eſt p ſingula breuiter. Homicidiū infe-
rens ꝓximo nocumentū in pſona oppo-
nit̄ iuſticie cōmutatiue. Et ꝓhibet̄ q̄nto
p̄cepto decalogi. ſ. non occides. Eſt autē
homicidiū hoīs ab homine facta occiſio.
Prohibet̄ aūt hoīem occidi ab hoīe inq̄n-
tum ab homine ſiue vt eſt hō. nō aūt ab
hoīe vt a lege ſiue vt eſt legis miniſter. dū
modo nō deſit iuſtus ordo: iuſta cauſa iu
ſtus anim⁹. vn̄ nō ꝓhibet̄ occiſio iuſta ſ;
iniuſta. Eſt aūt iniuſta ſi deſit aliqđ p̄di-
ctoꝝ triū. Deeſt aūt iuſta cauſa: cū aliq̄s
ſine demerito occidit̄. Deeſt ordo iuſtus
cū occidit ille q̄ nō eſt miniſter legis. De
eſt iuſtus anim⁹ cum iudex occidit libidi
ne vindicte nō amore iuſticie. Mutila
tio membroꝝ: verberatio: Incarceratio.
dolor quilibet afficiens ſenſum. ꝛ qđlibet
aliud p qđ motus ꝛ vſus mēbroꝝ p̄pedi
tur ꝛ oīs alie iniurie q̄ cōmittunt̄ in pſo
nā ꝓximi: opponunt̄ iuſticie cōmutatiue
Dūmō deſit iuſtus ordo: iuſta cauſa: iu-
ſtus anim⁹: put dictū eſt nunc de homi-
cidio. Si aūt dicta inferant̄ ſcḋm ordinem
diuine iuſticie aut in penā: aut in cautelā
alicui⁹ mali vitandi. Tūc hmōi act⁹ elici
unt̄ a iuſticia (que reddēdo vnicuiq; qđ
ſuum eſt) virtuoſis dat premia: iniquos
morib⁹ punit ꝛ corrigit. Poſſunt ꝛ p̄di-
cta nocumenta cōmitti in pſona coniun-
cta. in vxore vicʒ: filijs in p̄lato: in pncipe



ꝛ ſic de alijs. Furtum inferens ꝓximo
nocumentū in rebus opponit̄ iuſticie di-
ſtributiue. Vn̄ furtū ē ꝯtrectatio rei alie-
ne: ignorante dn̄o cōtra ſuā voluntatem.
Et diſtinguit̄ furtum ab vſura ꝛ rapina.
Rapina em̄ eſt ꝯtrectatio rei aliene ſciē-
te dn̄o contra eius voluntatē. Vſura eſt
cōtrectatio rei aliene ſciēte dn̄o cōtra ei⁹
voluntatē abſolutā: ſ; nō cōtra omnimo-
dā voluntatē. Sunt aūt furtum ꝛ rapina
vicia ſpecie differentia: ſcḋm phm̄. v. ethic.
Licʒ em̄ habeant eundē finem remotum
ſcʒ habere aliena. habent tm̄ diuerſos fi-
nes ꝓximos. q: Raptor vult habere per
ptātem ꝓpriam. Fur p aſtutiā. Dicit̄ aūt
furtum a furuo. i. nigro vel obſcuro. quia
clam vel obſcure ꝛ plerunq; de nocte fit.
pōt etiam dici a furno in quo fur plerūq;
latet. Falſum teſtimoniū v̄bo menda-
ci ledens ꝓximū in iudicio opponit̄ iuſti
cie cōmutatiue. Teſtimoniū em̄ eſt ſmo
apud iudicem ne erret in iudicando. Cui
ſi addat̄ falſitas ex pte dicentis q̄ atten-
dit̄ in mendacio eſt peccatū mortale. Ha
bet em̄ diffomitatem. tn̄ ex pte periurij.
q: teſtes nō admittunt̄ niſi iurati. tum ex
pte falſitatis ſcḋm ꝙ oīne tale eſt mendaci
um. Vn̄ falſuʒ teſtimoniū eſt ſmo falſus
ꝓlatus ad iuſticiam impediendā. Ini-
quū iudiciū ledens ꝓximū opponit̄ Iu-
ſticie cōmutatiue. Et eſt triplex. ſ. iudiciū
ſuſpicioſum ꝑuerſum ꝛ vſurpatū. De q̄
G ſupra dictum eſt. vbi dicit̄ de actib⁹ iuſti-
ſticie. Conſeq̄nter dicendū eſt de vicijs
oppoſitis iuſticie quib⁹ offendit̄ ꝓxim⁹
in verbis extra iudiciū ꝛ p̄mo de cōtume
lia. Cōtumelia ꝓprie loquendo impor-
tat dehonorationē alicui⁹. ſ. illā q̄ cōſiſtit
in hoc ꝙ aliq̄s illud qđ eſt cōtra honorē
alicuius deducit in noticiā eius ꝛ alioꝝ
p verba. Vn̄ Iſiđ. li. ethi. Cōtumelioſus
dicit̄ aliq̄s q̄ velox eſt ꝛ tumet verba in-
iurie. Vn̄ cōtumelia ſcḋm Alex. deſcribit̄.
Cōtumelia eſt peccatū improperio ſmo-
nis manifeſte tendens in nocumentū ꝓ-
ximi. Extenſo tn̄ nomine. Cōtumelia etiā

in factis dicit̄ eſſe q: p facta ſignificat̄ ali
quid. Vn̄ ſup illud ad Ro. j. Cōtumelio-
ſos ſupbos. dicit glo. Cōtumelioſi ſunt q̄
dictis aut factis cōtumelias ꝛ turpia in-
ferunt. Cōueniūt tn̄ ꝛ differunt Conui
ciū Improperiū ꝛ ꝯtumelia. Cōſiſtūt em̄
pncipaliter in verbis q: per illa omnia re
pn̄tant̄ defectus alicui⁹ in detrimentum
honoris eius. Hmōi aūt defectus eſt du-
plex. ſ. defectus culpe q̄ repreſentat̄ p cō
uiciū. q: conuiciū dici cōſueuit nō tm̄ ani
me ſed etiā corporis. Vn̄ ſi q̄s iniurioſe
dicat alicui eum eſſe cecū. Cōuicium di-
cit ſ; nō cōtumeliā. Dicit̄ aūt cōuicium a
a cōuicior aris. qđ componit̄ a con ꝛ vi-
cio as. inde cōuiciū. i. vituperiū. q: p cōui
cium repn̄tat̄ generaliter defectus culpe
rōne anime: ꝛ pene rōne defect⁹ alicui⁹
in corpore. Si aūt q̄s dicat ꝙ ſit fur. non
tm̄ cōuiciū ſed ꝛ cōtumeliā dicit. Scđs
defectus eſt minoratiōis ſiue indigentie.
Et h̄ repn̄tat̄ p improperiū. qn̄. ſ. aliq̄s in
iurioſe reducit ad memoriā auxiliū quod
cōtulit ei neceſſitatē patienti qđ eſt cōtra
honorem eius. Vn̄ eccl. xx. Exigua dabit
ꝛ multa improperabit. Improperiū em̄
dicit̄ ab impropero as. qđ componit̄ ex
in ꝛ ꝓpero ras. et eſt improperiū dedec⁹
vel iniuria vt patuit. Vn̄ dicit̄ Jacobi. j.
Qui dat omnib⁹ abundant̄ ꝛ nō impro-
perat. Q: deus dat eſt bonitatis Q: om
nibus cōmunitatis dat abundant̄ largi-
tatis. Q: nō improperat eſt ſumme cha-
ritatis. Detractio eſt aliene fame p ver
ba occulta denigratio. Qui em̄ v̄ba pro-
fert cōtra aliquē in occulto q̄tum in ſe ē
audientes facit habere malā opinionem
de eo cōtra quem loquit̄. Vn̄ dicit̄ detra
ctio quaſi ſubſtratio de fama alicui⁹. per
hoc qđ dicit̄ in dicta deſcriptione p ver-
ba occulta: Differt detractio a contume-
lia. quia contumelioſus loquit̄ cōtra ali
quem manifeſte ꝛ derogat honori. Detra
ctor occulte ꝛ derogat fame. Cōmitt̄
autem detractio vt dicit. s. Bona. in ce n
tiloquio ſex modis. videlʒ cum bonū ne-

gamꝰ qđ nouimꝰ eſſe factū. vel cū tacemꝰ ne fiat alijs manifeſtū: vel cū ꝑuertimus dicendo illud malū intentiōe eſſe factum Item malū occultū reuelādo in caſu nō cōceſſo vel augmentando dicendo maiꝰ eſſe ꝙ ſit vel ad inueniēdo mēdacit malū qđ factū nō fuit. Tenet aūt detractor ad reſtitutōꝫ bone fame quā abſtulit. Maiꝰ em̄ bonū aufert detractor ꝙ raptor: ⁊ nō dimittit pctm̄ niſi reſtituat ablatū. Suſurratio conuenit cū detractiōe in materia ⁊ in forma. ſ. mō loquendi. qꝛ ꝑ vtrūq ꝙ viciū dicit de aliquo malū in occulto. ꝓpter qđ aliqn̄ vnū ponit ꝓ altero. vnde Eccli. v. Nō appelleris ſuſurro. Differūt aūt in fine. qꝛ detractor intendit denigrare famā Suſurrator aūt intendit amiciciam ſepare. Vn̄ ſup illud Ro. j. Suſurrones detractores. Glo. Suſurrones inter amicos diſcordiā ſeminantes. Dicit aūt ſuſurratio a ſuſurro as. aui. are. id ē murmurare aliqd in aure alicuiꝰ latent dicere. Et eſt verbū ficticiū de ſono locutiōis dictū. Criminator aūt differt ab vtroqꝫ ⁊ eſt qui publice crimen alicui imponit. ſ. accuſando: ꝯuiciando qđ nō ꝑtinet ad illos. Bilinguis aūt dicit ſuſurro q̄ nititur amicos ab inuicē ſeparare. iō vtit duabꝰ linguis dicēs vni malū de alio. Deriſio: illuſio ſiue ſubſannatio ſpāle eſt viciū q̄bus ꝑverba ꝓximus ledit. finis em̄ eius eſt cōfuſio vel erubeſcentia illiꝰ qui deridet. Sicut aūt cōuicians intendit depreſſionē detrahens infamiā: ⁊ ſuſurrās diſcordiam: ſic deridens erubeſcentiā. in fine aūt cōuenit deriſio cum ſubſannatione: qꝛ deriſio habet fieri ore ṽbo ⁊ cachinnis. i. riſibus. ꝑ que defectus ſiue malum alterius reputat vt paruū ⁊ vertit in ludum. Subſannatio aūt fit naſo rugato: vt dicit Glo. ſup illud pš. Qui habitat in celis irridebit eos. Talis aūt differentia non variat ſpēm. Dicit aūt ſubſannatio ſm̄ Papiam a ſubſanno as. ꝑ m ⁊ n. qđ componit a ſanno as. i. deridere. qđ non eſt in vſu. Dicit aūt ſubſannatio fruncatio naris. vel os diſtortum cum vultu. qꝛ

cum deridemus ⁊ os ſolemus diſtorquere ⁊ naſum fruncare ſeu rugare. Maledictio eſt imp̄catio ſeu appetitio alicuius mali contra aliquē ꝑ verba exp̄ſſa: q̄ cōmuniter ꝓcedit ab ira. Scđm aūt ſan. Bona. in centiloquio. Maledictio ſiue maledictum quadrupliciter variat. Eſt em̄ maledictū ſurreptionis. de qua dicit Aug. Si em̄ cum om̄i facilitate maledixi mus ad minima peccata ꝑtinet Laſciuie eſt cum alicui nō ex animo maledicimus de quo dicit hiero. Qui negligit oris maledicti reſecare cōſuetudinē ⁊ ſi non corde maledicat immundiciā tn̄ labiorum ⁊ oris inquinamentū incurrit. Eſt et maledictum odij qđ ex malo corde ꝓcedit zelo vindicte. Quartū eſt maledictum iuſticie qđ ex charitate ꝓcedit. ſ. cū alicui amico noſtro maledicimꝰ ad eius correctiōꝫ De his duobus vltimis dicit Greg. Scriptura ſacra duobꝰ modis maledictū cōmēorat: aliđ qđ approbat: aliud qđ cōdēnat. Aliter em̄ ꝓfert amore iuſticie: alit liuore vindicte. Amore iuſticie iudex licite maledicit illum cui p̄cipit iuſtam penā inferre. Sic eccleſia maledicit anathematiſando ſub rōne boni intendendo bonū emendationis. Sic ſanctus Franciſcꝰ zelo religionis (vt dicit ſanctus Bona. in legenda maiori) maledixit dantes malum exemplum in ordine ſuo: dicens. A te ſanctiſſime dn̄e ⁊ a tota celeſti curia. et a me ꝑuulo tuo ſint illi fratres maledicti q̄ ſuo malo exemplo cōfundunt ⁊ deſtruunt qđ ꝑ ſanctos fratres huiꝰ ordinis edificaſti ⁊ edificare non ceſſas. Que qꝛ maledictio tanta deliberatione data eſt. quare credendum eſt a deo ſic eſſe ſancitū in celo quod a beato Franciſco ſic prolatum eſt in mundo. Multiloquium ſm̄ Alex. eſt multitudo locutionis cum ſuperfluitate: vel preter vtilitatem vel neceſſitatem. Et ſm̄ hoc multiloquium eſt peccatum. Vnde Prouerb. x. In multiloquio peccatum non deerit. Non autem accipitur hic multiloquium in ſua generalitate in qua poteſt fieri bene ⁊ male. opor



tet autem multis ſermonibus vti in difficilibus declarandis. Sciendū tamē ꝙ aliud eſt ꝓprie multiloquiū ⁊ aliud verboſitas ſeu Linguoſitas. Verboſitas em̄ ſonat in contemptū ꝓuenientē ex conſuetudine ſuꝑflue ⁊ inordinate locutionis. multiloquiū vero non determinat tantū quātū verboſitas ſeu linguoſitas ſed ſtat i genere. Taciturnitas et quoniā ore non tm̄ quis peccat multiloquio in loquendo ſed etiam in tacendo. Dicenduꝫ eſt de taciturnitate. Vnde ſciendū ꝙ tacere aliqn̄ eſt actus virtutis vt dicit Gregorius. Os diſcretū ⁊ cōgruo tp̄e vox aperit ⁊ rurſuꝫ congruo tempe taciturnitas claudit Aliquando vero eſt nomen vicij vn̄ Grego. Immoderatum ſilentiū ſi culpa nō eſſet: ꝓpheta nō dixiſſet ve mihi qꝛ tacui. Si vero querit in quo genere peccati ſit: Rn̄det ꝙ in genere delicti. Tacere enim nihil aliud ē ꝙ nō loqui in eo q̄ poteſt ꝓ tēpore loqui. ⁊ loco ⁊ alijs circūſtantijs obſeruatis. Vnde cum quis tenet loq̄ et nō loquit peccat peccato delicti. Sicut q̄ nō tenet loq̄ ꝓ tempore ⁊ alijs circūſtantijs obſeruatis ⁊ loquit tranſgredit ⁊ peccat peccato cōmiſſionis. Nūc vltimo cōſiderandum eſt de vicijs oppoſitis iuſticie cōmutatiue. q̄ cōmittunt circa voluntarias cōmutatiōes. ſ. fraudulētia. vſura. Symonia ⁊ gyeſia. Fraudulētia vt dic. s. Tho. ij. ij. q. lxxvij. cōmittit in emptionibus ⁊ venditionibꝰ. In emptionibꝰ quādo emitur res vilius ꝙ liceat. ⁊ fit in multis caſibus. In venditionibꝰ quādo carius venditur res ꝙ valeat vel qn̄ occultatur vicium in re empta. Plura de iniuſta venditōe. s. Tho. vbi š. ſub quatuor articulis determinat. de quibꝰ nō ē hic dicendū ꝑ ſingula. Cōmutatiue iuſticie contrariant ꝯtractus illiciti. Vſura in tpalibus Simonia ⁊ gyeſia in ſpūalibus. de q̄bus nūc dicendū ē. Vſura ſm̄ s. Tho. vbi ſupra fit in mutuis. Mutuū ē qđ alicui p̄ſentat vt tp̄e ſuo reddat. Et dr̄ quaſi de meo tuū. Vnde eſt nomen compoſitum ex corrupto ⁊ integro. qꝛ quod meuꝫ fuit. matuando tuū facio. Vnde res que ponderant vt argentum. ⁊ q̄ numerantur vt pecunia. ⁊ q̄ menſurant vt frumentuꝫ mutuari poſſunt. Vnde quicquid preter vſum ſorti accidit vel accedit ſm̄ Goffredū Vſura dicit. xiiij. q. iij. Plerīqꝫ. Et addit ip̄e intentione vel pacto p̄cedente. ſola em̄ ſpe vel expectatione vicium vſurarum cōmittit. vnde dicitur Luc. vj. Mutuum dantes ⁊ nihil inde ſperantes vt c. j. ⁊. ca. Conſuluit de vſu. Et hoc cuꝫ principaliter habetur ſpes ⁊ expectatio lucri. Alias ſi ob charitateꝫ moueatur quis ad mutuandum et ſecundario ſperat de aliqua retributione non putatur vicioſum. Argumentū ad hoc. lxj. diſ. Quid proderit. Vnde vſura eſt vbi plus recipitur ꝙ datum ē. Et diffinit ſm̄ Aſonem. Vſura Eſt qđ p̄ter vſum rei ꝯceſſe datur. Dr̄ nominanter cōceſſe qđ valet idem qđ dare vel mutuare. Vnde vſura dicit ab vſu. et es eris quaſi vſuera. i. vſu eris data. ſ. pecunie. Cū noīe pecunie quicq̄d homines habēt ꝯtineat. j. q. iij. totum. Symonia vt dicit. s. Bonauē. in Centiloq̄o ⁊ etiā goffre. eſt ſtudioſa cupiditas vl' volūtas emēdi vl' vendendi ſpūale vel ſpirituali annexum. Et dr̄ a Symone mago q̄ fuit p̄mꝰ ſceleris huiꝰ in nouo teſtamēto. Ip̄e em̄ voluit emere gratiam ſpūſſancti a beato Petro Actuum. viij. Sicut ⁊ Gyeſia dicitur a Gyeſi qui in veteri teſtamento voluit gratiam ſanitatis vendere Naaman Syro. vt dicitur. iiij. Regū. v. Vnde Symoniacus dicitur ꝓprie emptor ſpiritualiū. & Gyeziticus vēditor eorundē. j. q. j. q̄ ſtudet. Cōtrahit ſymonia triplr̄ ſm̄ Grego. ſ. munere a manu. qđ ē pecūia munē ab obſeq̄o qđ ē fuitꝰ idebite ip̄enſa. vt ſi quis promittit alicui eccleſiam vt negocium ſuum promoueat. Munere a lingua quod eſt fauor Vnde munus a lingua dicitur vel ipſa laus pertinens ad fauorem vel preces quibus ipſa laus humana acquiritur, vel contrarium vitatur.

Tres aūt ſunt differētie ſymonie mate
riales. Prima ē qñ vendit̃ ſpūale ſicut ſē
eccleſie ſacramēta. Scḋa ē qñ vendit̃ an
nexū ſpūali vt ē ꝓbenda q̄ rōne cōſangui
nitatis ſiue ꝓcij ſiue fauoꝛis dat̃ ⁊ obtine
tur indignē. Tercia eſt quando venditur
ſpirituale ⁊ annexum vt predicatio.

¶ De religione parte ꝑma potentiali iu
ſticie. Capitulū.xxj.

A — De religione pte prima potētiali iuſticie

(i) Uſticia nō ſolū hꝫ partes itegra
les ⁊ ſubiectiuas de quibꝰ dictū ē
capitulo p̄cedenti. verū ⁊ ptes hꝫ
ptes potētiales ſeu ꝟtutes annexas de q̄
bus cū eaꝝ vicijs oppoſitis nūc dicendū
eſt. Uirtutes aūt annexe iuſticie ſūt. re
ligio. pietas obſeruātia. ad quam ptinet
obediētia. diſciplina eq̄tas. Grā ſeu gra
titudo. vindicatio ad quā ptinet peniten
tia. veritas ad quā pertinet fidelitas libe
ralitas. amicicia ſiue affabilitas. De epy
keya (etiā aliqua dicent̃) q̄ nō adiungit̃
iuſticie particulari ſ; legali. De dictis vir
tutibus ꝑmo dicendū eſt generalit̃. ſecun
do de ſingulis ipaꝝ. ꝑ de religione in hoc
capitulo. Secūdo de alijs partibꝰ iuſticie
capitulo ſequēti. Conſiderandū ꝑmo
ꝙ ꝟtutes enumerate iō dicunt̃ ptes potē
tiales qꝛ i aliq̄ cū iuſticia ꝯueniūt ad ple
nā tn̄ rationē iuſticie nō attingūt. Cuꝫ iu
ſticia quidē cōueniūt in hoc qꝛ ſunt circa
opationes ad alterū. A pfecta tn̄ ⁊ recta
rōe iuſticie deficiūt in hoc. qꝛ pfecta ratio
iuſticie cōſiſtit in hoc ꝙ alteri reddat̃ ſm
equalitatē. ⁊ in rōe debiti. p̄dictarū autēꝫ
virtutū q̄dā deficiūt a rōe equalis. Que
dā deficiūt a rōe debiti. Sunt eī quedam
ꝟtutes q̄ debitū reddūt ex legis neceſſita
te ſ; nō poſſunt reddere eq̄le. ſ. religio. pie
tas obſuātia ꝑ religionē quidē reddit hō
debitū deo ſ; nō pōt reddere equale. ꝑ pi
etatē etiā reddit hō parentibꝰ ⁊ patrie (q̄
aliq̄ mō ē ꝑncipiū generatiōis) debituꝫ ſ;
nō reddit equale. qꝛ ſm phm. viij. Ethy.
bis honoꝛibꝰ q̄ ad deos ⁊ ad parētes nul
lus ſm dignitatē aliqñ tribuet. ꝑ obſuan
tiā etiā hō reddit virtuoſis dignitateꝫ ſu
pra eū ꝯſtitutis. ⁊ ipm inducentibꝰ ad vir
tutē miniſterio ⁊ exemplo. debitā ex legis
neceſſitate ſ; nō reddit eq̄le. vt vult phus
iiij. Ethycoꝝ. ca. ix. ꝑ alias ꝟtutes vtpote
ꝑ veritatē hō ſe talē exhibet ꝓximo inver
bis ⁊ in factis qualis ē. hoc tn̄ nō dꝫ ꝓxi
mo ex debito ⁊ ex legis neceſſitate. ſ; ex q̄
dā moꝝū honeſtate. Sic etiā grā qua q̄s
recognoſcit vl' recōpenſat bñficia accepta
ſic ⁊ vindicatio qua ꝓpulſat̃ iniuria mo
derate. hoc nō fit ex debito neceſſitatis ſ;
ex quadā moꝝū honeſtate. Aliud ē etiam
debitū neceſſariū ſicut ꝯferēs ad maioꝛē
honeſtatē ſine q̄ tn̄ honeſtas ſuari pt. qḋ
quidē debitū attendit liberalitas ⁊ amici
cia ⁊ alia hmōi. ¶ De religione. Religio
ꝑma ē ps potētialis ⁊ ꝟtus annexa iuſti
cie de qua tria occurrūt vidēda. ꝑmū de
religione ſm ſe ꝯſiderata. ſecundū de eiꝰ
vicijs oppoſitis. Terciū de eius actibus

B — Deri[...]

Conſiderandū ꝑmo. ꝙ religio a tulio
deſcribit̃ ꝙ ē ꝟtus q̄ ſupioꝛis cuiuſdā na
ture quā diuinā vocāt curā cerimoniāqꝫ
affert. In hoc qḋ dicit curā innuit cultuꝫ
interioꝛē mentis q̄ ē deuotio ⁊ oꝛatio. per
hoc qḋ dicit cerimoniā. exterioꝛē cultum
deſignat qḋ ē ſignū iterioꝛis qualis ē ado
ratio que fit coꝛpaliter. vt per genuflexio
nē ꝓſtrationē ⁊ inclinationē. De quibus
infra dicet̃. Dicit̃ eñ Cerimonia cultus
dei exterioꝛ quaſi cereris muniū. id ē offi
ciū. Ceres eñ dicebat̃ antiquitꝰ apḋ gen
tiles dea frugū. eo ꝙ ꝑ ex fructibꝰ oblatio
nes deo fiebāt. Iſid. viij. li. ethi. dicit ꝙ
religio appellata ē qꝛ per eā vni deo reli
gamꝰ aīas nr̄as ad cultū diuinum perpe
tuo vinculo ſeruiendi. hec religatio fit in
ꝑncipio vniuſcuiuſqꝫ religiōis. vt i bapti
ſmo vbi iniciat̃ xp̄iana religio. vl' i ſpecia
libꝰ religionibus cū q̄s obligat̃ ſe ad ea q̄
religionis ſunt. ſm Aug̃. x. de ci. dei. Re
ligio dr̃ a reeligēdo deū quē amiſeramꝰ
negligentes ⁊ ſm hoc religio reſpicere vi
detur ſtatū peccati ⁊ nō ſtatū innocentie.
Deutro. xxvj. Dominū deum elegiſti ho
die vt ſit tibi deus. Et q̄uis oēs qui deū



colunt religioſi dici poſſunt cōiter. Spāli
ter tn̄ dicunt̃ religioſi q̄ vitā ſuā deo de
dicantes a mundanis negocijs ſe abſtra
hunt: vt ſic religio dicit̃ a relegendo qꝛ re
ligioſi frequenter relegunt ⁊ reuoluūt in
coꝛde q̄ dei ſunt. vel dr̄ religio a rigeo es.
eo ꝙ rigida ſit ſenſualitati Et religiōes
approbate ſunt quatuoꝛ. Prima baſilij.
Secunda benedicti. Tercia Auguſtini.
Quarta bti franciſci: vt no. laudu. in cle.
qꝛ regulares. de ſupplen. ne. pre. Sub iſt̃
militant oēs ꝓprie religioſi Exceptis car
thuſienſibꝰ q̄ habent ſua ſtatuta. Con
ſiderandū etiā ſm Aug. decimo de ci. dei
Latria. — Religio latine greco vocabulo dicit̃ La
tria. Uñ dicit ibidem ꝙ cultꝰ deo debitꝰ
quatuoꝛ nominibꝰ nominat̃ duobꝰ apḋ
grecos ⁊ duobꝰ apud latinos. Apud gre
Theoſebia. — cos dicit̃ latria ⁊ Theoſebia. a theos qḋ
eſt deꝰ ⁊ ſebes pietas: quaſi dei cultus ⁊
diuina pietas. Poterit ⁊ dici apud gre
Euſebia — cos tercio vocabulo Euſebia ab eu qḋ ē
bonum ⁊ ſebes pietas ſeu cultus. quaſi
bonus cultus. Apud latinos dr̄ religio ⁊
Pietas — Pietas. id eſt religioſitas. ita ꝙ hec duo
nomina latina coꝛreſpondent prioꝛibus
nominibus grecis Licꝫ quodāmō ſint in
plus q̄tum ad modū conſuetuꝫ vt infra
dicet̃ de pietate. Sic ergo latria idem eſt
qḋ religio. Unde latria ſic deſcribit̃. La
tria eſt cultꝰ deo debitꝰ ⁊ exhibitꝰ. vel ſic
Latria eſt voluntas impendendi deo cul
tū debitū. Cōſiderandū etiā ꝙ differt
latria ⁊ theoſebia. lꝫ freq̄nter ſumant̃ ꝓ
eadē. Nā theoſebia ꝓprie reſpicit cultuꝫ
interioꝛē q̄ ptinet ꝓprie ad virtutes theo
logicas. Sꝫ latria reſpicit cultū exterioꝛē
q̄ ptinet ad iuſticiā. Latria eñ grece dici
tur cultus latine. Si aūt latria reſpiceret
cultū interioꝛē ꝑncipalit̃. Cū ille cōſiſtat
in credendo ſperando ⁊ diligendo deū vt
dicit Aug. in Enchi. ꝙ fide: ſpe ⁊ charita
te colit̃ deꝰ. tūc nō eſſet ꝟtus cardinal'. ſ;
theologica: nō tanq̄ ab alijs diſtincta ſꝫ
cōſeq̄ns ad oēs illas. Et ſm hoc pote
rint doctoꝛes cōcoꝛdari Nā q̄daꝫ poñūt
latriā ptem potentionalē ꝟtutis iuſticie.
q̄dam ꝟo tres ꝟtutes theologicas circū
plecti ⁊ vtrūqꝫ pōt vere dici ſm diuerſuꝫ
modū accipiendi. vt dicit. s. Bona. Ad
religionē ptinet Sāctitas. q̄ ſm. s. Tho. — Sanctitas.
ſcḋa ſcḋe. q. lxxxj. eſt eadē ſm eſſentiā cū
religione ſ; differūt rōne. vñ ſanctitas in
ſcriptura impoꝛtat firmitatem: puritateꝫ
⁊ ad dei cultum applicationē. Sic ergo
ſanctitas dicit̃ ꝑ quā mens ſeipſam ⁊ ſu
os actus deo applicat. Religio eñ dr̄ ſm
ꝙ deo exhibet debitū famulatuꝫ in his q̄
ſpāliter ptinent ad cultum diuinū: vt in
ſacrificijs ⁊ oblationibꝰ. Qui ergo volue
rint deo exhibere debitū famulatū debēt
ſe applicare firmit̃. i. ꝑſeuerant̃ ꝑ actꝰ vir
tutum q̄ purificant ⁊ mundant. Mundi
cia eñ ad hoc neceſſaria eſt ꝙ mens deo
applicet̃. qꝛ mens inq̄nat̃ ex hoc ꝙ inferi
oꝛibus rebus iungit̃. Sicut q̄libet res ex
cōmixtione peioꝛis ſoꝛdeſcit. vt argentuꝫ
ex cōmixtione plumbi. Opoꝛtet ergo ꝙ
mens ab inferioꝛibꝰ rebꝰ abſtrahit̃ ꝙ ſu
preme rei poſſit cōiungi. Et ideo mens ſi
ne mundicia deo applicari nō pōt qḋ im
poꝛtat ſanctitas.

C — De vicijs oppoſitis religioni ſiue Latrie.

¶ De vicijs oppoſitis religioni; ſiue La
trie Nunc dicendū eſt. Et ꝑmo de ſupſti
tione. Scḋo de irreligioſitate. Supſticio
viciū eſt contrariū religioni. Sicut eñ ir
religioſitas q̄ cōſiſtit in irreuerentia dei
⁊ rerum ſacrarū opponit̃ religioni ſm de
fectum. ita ſupſticio q̄ impoꝛtat ſupfluuꝫ
id eſt indebitū modū cultus diuini oppo
nit̃ ei ſm exceſſū. Dicit̃ aūt ſupſticio oīs
a ſupſtes. qḋ dr̄ a ſupſto as. id eſt ſupeſſe
vel ſupfluere. Et dicit̃ ſupſticio ſupflua ⁊
vana religio. Et dicit̃ ſic a ſupſtitibꝰ. i. ſe
nibꝰ ſm yſido. q̄ p̄cabant̃ tota die ⁊ imo
labant vt ſibi liberi ſui ſupſtites eſſent. di
cit̃ etiā ſupſtitio a ſupſtitibꝰ ſenibꝰ q̄ mul
tis annis ſupſtites ꝑ etatem delirant ⁊ er
rant q̄dam ſupſtitione: neſcientes que ve
tera colebant. Supſtitionis ergo mul
te ſunt ſpecies. Prima ſpēs ſumit̃ duꝫ
diuinus cultus exhibet̃ deo mō tn̄ inde
bito. Et hoc fit dupliciter. Primo qñ ex
hibet̃ deo cultꝰ ex pte colentis cōtra mo

dū diuina auctoritate ab eccłia cōſtitutū ⁊ in eccłia cōſuetū vñ dicit Ambro. Indignus eſt q̄ aliter celebrat miſteriū q̄ȝ tradidit xp̄s. Scḋo exhibet̃ cultus indebitus deo ex pte rei ſignificate. Et hoc modo tp̄e noue legis pactis xp̄i miſterijs ꝑniciosū eſt vti cerimonijs veteris legis q̄bus xp̄i miſteria figurabant̃ futura: ſicut iudei ſeruant legalia ſm ritum veteris legis. Scḋa ſpēs ſupſtitiōis cōmittit̃. cū cultus diuinus exhibet̃ ei cui nō eſt exhibendus vt creature. Hec ſpēs ſubalterna ſupſtitiōis diuidit̃ in tres ſpēs ſm diuerſos fines diuini cultus. Supſtitōis ſunt tres ſpēs. Ordinat̃ aūt diuinꝰ cultꝰ primo ad reuerentiā deo exhibendū. Et ſm hoc prima ſpēs eſt Ydolatria. Scḋo ad hoc vt homo inſtruat̃ a deo quē colit Contra hoc eſt ſupſtitio diuinatiua ſeu Diuinatio q̄ conſulit demones ꝑ aliqua pacta cū eis inita tacita vel expreſſa. Tercio cultus diuinꝰ ordinat̃ ad quandā directionē actuū humanoꝝ ſm inſtituta dei q̄ colit̃ Contra hoc eſt ſupſtitio q̄ dicitur Obſeruantia q̄ homo nō dirigit actꝰ ſuos ſm inſtitutum dei. ſ ſm dyabolū duȝ ſeruat dies ⁊ Incantationes ⁊ huiuſmōi

D ❡ Prima ſpecies ſupſtitionis diuinū cultum exhibens cui non eſt exhibendus cōtra dei reuerentiā eſt Ydolatria Cū cultꝰ diuinus exhibet̃ creature repreſentate ꝑ aliquā formā ſenſibilem ſeu figurā q̄ dicit̃ ydolū. Ydolū eñ ſm Iſid. dictuȝ eſt ab ydos. ydos āt formā dicit ab ydea tractum. Vñ ydolū dr̄ ſimulacrū repſentatiuum rei exiſtentis vel nō exiſtentis. Et ſꝫ hoc ydolatria dr̄ cum ſimulacrū colit̃. ex cōmuni tñ ꝯſuetudine qua creaturas colebant gentiles ſub quibuſdā imaginibꝰ: impoſitū eſt nomen ydolatrie ad ſignificandū quecūq̄ȝ cultum creature: etiam ſi ſine imaginibꝰ fieret. Diuerſimode tamen cultus diuinꝰ exhibet̃ ydolis. Quidam eñ ꝑ quandā nephariaȝ artem imagines quaſdam fabricabāt q̄ virtute demonum dabant reſponſa ⁊ remedia ſanitatum. vnde putabant in eis eſſe aliq̄d diuinitatis ⁊ ꝑ ꝯñs eis cultum diuinū exhiberi. Et hec fuit opinio Hermetis termegiſti: vt dicit Aug. viij. de ci. dei. Alij vō exhibebant cultū diuinū nō ipſis imaginibus ſ creaturis quarū erant imagies Hoꝝ tñ triplex fuit opinio. Quidā quoſdam homines ꝓpter excellentiam alicuꝰ virtutis vt fortitudnis vel ſcientie vel artis inuentionis putabant eſſe deos: quos ꝑ eoꝝ imagines colebant Sicut Iouem mercuriū. Quidā vō totū mundū exiſtimabant eſſe vnū deū ꝓpter animā mūdi quā deū eſſe credebant. vnde toti mūdo ⁊ omnibus ptibꝰ eiꝰ cultū diuinū exhibebant aque: igni: celo ⁊ his varias fecerunt imagines. Sicut varro dicebat ꝑ ut. s. Aug. recitat in. vij. de ci. dei. Alij vō vt Platonici poſuerunt vnū eſſe deū ſummū cauſam oīm. Poſt quē ponebāt quaſdā ſubſtātias ſpūales a ſummo deo creatas quas deos nominabant ꝑticipatione deitatis. quos nos angelos dicimꝰ Poſt quos dicebant animas celeſtiū corporum. Et ſub his demones quos dicebant animalia aerea. Et ſub eis ponebāt animas hominū. quas ꝑ virtutis meritū ad angeloꝝ vel demonū ſocietatē aſſumi credebant ⁊ oībus his cultum diuinū exhibebant: vt narrat Aug. viij. de ciui. dei. Oīa aūt hec ad ſupſtitionē ydolatrie ꝑtinent.

❡ Secunda ſpecies ſupſtitiōis dicit̃ ſupſtitio diuinatiua ſeu diuinatio. vñ E
diuinatio triplicit̃ accipit̃. Primo ꝓ ſciētia theologie a qua theologi dicunt̃ diuini. Scḋo ꝓ ſcia a deo infuſa. Sic accipit̃ ꝓuer. xvj. Diuinatio in labijs regis. Nā in iudicio nō errauit os eius. Tercio pro ſcientia magica vel ꝓbanatione vel prophetiſatione. q2 falſi ꝓphete ⁊ magi fingunt ſe p̄uidere vel p̄ſcire futura. Sic dr̄ diuinatio a diuino as are. i. vaticinari vł futura p̄uidere. Genꝰ āt diuinatiōis a ꝑſis videt̃ allatū ⁊ diuini dicti ſt̃ q̄ſi deo pleni. vñ Alex. in ſuo. ij. q. cxciiij. dicit q̄ diuine ſapie altitudo inhonorat̃ ſupſtitiōe ſci-



endi. q̄ ſunt ſortilegiū ⁊ diuinatio quā ſic ibidē deſcribit. Diuinatio ē ſupſticioſa inueſtigatio p̄ſcientie futuroꝝ. vñ diuinationis ꝑtes ſunt differētie ſm Iſy. viij. ethimol. His nanq̄ȝ diuinatio vtit̃ ad precognoſcendū euētus futuroꝝ aliq̄ demonū auxilio. vñ demones ſolēt multiplr̄ futura p̄nūciare. Quandoq̄ȝ quibuſdā p̄ſtigioſis appitionibus ſe aſpectui ⁊ auditui hominū ingerētes ad p̄nunciānduȝ futura Et hec diuinatio dr̄ Preſtigiū. q2 aciē oculoꝝ p̄ſtringit ⁊ ꝑ preſtigiuȝ incredibiles rerū mutatiōes vident̃ fieri vt ēre cumulus videt̃ caſtrū. lapillus talentū Seges cohors militū galeata. Qñq̄ȝ ꝑ ſomnia ⁊ hec dr̄ diuinatio ſomnioꝝ. Quādoq̄ȝ ꝑ mortuoꝝ aliquoꝝ apparitionem vel locutionē ⁊ hec dr̄ Nigromātia vt di Iſid. viij. li. Ethi. Nigron eñ grece dicit̃ mors latine. Mancia vō diuinatio dicit̃ ſeu mantica a manco q̄ in ea p̄ualuit. quibuſdā eñ incantationibus adhibito ſanguine vident̃ reſuſcitati mortui diuinare ⁊ ad interrogata rñdere dicūt̃ eñ demones ſanguinē amare. Qñq̄ȝ eñ p̄nunciant demones futura ꝑ hoīes viuos vt pȝ ī arreptitijs ⁊ demoniacꝭ ⁊ hec diuinatio dr̄ Fitonica q2 fit ꝑ fitones. Eſt ei fito vētriloquꝰ ꝑ ſpm̄ malignuȝ loquēs a fitone vł a ficio apolline dictꝰ diuinꝰ. q̄ p̄mꝰ dicitur fuiſſe actor diuinādi. Dicit̃ aūt apollo ficius a fitone ſerpēte quem interfecit.
Qñq̄ȝ demones p̄nunciāt ꝑ aliq̄ ſig̃ q̄ apparēt ī rebꝰ inaīatis. Que quideȝ ſi apparēt ī aliq̄ corꝑe terreſtri vt in vngue ferro vł lapide polito dr̄ Geomācia q̄ eſt diuinatio facta ī terra. a ge qḋ ē t̃ra. Si aūt ī aqua dr̄ Idromācia q̄ eſt diuinatio facta ī aqua ab ydros qḋ ē aqua vł in aq̄ pluuiali. Si aūt ī aere dr̄ Aerimācia. ⁊ ē diuinatio facta ī aere. vt ī ꝯtemplatiuis circulis. Si ī igne dr̄ Piromācia. ⁊ eſt diuinatio facta ī igne. a pir quod ē ignis.

Si aūt ī viſceribꝰ aīaliū ymolatoꝝ dicitur Ariſp eiū quaſi inſpectio in aris ⁊ diuinator dr̄ Ariolꝰ Iā dicte diuinationes fiūt ꝑ expreſſam demonū inuocationem. F

Diuinatio vō q̄ fit ſine exp̄ſſa demonū inuocatiōe diuidit̃ ī duas differētias. q̄ꝝ p̄ma eſt qñ ad p̄noſcendū futura ꝯſideramus aliq̄d in diſpoſitionibꝰ aliaꝝ rerū. ⁊ Et ſiquidē aliq̄s nitit̃ p̄noſcere futura ex ꝯſideratiōe ſitus ⁊ motus ſideꝝ. hoc ꝑtinet ad aſtrologos vñ Aſtrologꝰ dr̄ qui in aſtris augurat̃. ⁊ ideo dr̄ ab aſtrū ⁊ logꝰ ſmo qui ⁊ Genitaliacus dr̄ a Genes̃ qḋ eſt natura ꝓpt̃ ꝯſideratione naturaliū dierum. q2 geneſim hoīm ꝑ. xij. ſigna celi deſcribit. ſiderūq̄ȝ curſum mores ⁊ actꝰ p̄dicere conat̃ ſm ſigna ſm q̄ hoīes naſcuntur. Hic vulgo Mathematicus a verbo ei greco mato deriuat̃ mateſis ſine aſpiratiōe pe. ꝓducta. i. diuinatio Ind̄ matematicꝰ. i. diuinator. Cuiꝰ ſupſtitio Cōſtellatio dr̄ a latinis vñ dicit Papias Cōſtellationes vocāt latini ſupſtitiones matematicoꝝ. i. notatiōes ſiderū quō ſe habet vnuſq̄ſq̄ȝ. Dr̄ etiā diuinator aſtrorū Horuſpicus ab hora ⁊ copus qḋ ē labor. vel intentio q2 in cognitiōe horarum laborās vel intendens natiuitates hoīm ſpeculat̃ diuerſo ⁊ diſſimili fato. Si vō ꝑ motus vł voces auiū hoc ꝑtinet ad augurium qḋ dr̄ quaſi auigeriū. a geſtu vel auigariū a garritu auiū ⁊ ꝑtinet ad aures

Sicut Auſpiciū ab inſpectiōe auiū ꝑtinet ad oculos. ſic etiā diuinatio ꝑ motus voces ⁊ inſpectiōe quorūcunq̄ȝ aīaliū ꝑtinet ad auguriū. et etiaȝ ꝑ ſternutationes hominum cōiecturatio. Vel per ſaltus membroꝝ diuinator dr̄ Saliator. q̄ dum quecūq̄ȝ ps mēbroꝝ ei ſalierit. ex inde aliquid ꝓſperū vel moleſtum futuꝝ eſſe p̄dicit. Sic extipex dicit̃ qui exta. id ē inteſtina pecudū inſpicit. Si vero huiuſmodi conſideratio fit circa verba hominum alia intentione dicta que quis retorquet ad futuꝝ qḋ vult p̄noſcere dr̄ Omē ominis ⁊ dicit̃ ab ore quaſi orimen quia fit ore augurium. Si autem ꝯſiderent̃ alique diſpoſitiones figuraꝝ ī aliq̄bꝰ corporibꝰ viſui occurrentes. erit alia ſpecies

diuinationis. Nam ex liniamentis manꝰ
conſideratis diuinatio ſumpta dr̃ Cyro-
mãtia Cyros eñ grece manus dr̃. Si ve
ro ex quibuſdã figuris in ſpatula alicuiꝰ
animalis apparẽtibus dr̃ ſpatulamãtia
a ſpatula ⁊ dicit̃ armus ſpacioſus ⁊ latꝰ
in pectore animalis. Ad ſecundũ autẽ
genus diuinationis qḋ ẽ ſine expreſſa in-
uocatione demonũ ꝑtinet diuinatio que
fit ex cõſideratione eoꝝ q̃ eueniũt ex qui
buſdã q̃ ſorte fiũt. Eſt eñ ſors euentꝰ for
tuna ſeu ars diuinãdi. Cũ aliq̃d fit ab ho
minibꝰ vt eius euẽtu ꝯſiderato inde ali-
quid occultũ innoteſcat. Et ſiquidẽ q̃-
ratur iudicio ſortiũ q̃d ſit alicui exhiben-
dũ ſiue illud ſit res poſſeſſa ſiue ſit honor
ſiue dignitas ſiue pena vocat̃ Sors diui
ſoria. Si ṽo inquirat̃ q̃d ſit agendum
dr̃ ſors cõſultoria. Si ṽo querat̃ quid
ſit futurũ vocat̃ ſors Diuinatoria. Et
fit multipl'r aut ꝑ ꝓtractionẽ punctorum
vl' ꝑ cõſiderationẽ figuraꝝ q̃ ꝓueniũt ex
plumbo liquefacto in aquã ꝓiecto. vl' ex
quibuſdã ſcedulis ſcriptis vel nõ ſcript̃
⁊ occulti repoſitis. dum conſideratis q̃s
quã accipiat. vel ex feſtucis inequalibus
quis quã accipiat longiorẽ vl' breuiorem
vel ex ꝓiectione taxilloꝝ q̃s plura pũcta
ꝓijciat. vel etiã ꝯſiderando q̃d aperiẽdo
libroꝝ occurrat q̃ oia ſortiũ nomẽ hñt vñ
ſub hoc noie Sortilegiũ ꝯtinent̃ ⁊ eſt ra
tio diuinãdi ꝑ ſortes. Eſt eñ ſortilegus q̃
futura legit ⁊ colligit ꝑ ſortes. Sic igit̃ pꝫ
ꝙ triplex ẽ differẽtia diuinatiõis. Quarũ
ꝑma ẽ ꝑ manifeſtũ demonũ inuocationẽ
qḋ ꝑtinet ad nigromanticos ſcḋa ꝑ ſolã
diſpoſitiõis ꝯſiderationẽ vl' motꝰ alicuiꝰ
rei ⁊ ꝑtinet ad augures. tercia eſt dũ faci-
mus aliq̃d vt nobis manifeſtet̃ aliqḋ oc
cultũ qḋ ꝑtinet ad ſortilegos. Sub quali-
bet ṽo differẽtia multa ꝯtinent̃ vt pꝫ ex
dictis. Des aũt differẽtie dicte habentur
xxvj. q. iiij. Igit̃ ⁊ q. v. Nec miꝝ ⁊ c. epi.
⁊ q. vj. nõ obſcuret̃. Et in. s. Tho. ij. ij. q.
xcv. ⁊ ꝑte. ij. Alexander. q. c. xliij. Et in cẽ
tiloq̃o. s. Bonauẽ. parte. j. capitulo. xxix.

Tercia ſpecies ſupſtitionis dr̃ Obſer
uantia ⁊ inuenit̃ in bona ſignificatiõe ſic 6
eſt ꝑs potẽtialis iuſticie exhibẽs honorẽ
ſupiorıbꝰ. ⁊ ſic dr̃ ab ob ⁊ ſeruare q̃ſi vn-
diqꝫ ſeruãs ⁊ iplens ꝑcepta ſupioris. De
hac ṽtute obſ̃uantie infra dicet̃. Inueni
tur etiã in mala ſignificatiõe ⁊ ſic dicitur
ab ob. i. cõtra. q̃ſi obſeruãs quedã vana
cõtra ꝓhibitionem dei: ⁊ eccl'ie. ⁊ pt̃ dici
obſ̃uatio tionis. Vñ obſeruãtiaꝝ ſuper-
ſtitio multas habet ſpecies. Prima obſ̃-
uantia eſt cuiuſdã ſupſtitionis q̃ dr̃ Ars
notoria q̃ eſt illicita ⁊ inefficax. Illicita q̃
dem. q: vtitur q̃buſdã obſeruantijs ad
ſcientiã acq̃rendam. q̃ non habent ſꝫm ſe
virtutẽ ad acquirendã ſciam. ſicut inſpe
ctione quarundã figuraꝝ. ⁊ ꝓlatione q̃-
rundã verboꝝ ignotoꝝ ⁊ alijs hmõi. Et
hmõi ars nõ vtit̃ his vt cauſis ſꝫ vt ſignis
nõ aũt vt ſignis diuinitus inſtitutis ſicut
ſunt ſacramẽtalia ſigna. vñ cõſtat ꝙ ſunt
ſigna vacua ⁊ vana. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ꝯtinen-
tia quedã pacta cũ demonibus federata
Eſt etiã hmõi ars inefficax ad ſcientiã
acq̃rendam. q: ꝑ hmõi artẽ nõ intendit̃
acquiſitio ſcientie ſꝫm modũ cõnaturalẽ
hominũ. ſ. adinueniẽdo vel addiſcendo. ſꝫ
attendunt̃ q̃dam ieiunia ⁊ orõnes cũ q̃
buſdã vanis obſeruãtijs. cõſequẽs eſt ꝙ
iſte effectus expectat̃ a demonijs. Se-
cũda ſpecies obſeruãtie ſunt obſeruatio
nes ordinate ad corpoꝝ imutationẽ. pu-
ta ad ſanitatẽ ⁊ hmõi. ſi adhibeant̃ ad h̃
alique res vel characteres. vel noia igno
ta q̃ manifeſtũ ẽ ad hmõi efficaciam non
habere. vnde dicit Augꝰ. in. ij. de doctria
xp̃iana. ꝙ ad hmõi ſupſtitionẽ ꝑtinẽt vo
lumina magicaꝝ ⁊ ligature ⁊ remedia q̃
medicoꝝ ꝯdemnat ſciẽtia ſiue in ꝑcatio-
nibus ſiue q̃buſdã notis q̃s characteres
vocãt. ſiue q̃buſcũqꝫ rebus ſuſpendẽdis
ſiue infigẽdis. Tercia ſpecies obſ̃uan
tie ſũt obſ̃uatiões q̃ ordinant̃ ad cogno
ſcendũ aliqua fortunia vl' infortunia. vñ
dicit Augꝰ. in. ij. d' doctrina xp̃iana ꝙ ad
pacta cũ demonibꝰ inita pertinent milia



vanarũ obſeruantiarã: vt ſi membrũ ali-
qḋ ſalierit: ſi ambulãtibus amicis lepus
aut canis aut puer medius interuenerit:
redire ad lectũ ſiquis dum ſe calceat ſter
nutauerit: redire ad domũ ſuã ſiquis pro
cedẽs offenderit. Cum veſtis a muribus
rodit̃ plus timere ſupſtitionẽ mali futu-
ri ꝙ̃ damnũ dolere: hec Augꝰ. Sub hac
ſpecie continet̃ obſeruãtia tp̃m ⁊ dierũ:
vñ apl's ad Gal'. iiij. dies obſeruatis ⁊ mẽ
ſes ⁊ annos: vnde dicit Augꝰ. xxvj. q. vij.
Non obſeruetis dies qui dicunt̃ egypti-
aci (⁊ dicunt̃ egyptiaci: vel q: illis diebꝰ
fuit percuſſa egyptus: vel q: egyptij ꝑmo
inuenerũt tales dies cauendos tanq̃ in-
fauſtos) Aut kl'as Januarij in quibꝰ fie
bant cõmeſſationes ⁊ adinuicẽ dona do-
nant̃ que in principio anni boni fati ⁊c̃.
Et infra qui has diuinationes obſeruat
magis ad ſuã damnationẽ ꝙ̃ ſalutẽ tẽdit
Quarta ſpecies ſupſtitionis obſeruanti-
arũ dicit̃ Suſpẽſio diuinoꝝ nominũ aut
verboꝝ ad collũ. Si cũ illis miſceant̃ ali
qui caracteres vel nomina ignota. Si eti
am ſpes ponat̃ in mõ ſcribendi aut ligan
di: puta ꝙ ſcribant̃ in carta virginea: vel
in ortu ſolis: vel dum legit̃ euangelium:
vel ꝙ oportet ligari cum tot filis: vel ap-
pendi per virginẽ ⁊ hmõi ille vanitates il
h licite ſunt ⁊ ſupſtitioſe. De irreligioſita
te Religioni opponunt̃ q̃dam vicia que
manifeſtã habẽt ꝯtrarietatẽ ad religionẽ
⁊ illa pertinent ad irreligioſitatẽ: vñ ſicut
ſupſtitio q̃ importat ſuperfluũ ⁊ indebi-
tum cultũ diuinũ opponit̃ religioni ſꝫm
exceſſum: ita irreligioſitas que cõſiſtit in
irreuerentia dei ⁊ rerum ſacrarũ: opponi
tur ei ſꝫm defectũ: ⁊ ſunt duo. Primũ ꝑti
net ad irreuerentiã dei. Scḋm ꝑtinet ad
irreuerentiã ſacrarũ rerũ. Ad irreuerẽ-
tiam dei duo pertinẽt: ſcꝫ tentatio ⁊ ꝑiuri
um. Ad irreuerentiã ſacrarũ rerũ etiam
duo pertinẽt: ſcꝫ ſacrilegium ⁊ ſymonia.
De his quatuor vicijs nunc dicendũ eſt.
Tentatio dei eſt viciũ oppoſitũ religio
ni. Cum enim finis religionis ſit deo reue

rentiam exhibere. Oia ḡ que directe per
tinent ad dei irreuerentiã religioni oppo
nunt̃. Tentare aũt aliquẽ ad irreuerenti
am eius pertinet. Nullus eñ ꝑſumit ten
tare eum de cuius eſt certus excellentia.
vñ patet ꝙ tentare deũ eſt viciũ oppoſitũ
religioni: vnde tentatio dei ſic deſcribit̃:
eſt viciũ quo hõ ꝑtermittit facere qḋ põt
ad pericula euitanda vel aliqua agenda:
reſpiciẽs ſeu expectãs diuini auxilij effe-
ctum. Tentatio autem fit tripliciter ſcꝫ
verbo facto ⁊ interꝑtatiue. Pro q̃ ſciẽ-
dum ꝙ tentare ꝓprie eſt experimentũ ſu-
mere de eo q̃ tentat̃. Homo ergo tentat
deum verbis cũ loquit̃ deo orando: vñ in
ſua petitione aliquis deũ expreſſe tentat:
qñ ea intentione aliq̃d a deo poſtulat: vt
exploret eius ſcientiã ꝑtãtem ⁊ volũtatẽ
Factis aũt expreſſe tentat quãdo per
ea que facit intendit experimentũ ſume-
re diuine ſapiẽtie poteſtatis ſeu pietatis.
Interꝑtatiue quaſi deũ tentat: qui ⁊ ſi
nõ intendat experimentũ ſumere de deo:
tñ petit vel facit aliq̃d ad nihil aliud vtile
niſi ad ꝓbandã dei poteſtatẽ bonitatem
vel ſapiam: vt zacharias in petẽdo ſignũ
ab angelo pro filio ſibi naſcituro Luce. j.
Quãdo vero q̃s ꝓpter neceſſitatẽ vel vti
litatẽ ſe cõmittit dei auxilio in ſuis petiti-
onibus vel factis: hoc non eſt deũ tenta-
re: dicit̃ eñ. ij. Paral'. xx. Cum ignoramꝰ
quid agere debeamꝰ: hoc ſolũ habemus
reſidui vt oculos nr̃os ad deũ dirigamꝰ.
Scḋm viciũ ꝯtentũ ſub irreligioſitate
ꝓut opponit̃ religioni ꝓpter irreuerenti
am dei: dicit̃ Periuriũ: ⁊ eſt ꝯtra ſcḋm ꝑ
ceptũ decalogi Exo. xx. Non aſſumes no
mẽ dei tui inuanũ: hoc eñ ꝑceptum ordi
nat ad reuerẽtiam ſumme veritatis in ꝓ
fitendo: ideo ꝓhibet̃ per hoc periurium
qḋ eſt falſa iuratio ſeu mendaciũ iuramẽ
to firmatũ. Juramento eñ nomen dei in
teſtimoniũ aſſumit̃: ⁊ ideo cũ vane iurat̃
in periurio nomẽ dei inuanũ aſſumit̃: ⁊ ꝑ
ꝯſequẽs ſumma veritas ꝯtemnit̃. Jura
re eñ eſt teſtem deum inuocare: pertinet

eſt ad dei irreuerentiã ꝙ aliquis teſtẽ eũ inuocat falſitatis: q2 per hoc dat intelligere: vel ꝙ deus veritatẽ nõ cognoſcit: vel ꝙ in falſitatẽ teſtificare velit: ⁊ ideo piurium manifeſte eſt viciũ religioni ꝯtrariũ: cuius eſt deo reuerentiã exhibere. Secunda ſpẽs irreligioſitatis q̃ opponiť religioni ꝑtinet ad irreuerentiã rerũ ſacrarum: ⁊ hꝫ duas ſpẽs: pͣma eſt ſacrilegium ſcd̃a ẽ ſymonia. Sacrilegiũ eſt ſacre rei violatio: vel eiuſdẽ vſurpatio: vt dicit .s. Bonauẽ. in centiloq̃o. Et diciť hic violatio cõiter q̃cunq3 irreuerẽtia vel dehonoratio: vñ diciť ſacrilegiũ quaſi ſacriledium: q2 ledit ſacrũ: vel diciť q̃ſi ſacrũ legens .i. furãs. Diciť autẽ aliq̃d ſacrũ q2 ordinať ad dei cultũ: ⁊ ex eo ꝙ aliq̃d ordinať ad dei cultum fit q̃dammõ diuinũ: ⁊ ſic ei q̃dam reuerẽtia debeť que in deũ refertur ⁊ ideo om̃e qđ ad irreuerentiã rerum ſacrarum ꝑtinet ad iniuriã dei ꝑtinet ⁊ ratione hꝫ ſacrilegij. Cõmittiť aũt ſacrilegium aliq̃n rõne ꝑſone: vt cũ cleric⁹ vel ꝑſona religioſa verberať .xvij. q. iiij. Quiſquis. Q̃nq3 rõne loci: vt cũ emunitas eccleſie vel cimiterij violať. Q̃nq3 rõne rei: vt q̃n res ſacra vel ſacro vſui deputata vſurpať: ⁊ hoc põt eſſe tripliciter: ſcꝫ vel auferendo ſacrum de ſacro ſcꝫ loco: Vel non ſacrum de ſacro: vel ſacrũ de non ſacro .xvij. q. iiij. Quiſq̃s. Diciť etiã ſacrilegium ſacre ꝑſone leſio: per vicium luxurie: vt ſi virgo deo dicata: vel religioſus: vel in ſacris ordinibus cõſtitut⁹ fornicet.

Symonia ſcd̃a eſt ſpẽs irreligioſitatis ꝓut ꝑtinet ad irreuerentiã rerũ ſacrarũ. Et eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliqđ ſpũale: vel annexũ ſpũali: de ſymonia habita eſt ſ. ca. xx. circa finem.

De actib⁹ religionis

Religio

¶ De actibus religionis ſiue latrie. Religio ſiue latria multos hꝫ actus: de q̃bus ꝯſiderandũ eſt. Et primo in cõi. Scd̃o in ſpeciali. Circa pͥmũ ſciendũ ꝙ religio aliquos actus hꝫ imꝑatos: aliquos elicitos. Imperatos ꝓducit mediãtib⁹ virtutibus q̃bus imꝑat: q2 dř .j. ethi. c. j. Virt⁹ ad quã ꝑtinet finis: imꝑat ꝟtutib⁹ ad q̃s ꝑtinet ea q̃ ſunt ad finẽ: queãdmodũ ars architectonica alijs artib⁹ in eã ordinatis ꝑcipit: vt eq̃ſtris ꝑcipit arti frenefactiue: ⁊ ars militaris ꝑcipit arti fabrefactiue armorũ: ſic eſt de religione ſiue latria. Act⁹ religiõis ꝑ modũ imperij poniť Jaco. j. eſſe viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ: qđ eſt actus elicitus a miſcđia et immaculatũ ſe cuſtodire ab h̃ ſclo: qđ eliciť a tꝑantia vel aliq̃ hmõi ꝟtute. Alios actus habet religio ſiue latria elicitos q̃s ꝓducit ꝑ ſe ⁊ immediate ꝑ q̃s ordinatur hõ tm̃ ad deũ. Et inter hos actus hꝫ aliq̃s interiores tanq̃ ꝑncipales ⁊ per ſe. Et iſti ſunt duo ſcꝫ oratio ⁊ deuotio. Aliquos vero habet exteriores quaſi ſecũdarios ⁊ ordinatos ad actus ſpũales interiores: quibus ipſa vtitur qua ſignis ad excitandum mentem ad actus ſpũales. Et in aliquibus horum actuum corpus exhibetur ad venerandum deum: vt in adoratione. In aliquibus vero aliquid deo de exterioribus rebus offertur: et hoc vel in promittendo: vt in votis vel dando: vt in ſacrificijs oblationibus primicijs ⁊ decimis. In aliquibus autem actibus exterioribus religionis aliquod diuinuz aſſumitur vel aliquod ſacramentum vel nomen diuinum. De actibus religionis nũc enumeratis interiorib⁹ ⁊ exteriorib⁹: breuiter nũc dicendũ eſt ꝑ ſingula. Oratio pͥmus eſt actus religionis ſiue latrie ab eã elicitus: per quã ordinať homo in deum. De oratione hic tria occurrũt videnda. Primo ponenť orõnis diuerſe acceptiones. Scd̃o ei⁹ deſcriptiones. Tercio agiť de ſpeciebꝰ orõnis. Circa primũ cõſiderãdũ ꝙ oratio q̃nq3 diciť opus bonũ: vñ .j. Theſſ. vl. Sine intmiſſiõe orate. Dicit glo. Semꝑ orat q̃ ſemꝑ bene agit. Q̃nq3 ꝟo diciť iuſticia ſeu bonitas hoĩs q̃ apparens in filijs dei quaſi q̃dam imago eius: habet quaſi vim orõnis apud deum: ſicut et apparitio filij dei corã patre ſuo: eſt quaſi oratio ꝓ nobis. Sic ſumiť R

Oratio

iterũ in Glo. ſuꝑ illud Theſſa. vltimo: ſine intermiſſione orate ⁊c. Iuſtus nunq̃ deſinit orare: niſi deſinit eſſe iuſtus: q̃nq3 orõ diciť petitio decẽtiũ a deo: ⁊ ſic a magiſtris cõiter ſumiť vt inferius p3. Q̃nq3 ꝟo amplius reſtringiť ſcꝫ ad petitionem que eſt ꝓ adipiſcendis bonis. vñ glo. ſuꝑ illud pš. Exaudiuit dñs depcationẽ meã dñs orõnem meã ſuſcepit: depcatio eſt ꝓ remouendis malis: oratio ꝓ adipiſcẽdis bonis. Circa ſcd̃m notãdũ ꝙ oratio a Johãne damaſce. li. iij. c. xxiij. ſic deſcribitur. Oratio eſt aſcẽſus intellectus ad deũ id eſt. orõ eſt exp̃ſſio deſiderij directi in deum: ꝓpter bonũ adipiſcendũ vel malum remouendũ: formata ꝑ verbum interius ⁊ exterius. Intellectus in dicta deſcptione accipiť ꝓ aĩa intellectiua: ꝓut comprehẽdit duas vires q̃ ſunt ꝓprie aĩe rõnalis: quaꝝ vna eſt app̃henſiua ſcꝫ ratio ſiue intelligẽtia: alia motiua ſcꝫ volũtas ſeu affectus. haꝝ facultas diciť liberũ arbitriũ. Intellectus ſiue ratio tũc aſcẽdit in deũ: cũ a ꝯſideratõe hũanoꝝ defectuũ ad ꝯſideratione boni: ſufficiẽtiſſimi ⁊ potentiſſimi ſupplere defect⁹ illos trãſit. Et ſic qui vult orare. pͥmo debet defectus ſuos cõſiderare: deinde aſcendere ad eius liberalitatẽ qui defectus orantis põt ſupplere: voluntas ad deuz aſcẽdit deſiderio ⁊ ſpe: a liberalitate eius ſperando implери deſideriũ ſuuz: ex hoc ꝯcordanť ſancti dum vnus attribuit orõnez voluntati alter rationi. Eſt eñ orõ actus liberi arbi. vbi voluntas pͥmouet ⁊ inclinat: ratio deliberans ordinat: tandẽ voluntas imperat exequiť ⁊ executõi mãdat: ſic dicit Iſidorus li. Ethi. ꝙ orare eſt dicere. Auicenna .iiij. metha. dicit ꝙ hõ ꝑ orõnẽ loquiť deo ⁊ phs in ethi. dicit ꝙ ratio ꝑcať ad optima. Ex dictis p3 ꝙ cum orõ ẽ aſcẽſus ⁊ eleuatio in deũ: nõ fit hic ſmo de eleuatione locali: cuz deus ſit vbiq3 ⁊ ſp: ⁊ intimior menti q̃3 mens ſibipſi: ſꝫ aſcenſus et eleuatio mentis intelligiť ſpũalis ꝑ affectum: q̃ dř dirigi in deũ ꝑ modũ nũcij: ad deum miſſus: ad deũ intrãs ⁊ mãdatum ꝑagit quo caro ꝑuenire nequit: ꝓut dicit glo. ſuꝑ illud pš. Intret orõ mea in ꝯſpectu tuo ⁊c. Pro ſtatu nanq3 nature deſtitute: nos corporea mole heu preſſi: non poſſumus ad celum patriã noſtrã in terris aĩas nr̃as ſatis erigere. Corpus eñ qđ corrũpiť aggrauat aĩam: vinctã mẽdicitate ⁊ ferro: vt ait ꝓpha. Prouidit miſericors ⁊ miſerator dñs reſtaurator noſter: via veritas ⁊ vita: qua ratõne poſſet mens noſtra volatu libero celerẽ nunciũ ad ipm̃ patrẽ nr̃m q̃ in celis eſt deſtinare. Nuncius hic eſt orõ q̃ duabus alis ſubnixa eſt fide ⁊ ſpe q̃ animata eſt charitate: ⁊ q̃ eſt ornata tanq̃ plumis varijs virtutũ multiplicate. Vñ quid eſt oratio niſi aſcenſio vel eleuatio mentis in deuz: ꝑ pium ⁊ humilẽ affectũ: vt dř in li. de ſpũ ⁊ aĩa: humilis ex cõſcientia ꝓprie infirmitatis vel fragilitatis. Pius diciť affectus ex ꝯſideratõe diuine clementie. Affectus eſt ſpontanea q̃dam: ac dulcis ipſius animi inclinatio. Nihil eñ ita deuz inclinat ad pietatẽ ⁊ miſcđiam queãdmodũ pius ⁊ purus mentis affectus: quo fit vt deuz oramus: nos familiari quadam proximitate deo colloq̃mur. Poteſt illud phiſicum de Boetio metruz ad hoc adduci primuz libri quarti. Sunt etenim penne volucres mihi: que celſa cõſcendant poli: quas ſibi cum velox mens induit terras: peroſa deſpicit: aeris immenſi ſuperat globum. Nubeſq3 poſt tergum videt quiq3 agili motu calet etheris: tranſcendit ignis verticem: donec in aſtrigeras ſurgat domos. Fecit igitur nobiſcum magnifice deus: dum nobis aduenis in loco horroris et vaſce ſolitudinis dedit talem nuncium: qui neceſſitates noſtras afferret deo: ⁊ opem deſideratam per orationis ſuffragium impetraret et afferret. Correlarium ex dictis. Oratio eſt actus religionis. Nam pietas a qua eſt pius affectus qui eſt oratio in vna acceptione (vt .j. dř) eſt theoſebia vel religio

ſeu cultus deo debitꝰ: quia ꝑ oꝛonem ho-
mo deo exhibet reuerentiā inq̄ntum ſe ei
ſubijcit: ⁊ ꝓfitendo oꝛādo ſe indigere eo
ſicut honoꝝ ſuoꝝ autoꝛe. Hec aūt ꝑtinet
ad virtutē latrie ſiue religionis: cuius eſt
honoꝛem debitū deo exhibere vt dictū eſt
ſupꝛa. Diffinit̄ etiā oꝛatio ab Auguſti
no. Oꝛatio eſt pius mentis affectus in de
um directus. Et magiſtraliter oꝛatio ē
oſtenſio voluntatis noſtre ei a quo impe
trare ſperamus qđ deſideramus Grego.
veraciter oꝛare: eſt in cōpūctiōe amaros
gemitus ⁊ nō compoſita verba reſonare
M Conſiderandū tertio ꝙ oꝛationis tres
ſunt ſpecies ad quas alij modi oꝛandi re
ducunt̄. Pꝛima ſpecies dicit̄ oꝛatio vo
calis: q̄ fit ꝑ verba cōpoſita ⁊ vſitata: ſi-
cut cum pſalmos ymnos et collectas et
alias diuinas laudes vel oꝛones compo
ſitas: ad excitandā deuotionē vel ꝑſoluē
dum debitū recitamus: hec oꝛatio voca-
lis fit ꝑ miniſtros eccleſie in ꝑſona totius
pp'li fidelis deo oblata: ⁊ ideo opoꝛtet ꝙ
innoteſcat toti pplo ꝓ quo offertur. Ad
hoc etiam cantus ab eccl'ia ſunt inſtituti.
vnde dicit Auguſ. de ſeipo ꝙ flebat vber
rime in hymnis ⁊ canticis ſuauiter ſonā-
tibus cantātis eccleſie: eo ꝙ voces ille in
fluebāt in auribus eius ⁊ loq̄bat̄ veritas
in coꝛ eius. Cur ṽo oꝛatiōi iungit̄ vox:
cauſe ſunt multe: vna iam dicta eſt: ſunt
⁊ alie rōnes q̄ in his cōtinent̄ verſibus.
Verſus Collige ſex cauſas quare vocalit̄ oꝛas
vt toꝛpoꝛ cedat: mētis deuotio creſcat: vt
coꝛ mundet̄: ⁊ ꝓximus edificet̄. Lingua
laudet̄ opifex: demonq; fuget̄. Hec ꝑma
oꝛatio aliq̄n eſt pure vocalis: q̄n hō nihil
cogitat de his q̄ dicit in ſpeciali nec in ge-
nerali: ſed cum oꝛat caſtra fabꝛicat: habꝫ
tamē attentionē ſuꝑficialem ſcꝫ vt atten
dat quē pſalmū interim dicat: vel quā ali
am oꝛonem: fructus huiꝰ attentōis eſt ꝙ
nō cogit̄ repetere cum ſciat ſe dixiſſe: pꝛo
laboꝛe tn̄ oꝛonis quā bona intentiōe deo
oꝛādo obtulerit quo ſe cogit deo ſeruire:
mercedē qualemcūq; meret̄ expectabit.

Scđs modus ⁊ ſpecies oꝛonis eſt qua N
ſi media qua homo oꝛat mentaliter ⁊ vo
caliter: ⁊ eſt ſepe efficacioꝛ ꝑ verba ex ꝓ-
pꝛio affectu foꝛmata. vt cum hō cum deo
familiariter ꝯfabulat̄ verbis affectui ſuo
ꝯſonātibus: q̄ſi coꝛam deo coꝛ ſuū effun-
dens: vel neceſſitates ſuas ei cōquerens:
vel peccata ꝯfitēs ⁊ miſcđiam poſtulās:
grām petens ⁊ auxiliū imploꝛans: ꝯ tēta
tionū vel periculoꝝ tribulatiōes: vel q̄ſ-
cūq; ſuas vl' ſuoꝝ neceſſitates. Scđm
aūt diuerſas cauſas: hic modus oꝛādi di
uerſarum ꝑſonarū foꝛmat affectus: et di
uerſas voces in oꝛante: ⁊ diuerſas imagi
nes in deo quē oꝛat. Aliq̄n eñ hō ꝑſo-
nam rei aſſumens coꝛaꝫ deo iudice aſtat
cum tremoꝛe pudoꝛe ⁊ doloꝛe oꝛans ⁊ di
cens. Noli me cōdemnare. Dñe ne in fu-
roꝛe tuo arguas me: ⁊ ſic de ꝯſilibꝰ. Quē
admodum Luc. xviij. Oꝛauit publicanꝰ
a longe ſtans ꝑ timoꝛe: nō audens appꝛo-
pinq̄re: nolebat nec oculos ad celū leua-
re: pꝛe pudoꝛe pctōꝝ preteritoꝝ: ſꝫ ꝑcutie
bat pectus ſuuꝫ: ꝓpter doloꝛē de pctis cō
miſſis: dicens. Dñe ꝓpicius eſto mihi pec
catoꝛi. Ecce vera ⁊ pura ꝯfeſſio: ⁊ iſta fa-
ciunt ad remiſſionē pctōꝝ. Sic felix il-
le latro Luce. xxiij. ſero penitēs: pondere
pcti ⁊ coꝛꝑe ꝑgrauatus ſentiens ſe ꝑegri
nari a dño: cupiēs diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o
oꝛabat. Memēto mei dñe dū veneris in re
gnū tuū: ⁊ meruit exaudiri: qꝛ dixit ei do-
minꝰ: hodie mecū eris in ꝑadiſo: nō acci-
pit̄ hic ꝑadiſus ꝓ hoꝛto voluptat̄: nec ꝓ
celo empirreo: ſꝫ ꝓ fruitione btā quā ha-
buerūt ſcti pr̄es in moꝛte xp̄i in limbo de-
tenti. Sic. s. Frāciſcus hoſpitatꝰ in do Franciſ
mo dñi Bernardi de q̄nta valle: deuotiſ-
ſime oꝛabat deus meꝰ ⁊ oīa. ⁊ hec ṽba cū
lacrimis tota nocte deuote frequentabat
vſq; ad mane. Hec aūt dicebat. s. Fran-
ciſcus admirās diuine maieſtatis excellē
tiā: q̄ ꝑditāti mūdo ꝯdeſcēdere videbat̄
⁊ ꝑ btm̄ Franciſ. paupculuꝫ diſponebat
ſe de ſalutis remedio ꝓuidere. Spū eñ
ꝓphetico illuſtratus: ꝓuidēdo magnalia



q̄ per ipm̄ ⁊ oꝛdinē ſuū deus erat facturꝰ
⁊ ſuā inſufficientiā videbat et paruitateꝫ
virtutis inuocabat deū vt qđ ipſe nō po-
terat: deus ipſe ꝑficeret: ꝓpterea dicebat.
Deus meus ⁊ oīa. Dñs aūt Bernardus
cū eſſet de nobilioꝛibꝰ deuotioꝛibꝰ ⁊ ſapi
entioꝛibus de Aſſiſio: lāpade accēſa: cun
cta vidēs ⁊ verba intelligēs. Venditis oī
bus q̄ habebat: pecunia pauperibꝰ diſtri
buta: tactus a ſpūſctō: filius ꝑmogenitꝰ
eſſe ꝓmeruit bti franciſci: tā ꝑmitate oꝛ-
dinis ꝙ̄ grē ⁊ ꝑfectionis: vt dr̄ in lib. Cro
nicoꝝ ⁊ ꝯfoꝛmitatum oꝛdinis minoꝛum.
Multis alijs modis poterit fieri oꝛatio
ꝑ ṽba ex ꝓpꝛio affectu foꝛmata iuxta di-
uerſa genera affectionum: ſed hec q̄ dicta
O ſunt nūc ſufficiant. Tercius modus et
ſpēs oꝛonis eſt pure mētalis: qꝛ labia nō
mouent̄ ſed coꝛ ⁊ mens ad deū loquitur
Cum vicꝫ tacito oꝛe ſola mens deſideria
ſua deo pādit: ⁊ affectū coꝛdis effundit: ⁊
deū intus ꝑ amoꝛē amplectit̄: ⁊ cuꝫ reue
rētia adoꝛat ⁊ venerat̄: tāto latius in de-
um ſe diffundēs: quāto plura valet affe-
ctus cōpꝛehēdere ꝙ̄ lingua exprimere di
cēs. Dñe aū te eſt oīe deſideriū meū: de
hoc dñs Joh. iiij. dicit. Veri adoꝛatoꝛes
adoꝛabūt pr̄em in ſpū et veritate. Spūs
eſt deus. ⁊ q̄ adoꝛant eū in ſpū ⁊ veritate
opoꝛtet adoꝛare. Oꝛatio eñ q̄ eſt aſcēſus
mētis in deū requirit ꝯfoꝛmitatē ad ipm̄
deū q̄ eſt nature ſpūalis. Et hoc fit ꝑ oꝛa
tionē mentalē q̄ videt̄ magis ꝓpꝛia: cum
deus coꝛ magis attendat ꝙ̄ verba oꝛis.
Sed ideo ṽba apponimꝰ vt cū mens pi-
gra eſt ad leuandū ſe in deū: ꝑ verba oꝛa-
tionis ſuſtētata iuuet̄: vt tota mente deū
adoꝛet: dum ſcꝫ memoꝛia deo inheret: in
tellectus ſurſum tendat: affectus ꝑ deuo
tionis flāmā ignituo guſtat ꝙ̄ ſuauis ē
dñs: ex intentione ſacre oꝛonis afflatus.
Vtunt̄ tn̄ plerūq; deuoti verboꝝ ſuble-
uamēto: donec flāma deuotionis ſuccen
ſi: verboꝝ follibus nō indigēt. Et iſte mo
dus videt̄ expediēs: vt vocales ⁊ ſpāles
oꝛones tūc ex bona ꝯſuetudine dicantur

q̄n maioꝛ nō habet̄ deuotio. Q̄n vero ſu
ꝑuenerit melioꝛ deuotionis infuſio: ꝯſuē
te intermittant̄ oꝛones vocales: ad quas
q̄s nō tenet̄ donec tp̄s redeat opoꝛtunū.
Conſiderandū q̄rto ꝙ oꝛo pōt diuidi P
in quatuoꝛ: ⁊ hec diuiſio ſumit̄ ex illo ver
bo. j. Thimo. ij. Obſecro ergo ꝑmo oīm
fieri: obſecrationes: oꝛones: poſtulatiōes
grarūactiones ⁊c. Mēbꝛa iſta notificat
lyra in poſtilla ſuꝑ aplm̄. j. ad Thimo. ij.
Vnde dicit ꝙ ad actū oꝛandi tria requi-
rūt̄. Pꝛimū eſt acceſſus oꝛantis ad deuꝫ
qui oꝛat̄: ⁊ hoc fit ꝑ eleuationē mentis in
deū qđ fit ꝑ oꝛationē: nam Oꝛatio vt di- Oꝛatio
ctū eſt. Eſt aſcēſus mentis in deū: ⁊ ſm̄ h̄
dicit apl's. Obſecro pꝛimū oīm fieri oꝛati
ones. Scđm eſt ꝓpoſitio eius qđ in oꝛati
one petit̄: vt cū petit̄ aſſecutio alicuiꝰ bo
ni vel euaſio alicuiꝰ mali: hec oꝛatio dicit̄
Poſtulatio ⁊ ſic apl's dicit poſtulatiōes. Poſtulatio
Tercium qđ petit̄ eſt illud per qđ oꝛatio
fit exaudibilis: ⁊ hoc eſt duplex: vnum eſt
ex parte dei qđ eſt ſctitas vel aliud ab eo
ſctificatū: ſicut cū dicit̄. Per ſanctā reſur
rectionē tuā: libera nos: vel aliq̄d hmōi:
⁊ dicit̄ Obſecratio: ⁊ ſic dicit obſecratio- Obſecratio
nes: id eſt ꝑ ſacras depꝛecationes: ꝓpter
qđ in fine oꝛonis eccleſie dicit̄. Per dñm
nr̄m Jeſum xp̄m. Aliud eſt ex parte oꝛā
tis qđ eſt gratitudo de bn̄ficijs acceptis.
Ille eñ q̄ de bn̄ficijs acceptis oſtendit ſe
gratū: dignus efficit̄ vt aliud ſibi det̄. Et
ꝙ̄tum ad hoc dicitur gratiarūactiones.
Vnde gratiarūactio ſicut ⁊ vox laudis Gratiarum
ſunt due ſpecies oꝛonis large ſumpto no actio
minis oꝛonis: ꝓut oꝛo dr̄ pia mētis in de
um intentio. Grarūactio eſt oīa bona
a deo data ſentire: ꝓ his eū laudare: coꝛ-
de: oꝛe: oꝑe. Grās agimꝰ: cū bona q̄ acce
pimꝰ: grē nō meritis nr̄is aſcribimꝰ Gra-
tias deo agimꝰ cū de bono qđ ab eo pꝛo-
fluit eiꝰ bonitatē laudamꝰ. Ad grārum
actionē ꝑtinet bn̄ficia q̄ a deo accepimꝰ:
diligēter recolligere: ſubtiliter intelligere
fideliter ꝯfiteri: ſtudioſe ꝯſeruare: bn̄ficiū
diligere: ⁊ eiꝰ offenſam cauere: ⁊ grām ac

ceptā nō ocioſe negligere: ſicut ille piger
ſeruus q̄ abſcōdit pecuniā dn̄i ſui: ſed ad
id ad qđ daꝛ exercere ⁊ inde nō inſoleſce
re vel extolli. De laude diuina vocali per
quā excitaꝛ affectꝰ laudātis in deū infra
diceꝛ: ſed nūc dicendū eſt de laude interi
oris affectꝰ que eſt ſpēs orōnis mentalis
Laudatio — Laudatio dei digniſſimus eſt affectus: et
naſciꝛ ex cōſideratione diuine bonitatis:
⁊ ex admiratione ꝓfunditatis ſapiē dei:
et ex ſtupore altitudinis diuine potētie: ⁊
ex immenſitate maieſtatis: q̄ de ipo vel ꝑ
doctrinā fidei intelligimus: vel per operꝝ
eius veſtigia colligimꝰ: vel ꝑ illuminatio
nē inſpirationis interne ⁊ pure mētis in
tuitu ꝯtemplamur. Laudare deū eſt deū
Laudare — laudabilē intelligere: ⁊ eiꝰ magnificentiā
cū exultatione ⁊ ādmiratione extollere: vł
pro eo qđ in ſe eſt vel pro his q̄ fecit. Oia
enī q̄ de deo cogitari vel dici pn̄t ſm̄ veri
tatē ⁊ ſentiri: non niſi ipſius ſunt: eo ꝙ ni
hil in deo ſit niſi ſumme laudabile amabi
le ⁊ venerandū: ⁊ q̄nto perfectius cogno
ſciꝛ: tāto verius laudaꝛ ⁊ ardētius amaꝛ
Vn̄ ſcti oēs creaturas nō ſolū rōnales
ſed ⁊ irrōnales ⁊ inſenſibiles ad laudem
dei inuitāt: ⁊ oia opa eius oſtendūt eum
laudabilē ⁊ in ſe ⁊ in oibus: nec tn̄ operū
ſuorꝝ magnificētia valet eū oſtendere lau
dabilē ſicuti eſt: qꝛ maior eſt omni laude
Ecci. xliij. Sicut opus artificis ſui neſcit
peritiā vocaliter enūciare: ſed tacēdo in
nuit q̄liter ſit laudabilis q̄ talia voluit ſci
D Deuotio — uit et potuit tam faciliter opari. Deuo
tio ſcđs eſt actus ꝑncipalis interior reli
gionis. Dicitur enī deuotio a deuouēdo
vn̄ deuoti dicunꝛ q̄ ſe deo q̄dammō deuo
uēt ⁊ ei ſe totaliter ſubdūt ⁊ maxime reli
gioſi: ⁊ ſic deuotio eſt volūtas q̄dā: ꝓm
pte tradēdi ſe ad ea q̄ ꝑtinēt ad dei famu
latū. Manifeſtū eſt aūt ꝙ voluntas ꝓm
pte ad faciendū aliq̄d pertinet ad cultū ⁊
ad ſeruitiū dei. Ea aūt q̄ ꝑtinēt ad diuinū
cultū ſiue famulatū ꝓprie ꝑtinēt ad religi
onē: put ptꝫ ex dictis. Deuotio deſcri
bitur ꝙ eſt feruor bone volūtatis: quem

mētis cohibere nō pōt valens: certis ma
nifeſtat indicijs: ꝓpter redūdantiā interi
oris dulcedinis. Qđ aliq̄n fit ꝑ quoſdaꝫ
clamores cantus ſingultos gemitꝰ. Vel
ꝑ aliq̄s geſtus corporis q̄ſi euaporando:
nec ſe valet intus tacitus ꝯtinere. Cauſa
tur autē deuotio a meditatione. Cum enī
dictū eſt ꝙ deuotio ſit actus ⁊ feruor vo
lūtatis. Ois aūt actus volūtatis ꝓcedit
ex aliq̄ ꝯſideratiōe: eo ꝙ bonū intellectū
ſit obiectū volūtatis: ⁊ ideo meditatio eſt
cauſa deuotionis: inq̄ntum ꝑ meditatio
nē hō ꝯſiderat ſe diuino obſequio tradi
tū: ad qđ inducit duplex meditatio. Vna
ex parte diuine bonitatis et bn̄ficiorꝝ eiꝰ:
⁊ hec excitat dilectionē q̄ eſt ꝓxima cauſa
deuotionis. Alia eſt ex parte hois cōſide
rantis ſuos defectus ex q̄bus indiget vt
deo innitaꝛ: ſm̄ illud pſ. Leuaui oculos
meos in mōtes. Et hec excludit ꝑſumpti
onē ꝑ quā quis impediꝛ ne ſe ſubdat deo
dū ſue ꝟtuti innitiꝛ. Cauſa aūt extrinſe
ca ꝑncipalis eſt deus de q̄ Dicit Ambro.
ſup Lucā: ꝙ deus q̄s dignaꝛ vocat ⁊ quē
vult religioſum facit. ¶ De ſpeciebus de
De ſpe bus de tionū — uotionū. Cum enī multa videanꝛ eſſe ge
nera deuotionū: pn̄t tn̄ in vndecim diſti
gui differētias: iuxta ſingularū ſpūalium
paſſionū ⁊ affectionū varietates. Deuo
tio nihil aliud eſt q̄ꝫ pie affectionis pigue
do: ⁊ magis ſe hꝫ ad affectū q̄ꝫ intellectū.
Sicut videri pōt in ſimplicibꝰ deuotis: ⁊
litteratis plurimis indeuotis: vnde ſicut
pinguedo corpalis generaꝛ per calorem
naturalē: ſic affectio et feruor voluntatis
cauſat deuotionē id eſt q̄ndam internam
experimentalē ꝑceptionē intime ſuauita
tis: timoris doloris admiratiōis exultati
onis ſtuporis: iuxta ſingularū affectionū
q̄litates q̄ ad vndenariuꝫ numerū ꝓten
dunꝛ: vt dictū ſcđo trac. ca. xxxi. Sunt
tn̄ tres affectus deuotionuꝫ in quos oim
catholicorꝝ finaliter ſcriptura reſoluitur:
ſcꝫ cōpunctio cum tremore: admiratio cū
ſtupore: exultatio cum iocūditate: de qui
bus dictum eſt in. xxxi. ca. ſcđi tractatus.



R — Tria ſunt vt dicit Iſidorus. viij. libro
ethi. que in religionis cultu ad colendum
deuꝫ vltra iam dicta in hoibus ꝑquiranꝛ
mentũ ⁊ anchora. Uirtus eñ ẽ habitꝰ po
tentie regulatiuus et cõfirmatiuꝰ. q̃ facit
ipam animã gaudere circa ea q̃ recta ſũt.
ſm ꝙ vult phs ſ ſpes ẽ hmõi. Uirtus q̃-
dem gratuita ẽ. qm̃ in hoc ꝙ facit animaꝫ
expectare ea q̃ ſunt ſupra oẽm eſtimatio
nẽ humanã. Et ea q̃ ꝓmiſit diuina largi-
tas facit omnino cõfidere ⁊ inniti ſumme
⁊ imenſe largitati. ſicut fides facit aſſenti
re ſumme veritati. ⁊ charitas facit adhe-
rere ſumme bonitati. Et dũ aia ipi inmẽ
ſe largitati inititur ꝓpter ſe ⁊ ſup oia recti
ficat̃ ⁊ ſup ſe eleuat̃ ⁊ iõ accepta efficitur
Neceſſe ẽ ꝙ habitꝰ q̃ mediãte fit illud rõ
nẽ habẽt gratuite virtutis. Et q꞉ cũ aia in
nitit̃ ei q̃ non poteſt deficere. q̃uis ipa de
ſe ſit deficiens ⁊ vacillans. fundat̃ tamen
per ſpem quaſi ꝑ firmã petrã. Et iõ ſpes
nõ tñ eſt in genere virtutũ gratuitarum:
ſed etiã earũ anchora ⁊ ſuſtentamentum
Et ideo dicit̃ ad Hebre. vj. Fortiſſimum
habemus ſolaciũ ꝑ quod cõfugimꝰ ad ꝓ
poſitũ nobis ſpem quã ſicut anchora ⁊c.
Facit etiã ſpes animaꝫ gaudere circa ea
que recta ſunt ad Hebr̃. xij. ſpe gaudẽtes
Poteſt nihilominus eſſe Spes iformis (Spes informis.)
p̃t ei aliq̃s ſpare vitã eternã ſine gr̃a gtũ
faciente ſicut manifeſte appet i illo qui ẽ
i pctõ mortali q̃ itẽꝫ facit boni q̃cq̃d p̃t.
vt deꝰ illuſtret cor ſuũ ad penitẽtiã. q̃ ſine
p̃ſumptõe ſperat ſe habituꝝ beatitudinẽ
⁊ iſte actꝰ ſperãdi ab aliq̃ hitu ꝓcedit q̃ q̃
dẽ habitꝰ bonꝰ ẽ ⁊ tenet etiã q̃dã mõ rõeꝫ
ꝟtutis. ꝓ eo ꝙ potentiã quã ꝑficit q̃dam
mõ rectificat ⁊ vigorat. Rectificat inquã
dũ aliquã ordinationem tribuit ⁊ inclina
tionem ad gloriam tanq̃ ad finem vlti-
mum vbi ſtandum ⁊ quieſcendum eſt. vi
gorat in hoc ꝙ potentiam eleuat ad eter
na bona expectanda. et quandam ſtabi-
litatem tribuit ne per deſperationem ſuc
cumbat. Quarto ſpes nominat virtu-
tis actũ et tunc ſpes oritur ex intuitu me
ritorum Nemo eniꝫ recte ſe ſperat ad be
atitudinem peruenturum niſi qui ſeruit
deo: et ſeruire proponit.

Quinto ſpes nominat virtutis ſtatuꝫ
⁊ tunc ſpes ex meritis cõcomitantibꝰ ha-
bet oꝛtum. Iuxta illud Roma. v. Tribu
latio opat̃ patientiã. patientia ꝓbationẽ
ꝓbatio ſpem. i. certitudinem ſm̃ gloſam
ad quã certitudinem ꝑuenit̃ ꝑ bona ope
ra ⁊ maxime ꝑ tolerantiã tribulationum
Sexto ſpes nominat virtutis terminũ
ſiue obiectũ. i. rem ſperatã. ſ. beatitudinẽ
ſempiternã. ⁊ tũc ſpes ex meritis p̃ceden
tibus habet oꝛtũ Et ſic ſpes virtus ſm̃ p̃
mam acceptionem p̃cedit merita. ſm̃ vlti
mã ſequit̃ ſm̃ duas intermedias ſequit̃
⁊ p̃cedit. Q̃ŭtũ ad ſecundũ ⁊ ad terciuꝫ
B de actu ⁊ obiecto ſpei. Dicendũ eſt hic ſi-
mul. Pro q̃ ſciendũ ſicut dicit s. Bona-
uẽ. in. ij. diſ. xxvj. Theologice virtutes ha
bẽt deũ ꝓ obiecto ⁊ ſuperioꝛẽ partem ani
me ꝓ ſubiecto. vnde obiectũ ſpecies ẽ bo
nũ eternũ ⁊ glorioſum. non ſub ratiõe bo
ni ſed et ardui ſiue magni. cui ſpes inniti
tur vt ꝓmittenti magna. Unde ſicut hõ
naturaliter appetit illuminari ⁊ delectari
ita etiã nãlit̃ appetit gloriari. ⁊ h̃ dico ſm̃
ipſius anime ſupremũ Sicut ergo ĩ nobis
eſt reperire aliquas virtutes ꝑficientes ⁊
dirigentes ipſam animã reſpectu veri illu
minãtis ⁊ reſpectu boni delectãtis vt̃po
te fidẽ ⁊ charitatẽ. ita erit reſpectu ardui
⁊ excellentis. hãc aũt nõ ẽ dare niſi ſpem.
⁊ hoc ſic habet manifeſtari. Spei enim
duplex eſt actus. quaꝝ vnus eſt p̃cipiũ:
⁊ oꝛigo alterius. Spes eñ facit confide-
re. ⁊ faciendo ꝯfidere facit expectare. nul
lus aũt recte confidens ꝯfidit ⁊ innititur
niſi in eo q̃ nec poſſit nec velit ſibi defice-
re. Talis aũt nõ eſt niſi ille q̃ eſt potẽtiſſi
mus in virtute ⁊ munificentiſſimus in li-
beralitate. ⁊ hoc nõ habet niſi habeat ex-
cellentiã virtutis. Cũ aũt q̃s totã fiduciã
ſuam in eum poſuit. q̃ excellentiſſime vir
tutis eſt ⁊ liberalitatis. magna ab eo expe
ctat ſe aſſecuturũ. Q̃m̃ g̃ ſpes habet obie
ctũ magnũ ⁊ arduum in confitendo. hinc
eſt q̃ habet ꝓ obiecto magnũ ⁊ arduũ in
expectãdo. Et hinc q̃ ipẽ dñs in quo ſpe
ramus magna promittit nobis in conſo-
latione ſpei noſtre. Iuxta qḋ dicit abrae:
Geñ. xv. Noli timere abraam q2 ego pro
tectoꝛ tuus ſum (in quo debes cõfidere)
⁊ merces tua magna nimis (quaꝫ debes
expectare) Concedendũ ergo eſt q̃ obie-
ctũ ſpei eſt bonũ ſub rõne magni ⁊ ardui
Et q2 glorioſum noiat magnũ ſublimita-
te. Eternũ nomiat magnũ diuinitate. Il-
lud intenſiue. iſtud extenſiue. Ideo cõce-
di põt etiam q̃ obiectũ ſpei ſit bonuꝫ ſub
rõne glorioſi. ⁊ ſub rõne eterni. ⁊ hoc ſub
rõne excellentis ⁊ indeficiẽtis. q̃ duo con
currũt ad ꝑfectã rationẽ magni ipſius bo
ni. Et q2 bonũ eternũ ⁊ glorioſum eſt du-
plex. ſ. creatũ ⁊ increatũ. ⁊ reſpectu vtriuſ
q3 eſt ſpes. Concedi põt q̃ obiectum ſpei
eſt duplex. ſ. Creatũ. ſ. id qḋ obtinendum
ſperat̃. ſ. beatitudo foꝛmalis q̃ ẽ quid cre
atũ. Et increatũ et principale in quod tẽ-
dit ſpes tanq̃ in id a quo aliq̃d obtinen-
dũ ſperat̃ ⁊ hoc eſt obiectũ principale ſc3
diuina largitas ⁊ munificẽtia. a quo beati
tudo foꝛmalis ⁊ creata q̃ omnẽ naturalẽ
potentiã excedit ſperat̃. Et eſt ſimile de fi
de. que habet ꝓ obiecto articulum fidei.
ſ3 tamẽ illi articuli fidei ſolũ credũt̃ q2 re-
uelati ſunt a deo q̃ eſt infallibilis veritas
cui primarie credit̃ tãq̃ p̃ncipali obiecto
fidei. Sic etiã dicendũ eſt de ſpe. q̃ q2 cũ
inuitat̃ ⁊ expectat beatitudineꝫ ꝓpter dei
munificentiam ⁊ largitatem. ꝯſequẽs ẽ q̃
ſpes magis figatur in deum q̃ in beatitu
dinem iuxta regulam prioꝛiſticam. ꝓpter
quod vnumquodq3 tale ⁊ illud magis.
C Q̃ŭtũ ad quartũ de ſubiecto ſpei. Dicẽ
dum ſm̃ s. Bo. vbi ſupra. Spes ẽ in po-
tentia affectiua nõ in cognitiua vt in ſub
iecto. Eſt eñ in vi iraſcibili q̃ eſt pars po
tentie affectiue. ꝓut dictũ eſt. j. tracta. ca.
xlix. Potentie eñ iraſcibilis nõ tñ ẽ dete
ſtari mala culpe ⁊ ꝑpeti mala. ſ3 etiam ag
gredi terribilia. ⁊ erigere ad magna et ar-
dua. Ad deteſtationẽ culpe aliene requi-
rit iram ꝑ zelum. Ad deteſtationeꝫ culpe
ꝓprie requirit penitentiam. ad aggreſſio-



nẽ maloꝝ pene requirit patientiam. Ad
aggreſſione terribiliũ h3 foꝛtitudineꝫ. Et
tunc ad expectationẽ eterne btitudinis ꝑ
ſpem erigit̃ a deo liberaliter ꝓmiſſe: hoc
aũt ſatis põt colligi: Tũ ex p̃te affectiõis
ſubſtrate. Tũ ex p̃te ꝯditionis adiuncte.
Tũ ex p̃te dotis ſubſecuture. Ex p̃te affe
ctionis ſubſtrate q2 cũ q̃tuoꝛ ſunt affecti-
ones p̃ncipales vic3 gaudiũ: doloꝛ: ſpes ⁊
timoꝛ. Sicut gaudiũ ⁊ doloꝛ ſunt circa eã
dẽ potentiã ſc3 ꝯcupiſcibilẽ: ita etiã ſpes
⁊ timoꝛ. Cũ g̃ planũ ſit timoꝛẽ eſſe ipſius
potẽtie iraſcibilis: nõ eſt dubium q̃n affe
ctio ſpei ad potẽtiã ꝑtinet iraſcibilẽ: ac ꝑ
h̃ habitꝰ v̾tutis ſpei dirigẽs affectionẽ il-
lã. Ex p̃te ſil̾r ꝯditionis annexe hoc ipm̃
põt aperte videri. Spei eñ eſt ſtabilire ⁊
q̃dammõ aſſecurare de aſſequẽda futura
btitudine. Stabilitio aũt ⁊ ꝯfirmatio ꝑti
net ad potẽtiã iraſcibilẽ. Sicut eñ rõnal̃
ſe h3 ad claritatẽ: ⁊ ꝯcupiſcibilis ad volu
ptatẽ: ſic iraſcibilis ad ſecuritatẽ. Quia g̃
aſſecuratio eſt cõditio cõcomitãs ipſam
ſpem indubitãter verũ eſt virtutẽ ſpei ad
iraſcibilẽ ꝑtinere Ex p̃te dotis future hoc
ipm̃ põt haberi. Sicut eñ ad fidẽ ſequit̃
viſio: ita ad ſpem ſequit̃ ſecura tẽtio. Fir
miter aũt tenere eſt ipſius potẽtie cuꝰ eſt
habitũ defendere: hoc aũt nõ eſt dubium
D eſſe potentiã iraſcibilẽ. Q̃ŭtũ ad q̃ntum
de diffinitione ſpei. Spes inq̃ntum ẽ no-
mẽ affectionis diffinit̃ a phõ. Spes ẽ ſu-
ſpitio futuri boni. Cũ eñ aĩa app̃hendit
aliq̃d nõdũ p̃ns ſ3 futuri in rõne ꝯueniẽtis
afficit̃ affectione ſpei: ſi aſſit ptãs aſſeq̃n
di: ⁊ ſic ſpes ꝯſiſtit in q̃dã ꝯfidẽtia ⁊ ere-
ctione: ſicut timoꝛ in q̃dã fuga ⁊ reſilitiõe
cũ aĩa app̃hẽdit aliq̃d ſb rõne diſcõueniẽ
tis: afficit̃ affectiõe timoꝛis ſi poſſit ab il-
lo ſuperari. Inq̃ntũ ſpes eſt nomẽ v̾tutis
tribꝰ diffinitionibꝰ notificat̃. Prima ẽ hec
⁊ eã ponit mg̃r in. ij. diſt. xxvj. Spes ẽ vir
tus q̃ ſpũalia ⁊ eterna bona ſperant̃. i. cũ
fiducia expectant̃. Spes hic diffinitur vt
dicit. S. Bonauẽ. ꝑ cõparationẽ ad obie
ctum ꝓpꝛium. Obiectũ eñ ſpei (vt dictũ
eſt) eſt ipſum bonum eternum ⁊ glíoſum
hoc aũt duplex eſt ſc3 creatũ ⁊ increatum
et reſpectu vtriuſq3 eſt ſpes: p̃ncipaliter
tñ reſpectu boni increati. Et ſm̃ hoc du-
pliciter põt intelligi p̃dicta diffinitio. Et
ſi intelligat̃ de bono increato: tũc ſpes dĩ
expectare eterna bona: q̃ quidẽ currũt ſi-
ne p̃ncipio ⁊ fine. Si aũt intelligat̃ de bo
no creato: ⁊ tũc dĩ expectare bona eterna
id eſt ꝑpetua. Utroq3 tñ mõ pluralit̃ dici
tur expectare bona eterna: non q2 plura
ſunt bona ſumma: ſ3 q2 bonũ eternũ qḋ ẽ
ipa immenſa bonitas: oĩa bona excellit ꝑ
ſui eminentiã: ⁊ bonũ ꝑpetuũ qḋ eſt bea-
titudo creata: oĩa bona cõp̃hẽdit ꝑ eq̃-
pollentiã: ideo pluraliter dĩ eterna: nõ ꝓ
pter eternitatis multitudinẽ: ſ3 ꝓpter bo-
ni expectati oĩmodã plenitudinem. Per
bona aũt ſpũalia p̃nt intelligi venia pec-
catoꝝ: grã meritoꝝ ⁊ gloria meritoꝝ: vt
dicat̃: q̃dã ſpes venie: q̃dã grẽ ⁊ quedaꝫ
gloꝛie. Scd̃a diffinitio hec eſt. Spes eſt
certa expectatio future beatitudinis: ve-
niẽs ex dei gratia ⁊ meritis p̃cedentibus.
Hec diffinitio q̃ ad primã eiꝰ partẽ habe
tur ex glo. Haymonis ſuꝑ illud Roñ. v.
Probatio vero ſpem. Spes inquit ẽ cer-
ta expectatio future gloꝛie. Diffinitio hec
dat̃ per actũ et obiectũ ſpei: vnde habitꝰ
innoteſcit ꝑ actũ et obiectũ. ij. de aĩa. Eſt
eñ ſpes habitus inclinãs ⁊ determinans
potentiã iraſcibilẽ ad certã expectationẽ
reſpectu obiecti debiti ſc3 future beatitu-
dinis. Eſt etiã ſpes habitus infuſus: quia
per eam ꝓtendit̃ appetitus iraſcibilis in
bonũ arduum ſc3 gloꝛie: qḋ eſt ſupra om
nem facultatẽ nature. Explanatur autẽ
ſic diffinitio. Spes eſt certa qḋ dicit̃ pro-
pter heſitationem ſeu dubitationem Nã
ſpes vſq3quaq3 abſq3 fluctuatione heſita
tionis eſt. Eſt eñ certitudo cognitionis
que opponitur dubitationi ſeu heſitatio
ni: ⁊ hec pertinet ad fidem. Et eſt certitu-
do fiducie: que opponitur titubationi vel
deſperationi ⁊ hec pertinet ad ſpem: ⁊ eſt
certitudo ſecuritatis: que opponitur ti-

mori ſeparationis: et hec erit in patria. Expectatio dicit ad differentiã cõprehẽſionis q̃ erit in patria vbi nihil expectat ſed oĩa p̃ſentialiter habent future btitudinis dicit ad differentiam timoris ſeruilis q̃ eſt expectatio future miſerie. Expectatio inq̃ proueniẽs ex gratia.i.benignitate dei conſiderata: dicit ad differentiã deſperationis q̃ ſeueritatẽ tm̃ cõſiderat. Et ex meritis p̃cedẽtibus dicit ad differẽtiam p̃ſumptionis: q̃ ex dei benignitate tm̃ cõſiderata ⁊ nõ cũ hoc ex meritis btitudinẽ adipiſci credit. Tercia diffinitio ſpei eſt Auguſti. de ci. dei. Spes eſt vtus qua quis ſe ad illud qd' credit ꝑuẽturum p̃ſumit. Hec diffinitio dat ꝑ obiectũ ſpei ⁊ aliã virtutẽ p̃ambulã: ſcꝫ fidẽ q̃ tangit in verbo credẽdi. Ex tribus dictis notificationib⁹ ſpei elicit quarta diffinitio integralis. Spes eſt audacia mẽtis de largitate dei cõcepta: habendi vitã eternam

E ꝑ bona merita. Quantum ad ſextum de vicijs oppoſitis ſpei. Conſiderandũ ꝙ ſpei opponunt duo vicia: vnum ꝑ defectũ ſcꝫ

Deſperatio — Deſperatio per quã cõtemnit diuina miſericordia cui ſpẽs innitit per exceſſum.

Preſumptio — Preſumptio per quã ꝯtemnit diuina iuſticia q̃ peccatores punit. Hec eñ duo vicia ſunt due ſpẽs peccati in ſpm̃ſctm̃: impugnãt eñ grãm penitentialẽ in cõꝑatione ad deuꝫ a quo datur: fiunt eñ pctã in ſpm̃ſctm̃ ex certa malicia ſiue induſtria: q̃ eſt auerſio volũtatis malignãtis a ſumme clemente deo. Clemẽtia autẽ ſumma: deo ſpũiſctõ appropriat. Nam vniuerſe vie dñi miſcdia ⁊ veritas ſiue iuſticia: miſericordiã impugnat: deſperatio: iuſticiã p̃ſumptio: ⁊ ſic ambo vicia ſpei opponũtur. Nam ſpes vt dictum eſt quaſi duabus baſibus innititur: dei vicꝫ liberalitati ſiue miſericordie: qui ſibi ſeruiẽtes remunerat de qua diffidit deſperatio: ⁊ dei iuſticie qui ſibi ſeruientes ſoluit qui promiſit quã contemnit preſumptio. Conſiderandũ igitur ꝙ deſperatio oponitur ſpei: quia per ſpem reuocamur a malis ⁊ introducimur in bona ꝓſequẽda. Et ideo ſpe ſublata irrefrenate homines in vicia labuntur ⁊ a bonis operibus retrahunt. et hoc fit per deſperationem. Unde dicit Iſidorus de ſum. bo. Perpetrare flagitium aliqd' mors eſt. Sed deſperare eſt deſcendere in infernum. Oritur autẽ deſperatio ſicut dicit Grego. in mora. ex luxuria. Ex luxuria eñ ꝓuenit ꝙ homo faſtidit bona ſpũalia ⁊ nõ reputat ea bona ardua. Unde San. Bonauẽtu. eam ſic deſcribit. Deſperatio ſiue horror futuri ſeculi eſt voluntas voluptate pñti cecata de eterna iocũditate deſperans. Sed ſpecialius ſm Greg. Deſperatio oritur ex accidia: que eſt triſticia q̃dam ſpũs deiectiua vt ſic diffinitur. Deſperatio eſt voluntas grauedineꝫ reprimens: de dei adiutorio ad perficienda agenda diffidens: ſiue de remuneratione diuina: ꝓpter ſuſtinentiam grauedinis que eſt in implẽdis preceptis diffidẽs. De p̃ſumptione q̃ opponit ſpei ꝑ exceſſum. Sciendum ꝙ duplex eſt p̃ſumptio vicioſa: vna q̃ oritur ex propria virtute q̃ eſt ſpecies ſupbie et opponitur magnanimitati: de qua ſupra habitum eſt ca. xix. Altera preſumptio vicioſa eſt: que conſurgit ex contẽptu diuine maieſtatis et iuſticie: que ſi ex ſola electione procedit eſt peccatum in ſpm̃ſanctum et directe opponitur ſpei. Eſt enim quedaꝫ ſpei inordinatio ex ſola electione procedens ſm Richardum. Et hec recte videtur oriri ex ſuperbia: ac ſi talem quis ſe extimat ꝙ etiam eum peccantẽ deus nõ puniet. Conſiderandum etiam ꝙ preſumere q̃nqꝫ ponitur ꝓ ſperare Iudith. ix. Exaudi me miſerã de tua miſericordia preſumentẽ. Ipſa nanqꝫ ſpes recta que habetur de deo videtur p̃ſumptio ſi ſm humanam conditionem menſuretur. Non autem eſt preſumptio ſi diuine bonitatis immenſitas attendatur. Donum ſpiritusſancti correſpondens ſpei eſt donuꝫ timoris: quo timemus nos ſub ſubtrahere ab auxilio diuino per quod auxiliũ fiduciam habemus obtinere quod ſperamus.

De charitate.

Caplm xxv.

A — De charitate. — C

Charitatẽ xp̃us tantã habuit qua maior eſſe nõ valet: q̃ ex charitate eximia aĩam poſuit ꝓ amicis ⁊ inimicis. Habuit etiam in corde charitateꝫ: quã ope nobis exhibuit: vt exhibitionis forma nos ad diligendũ inſtrueret. Ad charitatẽ etiã (q̃ eſt radix forma finis complementũ vinculum ꝑfectionis) magiſter oim xp̃us legem ⁊ ꝓphetas ⁊ ꝑ cõſequẽs vniuerſa dei mandata ⁊ documẽta reducit. Igit hic aliquid dicendũ erit de charitate. Et p̃mo in pñti caplo de ipſa Scdo de effectibus cõſequẽtibus actum charitatis ca. ſequenti (de ipſa charitate. Primũ dicendũ eſt q̃tum ad eius ſubiectum. Scdo q̃tum ad eius obiectũ. Tercio q̃tum ad actuꝫ. Quarto quo ad eius eſſentiam. Quinto quo ad oppoſitũ vitiũ ſcꝫ odium. Quo ad primuꝫ dicendum ſm. s. Bona. ꝙ ſubiectũ charitatis ẽ vis cõcupiſcibilis: q̃ eſt pars potentie affectiue ſiue voluntatis. Uirtutes nanqꝫ theologice habent partẽ aĩe ſuperiorẽ ꝓ ſubiecto: vnde ſicut homo naturaliter appetit illuminari in rõnali: ſub rõne veritatis ſup poſſe naturale noſtri intellect⁹ eleuare ſm ſtatum preſentẽ. ſcꝫ ꝑ fidem: ⁊ gloriari in iraſcibili: ſub rõne bonitat⁊ ſua arduitate facultatẽ humanã excedẽtis. ſcꝫ per ſpem: ſic etiã appetit naturaliter delectari in voluntate cõcupiſcibili: ſub rõne ſup̃me volũtatis ſeipſam ſupnaturaliter cõmunicantis ꝑ charitatẽ: que eſt quidã habitus ſupnaturaliter infuſus in vi concupiſcibili ꝑ ſpm̃ſanctũ: nõ ſm capacitatem naturalium: ſed ſm voluntatẽ ſpũſſancti diuidẽs ſingulis ꝓut vult. Ille autem habitus charitatis inclinat ad actuꝫ charitatis: ⁊ facit potentiã ꝯcupiſcibilem delectabiliter ⁊ ꝓmpte ⁊ faciliter operari Item ſicut cõtingit potentiaꝫ rõnalem ⁊ iraſcibilem obliquari ⁊ dirigi: ita etiaꝫ cõcupiſcibilem: ergo ſicut aliqua eſt virtus theologica in rõnali: ⁊ aliq̃ in iraſcibilili: ita aliqua debet eſſe in cõcupiſcibili: ſꝫ hec non eſt niſi charitas. Quo ad ſcdm de obiecto charitat̃. B Rñdet ſctũs Bonauẽ. in. iij. diſt. xxvij. ꝙ obiectũ formale primũ ⁊ principale charitatis rõne cuius diligitur q̃cquid ex charitate diligit: eſt bonuꝫ ſummũ ⁊ bonũ ſimplr ſub rõne boni: videlicet deus ſub rõne p̃me bonitatis ſupnaturaliter ſe cõicantis. Eſt eñ de⁹ ſummũ bonuꝫ quo nil melius excogitari vel eſſe põt: ⁊ a q̃ eſt oẽ qd' aliq̃ mõ bonũ eſt. Ipſe eñ eſt infinitus cuius nõ eſt aliud eſſe q̃ amare: vñ dicit Anſhel. ꝙ rõnalis creatura nihil debet diligere niſi ſummã eſſentiam. Et licet om̃es virtutes theologice habeant deum ꝓ obiecto: Obiectuꝫ tamẽ charitat̃ diſtinguit ab obiecto aliarum virtutum theologicaꝝ non ſm ſubſtantiam (quẽadmodũ diſtinguit ab obiectis virtutũ cardinaliũ: q̃ habent obiectum creatum) ſed ſm rõnem mouendi: que quidem ratio mouendi facit diuerſitatem in actu et habitu et potentia: ſicut patet quia q̃uis vnum ⁊ idem ſint verũ ⁊ bonum: tamen cognitio ⁊ affectio: ⁊ potentia cognitiua ⁊ affectiua: ⁊ habitus ſcientie ⁊ virtutis: habent adinuicem differentiam: vnde ſicut fides reſpicit deũ ſub ratione veri: ſpes ſub ratione ardui. ſic charitas ſub ratione boni: ſic obiectum charitatis non diſtinguit ſm ſubſtantiaꝫ ab obiectis aliarum virtutum theologicarum: ſed quia bonum ſub ratione boni ⁊ verum ſub ratiõe veri dicunt diuerſas rationes mouendi ſm quas ratiões mouendi eſt diſtinctio in obiectis Ordo diligendorum. — Ordo diligendorum. — Plura autem alia ſunt diligenda ex charitate propter ſummaꝫ bonitatem: ſiue propter deũ ſub rõne ſummi boni. Licet enim omnia opera diuina ſint valde bona. Quatuor tamen ſunt ex ordine charitatis diligenda: ſm Auguſt. in libro de doctrina xp̃iana. Unum quod eſt ſupra nos ſcꝫ deus. Alterum qd' nos ſumus. Tertiũ qd' iuxta nos ſcꝫ ꝓximus

Quartū qđ infra nos ſcʒ humanū corpꝰ
ad hec q̄tuoꝛ reduci poſſunt oīa dilige̅
da. Angeli eñ ꝯtinent noīe ꝓximi: vt di
cit Auguſt. Coꝛpus vo ꝓximi ꝯtinet ſub
q̄rto mēbꝛo: qꝛ eſt infra nos ſicut coꝛpus
nr̄m. Hoꝝ aūt ſufficientiā aſſignat ſctūs
Bona. Ex charitate diligere eſt ſummū
bonū optare dilectio. Qui ḡ ex charitate
diligit: aut optat ſummū bonū ipſi deo: ⁊
ſic eſt pmū membꝝ: aut ſibipſi: ⁊ ſic eſt
ſcđm: aut ſibi ſimili: ⁊ ſic eſt tertiū: aut ſi
bi inherenti: ⁊ ſic ē q̄rtū. Eſt aūt deus di
ligēdus ſup oīa: pmo ꝓpter ſe: nos ſcđo
ꝓ deo ⁊ ſub deo. Proximus autē ter
tio: ſicut nos ⁊ ex quo nos: qꝛ affectu et
effectu. Ad qđ nos: qꝛ ad grām in pn̄ti et
ad gliam in futuro. In q̄ nos: qꝛ in bono
ꝓpter qđ nos: qꝛ ꝓpter deum. Quarto
coꝛpus nr̄m infra nos ⁊ infra ꝓximum:
tanq̄ bonū minus p̄cipuū ⁊ infimū: ⁊ in
codē gradu ꝯtinere dꝫ coꝛpus ꝓximi: q̄a
vtrūqꝫ tenet rōnem inferioꝛis. Ad hec
aūt exequēda dat nobis vnus charitat
habitꝰ (Eſt eñ vnus ⁊ indiuiſus ſm ſpe
ciem: licet ſm nūerū plures ſint habitus
charitat. In diuerſis eñ aīabus plures
ſunt charitates: cū habitꝰ ⁊ accidētia nu
merent penes ſubiectū. In oībus tñ in
q̄bus ē: ē vna charitas ſpecie) Et duplex
mandatū: in q̄ pendet vniuerſitas legis ⁊
ꝓphaꝝ noui ⁊ veteris teſtamenti. Amoꝛ
eñ cū ſit pōdus mētis ⁊ oꝛigo oīs mēta
lis affectiōis: defacile reflectit in ſe: ⁊ diffi
ciliter tendit in ꝓximū: ⁊ difficilius eleua
tur in deū. hinc ē ꝙ q̄tuoꝛ licꝫ ſint diligen
da ex charitate Duplex tñ dat mādatū
vnū qđ dirigit in deū: aliud qđ dirigit in
ꝓximū: in mādato ꝓximi includit dile
ctio ſui: qꝛ ad h̄ eſt oꝛdinatꝰ p naturā: iđ
nō oppoꝛtuit ad h̄ induci p̄ceptio. Coꝛ
relariū licꝫ multa ſunt diligenda: vnū tñ
ſolum eſt bonū optatū: ⁊ illud ē obiectū
p̄ncipale habitꝰ charitatis: q̄m ipm ꝓpter
ſe optat a charitate: ita ꝙ hꝫ rōnē obiecti
pꝛincipaliter mouētis ⁊ finis quietantis.
Et qꝛ eſt vnū ſolū: ſiue cōpet ad ſe: ſiue
competit ad eū q̄ habet charitatē: ſiue ad
eius ꝓximū: hinc ē ꝙ charitatis obiectū
eſt vnū ſolū. Aſſignat aūt Ambro. p̄ter
ſupꝛadictū: aliū oꝛdinē. Nā ponit ſex di
ligēda ex charitate: vt pmo deū: ſcđo noſ
metipſos: tertio parētes: deinde filios et
fratres: poſtea domeſticos: demum inimi
cos diligamꝰ: hoꝝ q̄tuoꝛ vltima membꝛa
reducunt ad tertium membrū Auguſti.

Q̄rtum ad tertium de actu charitatis. C
Circa qđ ꝯſiderādū: ꝙ actus charitatis
ſunt duplices: quidā actus ab ea impan
tur: ⁊ iſti ſunt plures ⁊ ſm ſpēm differen
tes: qꝛ voluntas p charitatē impat actibꝰ
oīm aliaꝝ virtutū: ſicut motoꝛ pmꝰ non
ſicut motoꝛ immediatꝰ. vñ. j. Coꝝ. xiij. di
cit apl's ꝙ charitas patiēs eſt: benigna ē:
oīa ſuffert: oīa credit: oīa ſperat ⁊c. Et e
numerat ibi in opa v̓tutū. Q̄n ergo dicit
charitas patiēs eſt: charitas benigna eſt.
dicit ſctūs Bona. ꝙ illa p̄dicatio eſt cau
ſalis ⁊ p cauſam data. Et ſi tu q̄ras p qđ
genus cauſe. Rn̄det ſctūs Bona. ꝙ cha
ritas in mouēdo: q̄dāmō habet rōnē effi
cientis: q̄dāmō foꝛmalis: q̄dāmō finalis:
Amoꝛ aūt charitatis alijs virtutibꝰ vt in
actus ſuos exeant impat: ⁊ impando in
foꝛmat: quia facit eos meritoꝛios: ⁊ infoꝛ
mādo iūgit fini: ⁊ in ipſo q̄etat: dum facit
nos adherē deo ⁊ ipſo frui. Habet etiā
charitas rōnem efficientis: foꝛme ⁊ finis
reſpectu volūtatis nr̄e. Charitas eñ ꝯti
nuat voluntatē nr̄am deo: vt p̄ncipio mo
uenti. Et ꝯfoꝛmat ei: vt regule dirigēti: et
iungit: vt fini quietāti: qꝛ qđ eſt pōdus in
coꝛpibus hoc eſt amoꝛ in ſpiritibꝰ: ⁊ iđo
ſicut deus habet rōnem efficiētis inq̄ntū
mouet: ⁊ foꝛmalis inq̄ntū dirigit ⁊ finalis
inq̄ntū q̄etat: ſic ⁊ ipſa charitas reſpectu
opis boni a volūtate impati: habet rōnē
iſtius triplicis cauſe: ſm diuerſas cōpa
tiones nr̄e volūtatis ad diuinā volūtatē
Dicit etiam ſup hoc vinculū pfectionis:
in cōpatione ad ꝓximos q̄ nobis in vin
culo charitatis iungunt. Et ideo dī chari
tas: quaſi chara vnitas: qꝛ vnit hoīes in



vinculo pfecte dilectionis. Ex his claret
id qđ dictū eſt in p̄ncipio huius capli: ꝙ
Charitas eſt radix foꝛma finis et vinculū
pfectionis. Q̄ aūt charitas ſit radix ptꝫ
p Grego. qui dicit ꝙ p̄cepta ſunt multa p
diuerſitatē opis: ⁊ vnū in radice dilectio
nis: qꝛ quicq̄d p̄cipit in ſola charitate ra
dicat. Nō qꝛ ſolius charitatis ſit exequi
p̄cepta iniuncta: ſed qꝛ alie v̓tutes nō exe
quunt diuina p̄cepta ſm acceptationem
diuinā nec ſunt meritoꝛie vite eterne ſine
charitate. Secūdi ſunt actus charitatis
eliciti ab ea. Et iſti ſunt plures p oꝛdinē
ſe habētes. Ille tñ actus q̄ immediate eli
citur a charitate ⁊ mediante q̄ alij actus
ab ea eliciunt: non pōt eſſe niſi vnus ſm
ſpēm: q̄ eſt diligere ſiue actus diligendi.
Quo elicit actus deſiderādi bonū futuꝝ
⁊ dī deſideriū. Gaudendi de bono pn̄ti: ⁊
dī gaudiū. Odium malum ꝯtrariū bono
ex charitate amato: ⁊ fugiendo illud cum
eſt futurū: ⁊ triſtando de illo cū eſt p̄ſens

De actu charitatis imediate ab ea eli
cito dicit San. Bonauē. in. iij. diſt. xxvij.
Actus charitatis eſt diligere: diligere aūt
eſt idem qđ velle bonū. Cū ergo charitas
diligit aliquē: bonū optat ei quem diligit.
Iſtud āt bonū qđ charitas optat vnū ſo
lum eſt: vicꝫ bonū eternū ⁊ bonū ſummū
Iſtud aūt bonū ſummū p charitatē: ali
q̄n optat deo: aliq̄n ſibi: aliq̄n ꝓximo: ſm
ꝙ optat ipſum ipſi deo: dicit diligere deū
qꝛ vult ꝙ ipſe ſit ſummū bonū: ⁊ ꝙ habe
at omne bonū p eſſentiā. Scđm ꝙ optat
illud ꝓximo: ſic dī diligere ꝓximū: quia
vult ꝙ habeat illud bonū p grām ⁊ gl'aꝫ
ſm ꝙ optat illđ ſibi: ſic dī diligere ſeipm.

D Conſiderandū hic ꝙ q̄uis dilectio im
mediate reſpicit actū ꝯcupiſcibilis nihilo
minus tñ actus aliaꝝ viriū reſpicit vt diſ
ponētes: vñ oēs vires aīe q̄dammō oꝛdi
nant ad ipāꝫ dilectionē: ſicut ad id qđ rō
nem cōpletā hꝫ reſpectu oīm virium. Et
q̄m vires ſuperioꝛes aīe ſunt tres: iđ tres
opponūt ꝯditiones ꝓ actu diligēdi. Et
rurſuꝫ: qꝛ ternarius viriū aīe duplr̄ habꝫ
diſtingui: ita ꝙ vnus illoꝛum modoꝛum
nō diſcoꝛdat ab alio: ideo ꝯditiones circa
actū diligendi reſpiciētes vires aīe dupli
ci mō opponi ⁊ diſtingui habēt. Uno mō
diſtinguunt vires aīe ſm ꝙ in eis ꝯſiſtit
imago ⁊ dn̄t eſſe in mēte vicꝫ memoꝛia in
telligētia ⁊ voluntas. Et ſm iſtas tres vi
res aſſignant tres ꝯditiones in Matth.
xxij. Ex toto coꝛde: ⁊ reſpicit intelligentiā
qđ exponit Augꝰ. id eſt ex toto intellectu
ſine erroꝛe. Ex tota aīa. i. ex tota volūta
te ſine ꝯdictione. Ex tota mente. i. ex tota
memoꝛia ſine obliuione. Alio modo di
ſtinguunt vires aīe in rōnalem iraſcibilē
cōcupiſcibilē. Et ſm hoc tres apponūtur
ꝯditiones Deut. vj. Quarū vna reſpicit
rōnalē vicꝫ Ex toto coꝛde. Alia ꝯcupiſci
bilem: vicꝫ Ex tota aīa. Et tercia iraſcibi
lem vicꝫ Ex tota foꝛtitudine. Loco cu us
Marci. xij. ponit iſta ꝯditio. Ex tota vir
tute. Et Luce. x. Ex omibus viribus tuis
Exponunt aūt a bernhardo. Ex toto coꝛ
de. i. ſapiēter. Ex tota aīa. i. dulciter. Ex
tota foꝛtitudine. i. foꝛtiter: vt non ſeduca
mur fallacijs: non abducamur blādicijs:
nō frangamur iniurijs. Q̄ vero totū coꝛ
ſemp ferat in deū actu ſm dictas ꝯditio
nes hoc ſolū erit in patria: ⁊ nō pōt eſſe in
via ꝓpter humanam fragilitatē: vt dicit
Augꝰ. Poteſt tñ hō q̄nqꝫ ſtudiū ſuum de
putare ad vacandū deo et diuinis oībus
alijs p̄termiſſis: niſi q̄ntum req̄rit neceſſi
tas pn̄tis vite. Et hoc poteſt eſſe in via.

Aliter exponit Lyra cōditiones appo
ſitas in p̄cepto charitatis. Sunt eñ q̄tu
oꝛ de rōne huius p̄cepti ſcꝫ diligendū Ex
toto coꝛde Ex tota mente Ex tota anima
⁊ ex tota foꝛtitudine. Cum eñ diligere ſit
actus volūtatis. Duplex autē eſt actus
ipſius. Unus eſt elicitus qui immediate
egredit ab ipā volūtate: qꝛ ſicut ex coꝛde
oꝛitur motus ad alias ptes coꝛpoꝛis ita
voluntas mouet alias potentias anime.
Diligere ergo deuꝫ ex toto coꝛde eſt ipm
diligere ꝙ nihil diligit contra ipm. Alius
eſt actus volūtatis impatus: q̄ eſt actus

alterius potẽtie mote ad ſuũ actum per ipſam voluntatẽ (de duplici actu volũtatis: habitũ eſt. j. tracta. xxxv. ⁊ xxxvij. ca.) Per voluntatẽ nãq; informatã charitate mouet̃ intellectus ad aſſentiendũ his q̄ ſunt fidei: ⁊ ad meditandũ de deo dilecto Iſte actus ſignificat̃ cũ ſubdit̃. Ex tota mẽte. Ibi eñ mens accipit̃ ꝓ intellectu. Alterius ꝑ voluntatẽ mouet̃ appetitus ſenſitiuus vt ↄformet̃ ſuperiori parti: q2 ſicut ſpera ſuperior mouet̃ inferiorẽ ſuo motu: ita voluntas appetitũ ſenſitiuũ: vt dr̄. ij. de aĩa. Et iſte actus notat̃ cũ dicit̃ Ex tota aĩa: ꝑ aĩam intelligit̃ hic pars ſenſitiua: ſm ꝙ dr̄ Geñ. j. factus eſt homo in aĩam viuentẽ. i. vitã aĩalem ⁊ ſenſibilem corpori dantẽ. Alterius ꝑ voluntatẽ mouent̃ potẽtie motiue ⁊ executiue ad operandũ ex dilectione: ⁊ hoc notat̃ cum dr̄. Ex tota fortitudine. Uel ex oĩbus viribꝰ tuis: vel ex tota virtute: qđ idẽ eſt (ad q̄ et ad q̄t ſe extendat imperiũ voluntatis: dictũ eſt ſ. j. tract. ca. xxxvij.) Q̄tum ad

E quartũ diffinitionẽ ſcʒ charitatis. Dicendũ ꝓut dicit. s. Bonauẽ. in. iij. diſt. xxvij. ⁊ in centiloquio. Charitas ſm multiplicẽ ſui cõparationẽ hʒ multipliciter diffiniri.

Compata ad actũ ꝓpꝛium q̄ eſt vnire ⁊ adherere tripl̄r diffinit̃. Primo ab Aug. in li. de moribus eccleſie ſic. Charitas eſt animi rectiſſima affectio ↄiungẽs nos cũ deo: per hoc qđ dr̄ Coniungens charitas differt a ſpe: q2 ſpei ꝓprie loquẽdo nõ conuenit vnire ſed magis erigere. Fidei eñ eſt dirigere: ſpei erigere: et charitatis adherere. Scđo diffinit̃ ab Augꝰ. in li. ſoliloqui. Charitas eſt virtus qua deum videre: eoq; perfrui deſideramus. Hec notificatio datur ſm digniorem actum charitatis per comparationẽ ad vltimum finem: ibi per deſideramꝰ explicat̃ deſiderium quod eſt actus charitatis: et ſumit̃ ꝓut excludit faſtidium: et non ſolum eſt rei abſentis immo preſentis: ⁊ diffinitur hic charitas vie: que habet ſecum annexam imperfectionẽ quia deſiderium eſt rei abſentis et motus imperfectus: vnde ſicut fides cognoſcit ſibi ⁊ alijs ꝟtutibus ſic charitas deſiderat ſibi et alijs. Et qm̃ perfectio mercedis conſiſtit in viſione et fruitione dei: hinc eſt ꝙ charitas diffinit̃ per deſiderium vtriuſq;: non quia videre ſit ꝓpꝛium eius: ſed quia deſiderium habendi deum eſt ꝓpꝛium charitatis. Tercio diffinit̃ in li. de ſpiritu ⁊ anima. Charitas eſt vita copulans amantẽ cum amato vicʒ affectum nr̄m cum deo: ibi vita nõ accipitur pro vita ꝓut eſt actus pꝛimus quia ſic eſt perfectio abſoluta Copulatio vero amantis cum amato eſt qualitas reſpectiua: ſed ſumitur vita prout eſt actus ſcđs habens reſpectum ad obiectũ. Charitas eñ viuificat ⁊ copulat aĩam cũ deo.

Compata ad habitum ſibi adiunctum diffinitur ab ap̄lo. j. Thimo. j. Charitas eſt finis pꝛecepti: de corde puro: cõſciẽtia bona: ⁊ fide non ficta. Hic charitas diffinitur in compatione ad habitus aliarum virtutum theologicarum (q2 vnit eas ſitu) ꝓncipatũ tenet inter eas. Et ideo mouet ⁊ informat ⁊ terminat ſiue ↄſummat vnde dicit Glo. Charitas eſt finis cõſummationis: ſicut tunica que cõſummat̃ vt perfecta ſit: non conſumptionis: ſicut panis q̄ conſumit̃ vt non ſit. Et ꝓpterea eſt finis p̄cepti: quia eſt finis aliarum virtutum theologicarum. Actus eñ aliarum diſponũt ad actum charitatis ſcʒ diligere quem ipſa charitas immediate elicit: ideo enim quia credimus deum liberaliſſimũ ſperamus in eo. Et q2 de liberalitate ipſius ſperamus: eum diligimus. Et ideo ponuntur ibi tres conditiones. Et ꝑ pꝛimã que dicitur ibi De corde puro: tangit̃ cõditio charitatis cuius eſt depurare affectum ab omni terrenitate. Oportet enim cor depurare ab amore mundi vt impleatur amore dei. Per ſcđam conditionem tangitur conditio ſpei: quia dicit Glo. Ille ſperat qui conſcientiam bonam gerit. Per terciam conditio fidei: fides ſcilicet non ficta ſed vera: non illa quem heretici



fingunt: ⁊ ſm hoc cõditiones tres dicte ordinant̃ ſm ꝙ pꝛincipalius ad charitatem diſponunt. Charitas compata ad obiectũ ꝓpꝛium diffinit̃ a magrõ in ſentẽtijs lib. iij. diſt. xxvij. Charitas eſt dilectio qua diligit̃ deus ꝓpter ſe: ⁊ ꝓximꝰ ꝓpter deum ⁊ in deo. Hic diffinit̃ habitus ꝑ ſuũ actũ: q2 charitas noĩat habitũ ſ3 dilectio actũ: ⁊ ſic diffinit̃ charitas ꝑ dilectionẽ tanq̃ minus cõe ꝑ magis cõe vt patebit. In dicta diffinitione dicit̃ in deo: ꝓpter illos qui iuſti ſunt q̄ manẽt in deo ꝑ grãm ꝓpter deum: dicit̃ q̄tum ad illos q̄ nõdũ ſunt iuſti: q̄ ad hoc amãdi ſunt vt iuſti fiant: et in deo ꝑ grãm maneant Auguſti. Qui amat homines: aut quia iuſti ſunt:

F aut vt iuſti fiant: amare debet. Diſtinguit aũt ſctũs Bona. in Centilogo inter amorẽ: dilectionẽ ⁊ charitatẽ. Naʒ amor cõpetit irrõnalibus ⁊ rõnalibꝰ creaturis. Et eſt triplex gratuitus: ⁊ habet finẽ pꝛincipalẽ verũ bonũ ſcʒ incõmutabilem deum. Libidinoſus: ⁊ habet finẽ voluptatẽ ſiue delectationẽ in creatura. Naturalis habet finem neceſſitatẽ ſiue vtilitatẽ pꝛopꝛiam. Pꝛimus eſt laudabilis: q2 virtus. Scđs vituꝑabilis: q2 pctm̃. Tertius nec laudabilis nec vituꝑabilis: quia naturalis eſt. Dilectio ꝟo ⁊ charitas tantũ irrõnalibus dicit̃ cõuenire. Item inter dilectionem ⁊ charitatẽ drĩa inuenit̃: nam dilectio eſt volũtatis deliberatiue: q̄ſi de diuerſis electio rõnalibus ↄuenit ſiue iuſtis ſiue iniuſtis. Charitas eſt gratie: ⁊ ſolum eſt iuſtoꝝ: ⁊ eſt minus cõmune reſpectu dilectionis. Eſt aũt in charitate p̄ ceteris virtutibus ꝑfectio ⁊ dignitas ſpecialis: nam cum ſit forma virtutũ. Nõ po-

Charitas informis. teſt Charitas informis eſſe: triplici rõne. Una ex parte obiecti. Idem eñ habet ꝓ obiecto ⁊ fine ſcʒ deum: qđ non eſt reꝑire in alia virtute. Finis eñ charitatis ẽ bonum ſub rõne boni ⁊ ſummũ bonum. et hoc ſiquidẽ bonũ ſub rõne boni: eſt charitatis obiectũ. Inſeꝑabilis eñ eſt a fine rõne cuius eſt ꝑfectio q̄tum ad meritũ in virtute. Alia ex parte ſubiecti. ipſa eñ eſt regula rectificãs voluntatẽ qua rectificata tota aĩa recte viuit. Tertia ex ꝑte cauſe: habet eñ ſimilitudinẽ cum ſancto ſpiritu a quo eſt: qui etiã charitas dr̄ ſiue amor: a quo inſeꝑabiliter eſt: ⁊ ideo eẽ informis oĩno non põt. Non ſolum charitas habet ſimilitudinẽ cum ſctõ ſpiritu verũetiam cum deo trino ⁊ vno. Queãdmodũ eñ i deo trino ⁊ vno reſpectu creature coincidũt tres cauſe in vnũ: efficiens vicʒ formalis ⁊ finalis. Oĩs q̄ppe creatura (vt dicit ſctũs Bonaueñ.) cõſtituit̃ in eſſe ab efficiente: format̃ ad exemplar: ordinat̃ ad finẽ: ſic charitas ſm compationem triplicis cauſe: cuʒ nos ꝑfecte cõformes faciat deo (vt ſupra dictũ eſt) eſt omniũ virtutũ gratuitaꝝ radix: forma et finis. Idcirco dicit̃ in dicta diffinitione. Charitas ẽ finis p̄cepti. i. pꝛeceptorũ ſm gloſam. Sicut eñ in ſpeculabilibꝰ oẽs concluſiones dependent ex hoc pꝛincipio de quolibet affirmatio vel negatio: ſic in operabilibus omnia dependent ex charitate. Ex dilectione ſcilicet dei pꝛincipaliter: ⁊ cõſequẽter ex dilectione ꝓximi: propter qđ omnia mandata legis ⁊ monitiones: non ſunt niſi quedam explicationes iſtorum duorum mãdatorũ: quia omnia ordinant̃ finaliter in charitatẽ. ſcilicet in dilectionem dei ⁊ ꝓximi: ſimiliter doctrina ꝓphetaruʒ ad hoc ordinat̃. Q̄tum ad quintũ dicendum ꝙ odium opponit̃ dilectioni: qui eſt actus pꝛincipalis charitatis. In dilectione: q̄ eſt ſimplex actꝰ charitatis quo volumus alicui bonum: includitur Beniuolentia que ſupra dilectionem addit vnionẽ affectus ad id qđ diligitur: cui opponunt̃ duo ſcilʒ odium dei: qui poteſt habere odio dupliciter: inq̄ntum ſcʒ appꝛehenditur vt peccatoꝝ ꝓhibitor: ⁊ vt penarũ inflictor. Scđm qđ opponit̃ beniuolẽtie eſt odium pꝛoximi: quando ſcilicet odio habetur: vel natura: vel gratia fratris. De odio habitũ eſt: ij. tractatu, ca. xxiij. Beniuolentia

De effectibus dilectiōis ⁊ vitijs oppoſitis. Caplm xxvj.

De effectib⁹ dilectionis ⁊ vitijs oppoſitis.

C

Charitas actū principalē qui ē dilectio: cōſequunt̄ ſex effect⁹: tres interiores ⁊ ſunt Gaudiū: pax: q̄ includit concordiā ⁊ miſcdia. Tres exterioris. ſcʒ beneficentia: elemoſinaꝝ largitio ⁊ correctio fraterna. De q̄bus cū eoꝝ vitijs oppoſitis dicendū eſt in hoc caplō ordine quo enumerati ſunt.

Gaudium

A

Gaudium eſt primus effect⁹ interior ꝯſequēs actuʒ dilectionis. Circa qd̓ ſciendū: ꝙ amor ſiue dilectio cauſat gaudiū quādo adeſt amatū. Charitas eñ eſt amor dei: qui ex hocipſo ꝙ amatur eſt in amante ꝑ nobiliſſimum ſui effectū: Scdm illud Johānis prime. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Et ideo ſpirituale gaudium qd̓ de deo habet̄ a charitate cauſat̄: de gaudio volūtatis ſpūali ⁊ ſenſualitatꝭ carnali: multa dicta ſunt. ij. trac. xxiiij. ⁊ xxxij. caplis. Gaudiū ē duplex Quoddā eſt de bono diuino ſm ſe ꝯſiderato: vel ſm qd̓ ꝑticipat̄ a nobis: cui opponit̄ Accidia que importat quoddā tedium in opando: ⁊ triſtat̄ de bono diuio: de quo charitas gaudet. Quoddā gaudium eſt dilectio ꝓximi: cui opponit̄ inuidia ſm ꝙ triſtat̄ de bono ꝓximi inq̄ntuʒ eſtimat̄ vt malum ꝓprium ⁊ minuitiuuʒ ꝓprie glorie: vñ Inuidia deſcribitur. Eſt diſſenſio ab alieno bono exiſtimato diminuere ꝓprium.

B

Pax

Pax: ſecūdus eſt effectus interior charitatis ꝯſequēs actū dilectionis: iuxta illud: pax multa diligētibus legem tuā. De pace ꝑmo videndū eſt: ſcdo de vitijs oppoſitis. Circa primū ſciendum: ꝙ vbicunqꝫ eſt pax ibi eſt Cōcordia nō tñ ecōuerſo: ſi nomē pacis ꝓprie ſumatur. Cōcordia eñ ꝓprie ſumpta eſt ad alterum. ſcʒ inq̄ntū voluntates diuerſoruʒ cordiū ſimul ꝯueniunt in vnū ꝯſenſum: vnde dicit̄ ꝯcordia a concors: ⁊ eſt cōuenientia vel cōpacificatio. Cōcordia nāqꝫ importat cōuenientiā ſeu vnionē diuerſorum appetituū: ⁊ ſm hoc ꝯcordia poteſt eſſe aliquoꝝ impioꝝ in malo: vñ Tulius eam ſic deſcribit. Cōcordia eſt virtutis cōciues ⁊ cōpatriotas: ⁊ eodeʒ iure ⁊ cohabitatione: ſpontanee metiens. Sup hanc aūt vnionē pax addit vnionē appetituuʒ ⁊ motuū vnius appetētis. ſcʒ appetitus ſenſitiui ⁊ intellectiui: ⁊ hec nō eſt impiorum: q2 nō eſt pax impijs dicit dn̄s Yſa. xlviij. Semꝑ (vt di Sap. xvij.) ꝑſumit ſeua ꝑturbata ꝯſcientia. Ex remorſu eñ vermis ipſius ſinderesis impioꝝ ꝯſcientia eſt ꝑturbata ⁊ inq̄eta: ⁊ ꝑſumit ſeua. i. vltiones diuinas ſuꝑ ſe venturas anteq̄ veniāt: ſicut Cayn q̄ dixit anteq̄ puniret̄ ero vagus ⁊ ꝓfugus Gen̄. iiij. Pax autē deſcribitur ab Auguſti. in li. de ciui. dei. xix. ca. xiij. Pax oim rerum eſt tranq̄llitas ordinis: ⁊ ſbdit deſcriptionē ordinis. Ordo eſt pariū diſpariūqꝫ rerū: ſua cuiqꝫ loca tribuēs diſpoſitio. Cōuenit eñ ordo cum iuſticia qui dat vnicuiqꝫ qd̓ ſuū eſt. ꝓpterea bene enūciatū eſt ꝑ ꝓphetā Yſaie xlviij. Opus iuſticie eſt pax: q̄ eſt ordinis trāquillitas. Hanc ꝟo trāquillitatē ordinis facit iuſticia: ius vnicuiqꝫ ſuū tribuēs qua iure dicit pꝰ. Juſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Ad intellectū diffinitōnis: pax eſt trāquillitas ordinis. Conſiderandū ꝙ in homine pacifico triplex debet eſſe ordo: ad ſeipm̄: ad ꝓximū ⁊ ad deū. Primo requirit̄ trāq̄llitas ad ſeipm̄: ⁊ hoc q̄tū ad tria q̄ in hoīe debent ordinari. Primo q̄ ad intellectuʒ: ne errore obſcuret̄. Scdo quo ad volūtatē: vt in deū libere dirigat̄ ſine ꝯtradictione carnis: mūdi ⁊ dyaboli Tertio q̄ ad appetitū ſenſitiuū: vt nō inordinatis paſſionib⁹ ꝯtra appetitū rōnis moueat̄: ꝓpter qd̓ Auguſt. diffiniēs pacē libro de ꝟbis dn̄i dicit. Pax eſt ſerenitas mētis: quo ad ꝑmū: tranq̄llitas animi: q̄ ad tertiū ſimplicitas cordis: quo ad ſcdꝫ ꝑ cor eñ qd̓ mouet alia mēbra intelligit̄ volūtas q̄ mouet alias potētias ad agendū. Scdo ad pacē req̄rit̄ ordo ad ꝓximū ꝑ ꝯſortiū charitatis ordināntis bonū ꝓximi ad deū. Hec ſcda pax deriuat̄ a ꝑma

Cōcordia



vñ dicit glo. Math. v. Pax a nobis ē: q̄a dum lex carnis repugnat legi mētis: nō modo alteri: ſ nec nobis poſſum⁹ eē pacifici: ſ poſtq̄ intus ſpūs impat vt totus hō ſpiritui ſeruiat: tūc pax ad alios deriuat̄ vt pacē cū oibus habeamus. Tertio requirit̄ ordo ad deū ꝑ amoris indiſſolubilis vinculū. Pax aūt vera ⁊ ꝑfecta: per quā oēs appetitus vniunt̄ q̄etati in deo: habet̄ tm̄ in patria. Hec pax eſt finis vltimus rōnalis creature. de q̄ pꝰ. Poſuit fines tuos pacē. Ad quā tria req̄runtur Primū ē indeflexibilis ſubiectio inferiorum potētiaꝝ ſub deo. Scdm eſt inſeparabilis ꝯiunctio rōnis ad deū. Tertiū eſt indiſcōtinualis ꝯuerſio actualis totius hominis in deū: qñ hō diuia dulcedie affect⁹: ex toto corde: ex tota aīa ⁊ ex totis viribus ſemꝑ actu tēdit in deū: ⁊ in qd̓cunqꝫ aliud inq̄ntum relucet in eo deus. Pax ꝟo q̄ habet̄ in via eſt impfecta: q2 ⁊ ſi ꝑncipalis motus aīe req̄eſcit in deo: repugnant tñ alia intus ⁊ extra q̄ ꝑturbāt pacem iſtaʒ.

C

Vitia oppoſita ſūt ſex

Vitia oppoſita paci ſunt ſex Diſcordia: q̄ eſt in corde. Cōtentio q̄ ē in ore: rixa: ſeditio: ſciſma: belluʒ: hec q̄tuor vltima opponuntur paci q̄tum ad opus. Diſcordia q̄tuʒ ad cor opponit̄ ꝯcordie Et cōmittit̄ dupl'r. Vno mō ꝑ accidens: qñ viʒ intētio aliquoꝝ eſt ad aliqd̓ bonū qd̓ ꝑtinet ad honorē dei vel vtilitatē ꝓximi: ſ vnus eſtimat hoc eſſe bonū: ali⁹ cōtrariā habet opinionē: vt fuit inter Barnabā ⁊ Paulū. Act. xv. Hoc ꝑtinebat ad defectū humanū: licʒ fuit ex diuina diſpēſatione ꝓpter vtilitatē ꝯſequentē: ⁊ talis diſcordia nō eſt pctm̄: niſi ſit de errore eorū q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis. Scdo cōmittit̄ diſcordia de ꝑ ſe: qñ aliquis ſcienter ⁊ ex intētione diſſentit a bono diuino vel a bono ꝓximi: in quo debet ꝯſentire: ⁊ hec eſt pctm̄ mortale ex ſuo gn̄e: ꝓpter ꝯtrarietatē quā habet ad charitatē: hanc ſctūs Bona. deſcribit. Diſcordia eſt volūtas fugiēs minorationē ſapiētie ab his q̄ ab alijs dicunt̄ diſſentiēs. Primi tñ motus huius diſcordie ꝓpter act⁹ impfectionē ſunt venialia. Cōtentio opponit̄ paci q̄tum ad os. Importat eñ impugnātiā veritatis cū inordinato modo. vñ Amb. eam deſcribit. Contentio eſt impugnatio veritatis cū cōfidentia clamoris: vel ſm Alexā. Contētio eſt impugnatio veritatꝭ ꝑſiſtens in ſermone cauſa vincendi: ⁊ ſic eſt pctm̄ mortale. Importat etiā ꝯtentio impugnationē falſitatis cum debita acrimonia: ⁊ ſic eſt laudabilis. Si aūt hmōi impugnatio falſitatis eſt cum mō inordinato ſic pōt eſſe pctm̄ veniale: niſi forte tāta ſit inordinatio ꝙ ex hoc alij ſcandaliſarētur. Cōtentio aūt de qua di Job. xxxix. Nunq̄d q̄ ꝯtendit cū deo tā facile q̄eſcit ſumit̄ ꝑ diſputatione: ſumit̄ etiā ꝯtētio ꝓ quadā titillatione glorie vel honoꝝ: ſic eſt pctm̄ veniale: vñ di Luce. xxij. Facta eſt cōtentio quis eoꝝ videret̄ eſſe maior Eſt etiā ꝯtentio conatus bone opatiōis: ſm illud Luce. xiij. Cōtendite ire ꝑ anguſtam portam. Rixa opponit̄ paci quo ad opus: qñ hoies ex ira ſe ꝑcutiunt. Et rixa videt̄ eſſe priuatuʒ bellum: qd̓ agit̄ inter ꝑſonas priuatas ex inordinata volūtate nō ex aliqua publica auctoritate. Et dicitur rixa: a ringo: gis: rictū. i. iraſci vel rictum facē. Rictus eñ eſt ferarū oris apertio: ſicut fit riſus in hoie: ſctūs Bona. in Centilogo deſcribit rixā ꝙ eſt audax vindicādi volūtas: in iniuriā facti ꝓcedens

Seditio cum alijs vitijs tribus ſequētibus opponit̄ paci q̄tum ad opus: ⁊ eſt ꝯtradictio ſeu diſſenſio ciuium: ⁊ fit inter ꝑſonas vnius ciuitatis vel multitudinis inter ſe diſſentiētes: puta cum vna ꝑs ciuitatis excitat̄ in tumultū ꝯtra aliam ad impugnandū: ſiue fit in actu: ſiue ꝑ̄patio ad talē impugnationē. vñ. ij. Coꝝ. xij. dicit glo. ꝙ ſeditiones ſunt tumult⁹ ad impugnandū. ſcʒ cum aliq̄ ſe preparant ⁊ intēdunt pugnare. Seditio di a ſedeo: es: ꝑ ꝯtrariū q2 ſeorſum alij eunt ab alijs: vel q2 ſedendo ſolent machinari. Sciſma ſm Iſido. a ſciſſione di aiorū: ⁊ opponit̄

vnitati paci quā charitas facit. Sciſmatici eñ dicunt̃ qui ſe ſeparant ab vnitate eccleſie: que attendit̃ in ↄnexione mēbroꝝ eccleſie adinuicē: ſiue cōicatione ꝛ ordinatione mēbroꝝ eccleſie ad vnuȝ caput: qḋ eſt xp̄s: cuius vicarius eſt papa. Et ideo ſciſmatici dicunt̃ qui ſubeſſe rēnuunt pape: p̄cepta ꝛ iudiciū eius ↄtemnendo. Et etiā illi qui membris eius cōicare nolunt de ſciſmate prius habitū eſt ca. xxiij. Bellum opponit̃ paci q̄ effectus eſt charitatꝫ quo ad opus: ꝛ dicit̃ a bonū: ꝑ antifraſim. Belluȝ fit iniuſte: niſi fuerint in eo tria q̄ faciunt iuſticiā. Primo iuſta cauſa. vt ſcȝ illi q̄ impugnant̃ ꝓpter aliquā culpā impugnationē meruerūt. Scḋo intentio recta bellandi: vt ſcȝ bonuȝ ꝓmoueat̃: aut vt malum vitet̃. Tertio auctoritas p̄ncipis mādans bellum. Miſcḋia: tertius

D Miſcdia est effectus interior ↄſequēs actū principalē charitatis: tamē in actu eius exteriori habet ſimilitudinē cuȝ liberalitate ꝛ cōuenit cuȝ ipſa. vñ ſup illud. j. Thimo. iiij. Pietas ad oīa vtilis eſt glo. Amb. Sūma diſcipline xp̄iane in miſcḋia ꝛ pietate eſt: q̄tuȝ ſcȝ ad opa exteriora: interior tñ affectus charitatis q̄ deo cōiungit: p̄fert̃ dilectioni ꝛ miſcḋie in ꝓximos. Eſt autē miſcḋia potiſſima inter oīes v̄tutes ad ꝓximū ꝑtinentes: ſicut etiā eſt actus potioris ſupplere alicuius defectū: inq̄ntuȝ hmōi eſt ſuꝑior et melior: vñ miſcḋia ſic deſcribit̃ in Centiloq̄o. s. Boñ. Miſcḋia eſt virtus: ꝑ quā animus ſuꝑ calamitate afflictoꝝ mouet̃: hec virtus nihil humanū a ſe alienū putat: alioꝝ damna vel cōmoda ſua eſtimat. Damaſce. dicit Miſericordia eſt triſticia in alienis malis. Iſidorus lib. ix. Ethi. dicit. Miſericors a cōpatiendo aliene miſerie vocabulū eſt ſortitus: ꝛ hic appellata eſt miſcḋia ꝙ miſerum cor facit aliena miſeria. Auguſ. in li. ix. de ciui. dei. ſic eam deſcribit. Miſcḋia ē aliene miſerie nr̄o in corde cōpaſſio: qua vtiq̄ ſi poſſumus ſubuenire cōpellimur.

In hac diffinitione p̄mo ponit̃ obiectuȝ qḋ reſpicit miſcḋia: ꝛ hoc eſt ꝓximi defectio: vñ dicit̃ aliene miſerie: ꝛ ſic dī miſericordia quaſi miſeriā corde aſpiciēs. Secūdo tangit̃ actus quē in nobis miſcḋia facit ꝛ ille eſt nr̄i cōtriſtatio: dum ſubdit̃ in corde nr̄o cōpaſſio: ꝛ ſic dī miſcḋia q̄ſi miſerū habens cor: i. triſte. Tertio tangit̃ in diffinitōne effect⁹ quē ex̄ ꝓducit: viꝫ mali iuxta poſſe ablatio: vñ dī q̄ vtiq̄ ⁊c. Et ſic dī miſcḋia q̄ſi miſerā adimēs. i. tollens. Miſcḋie opponit̃ obduratio mētis: q̄ eſt volūtas ↄcitata aduerſus poſtulationē indigentis: ex nimio ardore pecunie retinende. Elemoſyna. Primus eſt effectus exterior ↄſequēs dilectionē actū principalem charitatis: elicit⁹ immediate a miſcḋia: q̄ miſeris ſubuenit in elemoſynaꝝ largitione: vt ſupra patuit in diffinitōe miſcḋie Auguſtini. vñ miſcḋie act⁹ eſt dare elemoſynā: ꝛ hoc apparet ex ipſo noīe: nam in greco a miſcḋia elemoſyna deriuat̃: ſicut in latino miſeratio a miſericordia. Dicit̃ eñ elemoſyna ob eleo qḋ ē verbū grecū: ꝛ eſt idē qḋ miſerior: cui⁹ imperatiuus eſt eleyſon. i. miſerē a quo eleos. i. miſcḋia: ꝛ inde elemoſyna. i. miſeratio: ꝛ debet ſic ſcribi ꝑ y grecū in ſcḋa ſyllaba: vel dicit̃ ab elemon greco: qḋ latine dī miſicors: ꝛ ſic dȝ ſcribi elemoſina ſine y. Et q: miſcḋia eſt effectus charitatis: ex ↄſequēti dare elemoſynā ē actus charitatis miſcḋia mediāte: vñ miſcḋia ſic deſcribit̃. Elemoſyna ē opus in quo dat̃ aliqd indigenti ex paſſione: ꝓpter deū. Miſericors eñ miſeriā remouet ab alio ꝑ ſuoꝝ bonoꝝ cōicationē ꝓpter deū: ideo in p̄dicta deſcriptione tangunt̃ oīa ꝑfectionem miſcḋie explicātia ſi debet eſſe meritoria: miſeria aliena q̄ ē motiuū miſcḋie tangit̃ cum dicit̃: indigenti. Miſcḋia q̄ naſcitur in nobis ex aliena miſeria: tangit̃ cū dicitur: ex cōpaſſione. Miſericordie v̄o effectus in releuatione aliene miſerie cuȝ dī opus: in quo aliquid datur: ſed intentio

E Elem[oſyna]

recta que dat rōnem merendi tangit̃ cuȝ dicit̃: ꝓpter deū. Sunt aūt partes ſ̄ḡia ſeu opa elemoſyne corꝑalis. vij. q̄ cōtinētur in hoc verſu. Viſito poto cibo redimo tego colligo condo. Viſito infirmum: poto ſitientē: cibo eſurientē: redimo incarceratū: tego nudū. i. veſtio: colligo. i. recolligo ſcȝ hoſpitē: condo. i. ſepelio mortuum. Elemoſyne etiā ſpūales ſunt. vij. Vñ verſus. Cōſule caſtiga ſolare remitte fer ora. Conſule. i. doce ignorantē: ꝛ dirige dubitantē. In hoc intelligit̃ duplex elemoſyna ſpūalis ſcȝ cōſiliū ꝛ doctrina. Caſtiga delinquentē: ſolare. i. ↄſolare triſtē: remitte delinquētibus in te: fer. i. porta infirmitates alioꝝ et grauamina: ora pro oibus ſcḋm oia opa dicta: elemoſyna eſt actus miſcḋie ꝛ charitatis: poterit ꝛ eſſe act⁹ iuſticie inq̄ntum dat̃ ad ſatiſfaciendū pro peccatis: ſm illud Daniel. iiij. Peccata tua elemoſynis redime. Et ſic dī elemoſyna ab eli vel eloy: qḋ eſt deus ꝛ moys aq̄ quaſi aqua diuina. Sicut aqua extinguit ignē: ita elemoſyna pctm̄. Nihil eñ ꝓhibet ſm San. Thō. Actū q̄ eſt vnius virtutis electiue: attribui alteri virtuti ordinanti ꝛ imꝑanti in finē. Et hoc mō elemoſyna ponit̃ inter opera ſatiſfactionis: inq̄ntum miſeratio in defectū patientis ordinat̃ ad placandū deum: et ſic imꝑat̃ a

F Bñficētia latria hñs rōnem ſacrificij. Bñficētia alter eſt effect⁹ exterior ↄñs p̄ncipalē actuȝ charitatis. Bñficētia eñ nihil aliud importat ꝙ facere bonū alteri: qḋ ſi accipiat̃ ſb aliq̄ ſpāli rōne facit ſpecialē virtutē: vnde bñficentia ꝛ beniuolētia nō differunt niſi ſicut actus interior ꝛ exterior: q: bñficentia eſt executio beniuolētie: ꝛ q: actus exterior ꝛ interior nō requirūt diuerſas virtutes: iō bñficētia nō eſt alia virtus ſpecialis a beniuolētia. Et ſicut etiā beniuolētia non eſt alia virtus a charitate: ita nec bñficentia. Si aūt bonum opus qḋ quis facit accipiat̃ ſub aliqua ſpeciali rōne boni: ſic beneficentia accipit ſpecialem rationem boni: ꝛ pertinebit ad aliquā ſpecialem virtutem: ſicut ſi faciat bonum proximo ſub ratione ſubleuantis eius miſeriam: pertinebit ad miſericordiam. Si ſub ratione debiti vt parentibus: pertinebit ad iuſticiam. Si ſub ratione largitatis: pertinebit ad liberalitatem. Nam liberalitas beneficioꝝ erogatrix: pro affectu benignitas ſeu beniuolentia: pro effectu bñficentia nominat̃. Correctio fraterna G

tercius eſt effectus exterior ↄñs actū p̄ncipalem charitatis. Unde conſiderandū Correctio fraterna

fectiſſima. q2 experimentaliter habita. q̄d
enim pfectius ſciť q̄ quod in experien,
tia cognoſciť. Supra enim deductuꝫ eſt
ꝙ ſapientia donū eſt exp̄imentalis dei p,
ceptio. Sapientia dei eſt p ignorantiā co
gnita. Referendo hec duo ad diuerſa: p
ignorantiam ⁊ cognita. Per ignorantiaꝫ
tolliť vnicio intellectualis diſcretiua cu,
iuſcunq̄ rei create vel creabilis. ⁊ hoc nō
in habitu ſed in actu. Saltem intentio q̄
poſſet mouere vel trahere intellectum di
ſcretiuum ad impediendū affectum men
tis circa deum ab actu q̄ diciť hic cogni,
tio. Sed q̄lis eſt hec cognitio ſtatim ape,
riť cum diciť. ſm vnionem ſup mentem.
Eſt autem vnio hec extacita vniens affe
ctum mentis cum deo (diciť ⁊ hec vnio
actualis ꝓ ſtatu vie. de qua dr̄. ij. tracta,
tu. caplo. xvij. (Rurſus hec vnio dicitur
ſupra mentē. Quia in hac vnione anima
manente in ſuo eſſe eſſentiali. ꝓ tunc de
ſe nil cogitat intelligendo ſeipſam actua
liter vel amando preter deum amatum
ſapientie guſtu. Et hoc explicatur: cum
ſubditur in diffinitione. Quando mens
ab omnibus alijs recedens. poſtea eti,
am ſeipſam dimittens. Sed quod ſequi
tur prorſus gratuitum ad q̄d nec natura

ſufficit nec attingit induſtria. Jd circo ſe
quitur Vnita eſt.i.mens ſupior ⁊ pcipali
or porcio ſpūalis ſupſplendentibꝰ radijs
inſcrutabili ⁊ ꝓfundo lumine ſapie illūi,
nata. Hec enī ſapia nō datur ꝑ leticiā inter
nā affectus circa deū ſine ſapientia incar
nata. Sʒ qꝛ xp̄s oſtiū eſt ad illā ſapiam
dux ⁊ ſcala.iō ſubditur .ſupſplendentibus
radijs ⁊c. Colligitur etiā ꝙ hec illuminatio
nequit haberi ꝑ humanū ſcrutiniū.qꝛ di,
citur inſcrutabili lumine ⁊ ꝓfundo.qm̄ ad
illud neqt ſe ratio vel anima deducere ſi
cut nec altitudinē diuine ſapientie pene,
trare. Sūt enī apud deū idē altitudo ſeu
ſublimitas ⁊ ꝓfundū.ſicut ipſe eſt initiū
⁊ finis. Solꝰ igitur ſpūſſanctꝰ cauſat hāc il
luminatiōē ſapie.cuiꝰ ſpūs eſt acutꝰ ⁊ oī
bus mobilibꝰ mobilior .attingens vbiqʒ
ꝓpter ſuā mūdiciā. Eſt ⁊ alia diffinitio
ſapie. Sapientia eſt vnio gratuita ⁊ expe
rimentalis cū patre luminū deo . Huius
diffinitiōis declaratio habetur .ij.tractatu.
ca.xvij. Diffinitur etiā a Greg. Sapia eſt
donū ſpe ⁊ certitudine eternoꝝ mentem
reficiens. Que diffinitio dicit opationem
eiꝰ ꝓpriā q̄ eſt mentē ꝑ guſtū reficere. qđ
ſonat nomen eiꝰ. Sapia enī a ſapore di,
cta eſt.

G Qrtū ad ſcom de ꝯuenientia vi
delʒ ſapie ⁊ theologie myſtice. In aīa nā
qʒ cōtemplatiua ſapia ꝓut ponitur int do
na (dicta a ſapore quaſi ſapida ſciētia)
⁊ myſtica theologia idē ſunt. Nā in hoc
cōueniunt ꝙ vtraqʒ ponitur vt in ſubiecto
in vi affectiua ſupiori.vtraqʒ etiam eſt re
ſpectu primi ⁊ ſummi boni.identitas ſa,
pientie ⁊ theologie myſtice ptʒ etiā ex dif
finitionibꝰ vtriuſqʒ. Nā doctores eleua,
ti ſic deſcribunt theologiā myſticā. The
Theologia myſtica ologia myſtica deſcribitur. Eſt extenſio ani
mi in deū ꝑ amoris deſiderium. Aliter ſic
Theologia myſtica eſt motio anagogica
(hoc eſt ſurſum ductiua in deū) ꝑ amo,
ris vnitiui cōplexū.dū.ſ.impletur illđ apli
Qui adheret deo vnꝰ ſpūs eſt.q̄ adheſio
fit ꝑ extaticū amorē.q̄ ⁊ idē eſt cū theolo
gia myſtica. De amore illo dictū eſt in.ij.
tractatu.c.xiiij. Aliter ſic. Theologia miſti
ca eſt ſapia.i.ſapida noticia habita đ do
nū ei ſupmꝰ apex affectiue potētie rōna,
lis ꝑ amorē cōiungitur ⁊ vnit. Hic theolo,
gia myſtica deſcribitur ꝑ ſapiam q̄ eadē eſt
cum ea.ponitur ⁊ ibidē ſubiectū theologie
myſtice.vicʒ ſupmꝰ apex affectiue poten
tie.q̄ ⁊ ſindereſis ſeu ſcintilla dr̄ ꝯſcie. vtʒ
in.j.tractatu diffuſe.ca.xlviij. Deſcriptio
nes he apertiꝰ intelliguntur ſi dicta de do,
no ſapie hꝰ capli. Ac etiā drn̄as theologie
ſpeclatiue ⁊ myſtice.ſ. c.iiij.q̄s voluerit itu
eri. Aliter etiā deſcribitur theologia myſti,
ca eſt irrationalis ⁊ amens ⁊ ſtulta ſpia:
excedens laudātes. Hec deſcriptio vt di
cit.s. Bona.elicitur ex li.de di.noibꝰ.c.vij.
Vbi diuinꝰ Dyoni.dicit de ſapia. Hanc
igitur ſtultā ⁊ amentē ſapiam laudamꝰ ⁊c.
⁊ alia lr̄a. Hāc igitur irrōnalē ⁊ dementē ⁊
ſtultā ſapiam excellenter intuentes ⁊c.

Declarando igitur dictā deſcriptionē ꝑ
ticulatim Notandū ꝙ diuinꝰ dyoni.dicit
ibi de myſtica theologia ꝓut eſt donū ſa,
pientie. Et hāc dicit eſſe irrōnalē ⁊ ſtultā
qꝛ actꝰ ſapie ſe tenet ex pte affectionis et
nullatenꝰ ex pte rōnis. Eſt enī duplex co
gnitio.vna ex pte rōnis. ⁊ hec ſpectat ad
potentiā cognitiuā.ſ.intellectū Et hac ex
cludit theologia myſtica q̄ eſt ars amoris
Alia eſt cognitio affectiua: ⁊ hec ſpectat
ad voluntatē. ⁊ hec cognitio eſt amoris.
Nā dicit Greg.in omelia. Amor ipſe noti
cia eſt.vicʒ expimentalis. ꝓporcionabilis
olfactui:tactui:guſtui in ſenſibilibꝰ. Co,
gnitio enī rōnis ꝓporcionatur viſui ⁊ audi
tui.⁊ hac excludit theologia myſtica. Jō
dr̄ irrōnalis ⁊ ſtulta.qꝛ cōſiſtit in cognitō
ne affectiua.q̄ eſt q̄dam expimentalis in,
time ſuauitatis pceptio.ꝓueniens ex cō,
iunctione aīe cū ſupmo obiecto ſuo.q̄ de
us eſt. Nominatur etiam myſtica theologia
amens.nō ꝙ mens ſit ꝑdita ⁊ deſtructa.
Sumitur enī mens hic ꝓ eminentibꝰ aīe
potentijs.ſ.ꝓ imagine ad quā factꝰ ē hō
ꝓ memoria.ſ. intelligentia ⁊ voluntate.
Nā in cognitiōe ⁊ ſapia theologie myſti



ce.mens in ſuo ꝑmo eſſe eſſentialiter ma
nens nullū actū memorandi intelligendi
⁊ amandi.circa ſeipām aut circa aliđ cre
atū exercere pōt preter ſolū deū. In ſola
H cōditoris cognitiōe expimentali dilectōe
De cōtēplatiōe. ⁊ fruitiōe ſuauiter quieſcit. De cōtem,
platiōe.vt noticia clarior theologie miſti
ce ſeu dono ſapie poſſit haberi.ꝓdeſt in,
quirere q̄dditatē cōtemplatōis. Vn̄ ſicut
cōtemplatio eſt in vi intelligentie cogniti
ua quēadmodū donū intellectꝰ.ita in vi
ſindereſis affectiua quēadmodū donū ſa
pientie reponitur myſtica theologia. Sunt
aūt tres termini generales q̄bus maxime
vſos fuiſſe videntur.q̄ de cōtemplatōe per
modū artis locuti ſunt. Cogitatio :medi,
tatio:cōtemplatio. Cogitatio vagatur ⁊ ſer
pit ſine labore ⁊ fructu. Meditatio nititur
⁊ intendit cū labore ⁊ fructu. Cōtempla,
tio circūuolat ⁊ circūfertur ſine labore ⁊ fru
ctu. Vn̄ cogitationē deſcribit Richar. in
Cogitatio. ſuo de cōtemplatiōe. Cogitatio eſt im,
prouidꝰ aīe obtutꝰ circa ſenſibilia ad eua
gationē ꝓnꝰ. Cogitatio facilis eſt qꝛ for,
matur immediate vel ex ſenſationibꝰ actu
alibꝰ:vel ex fantaſmatibꝰ paſſim occurrē
tibꝰ ⁊ vltra nō nititur:quēadmodū ſenſus
nr̄os cū oīm facilitate circūducimꝰ obie,
ctis ſufficienter p̄ſentatis. Et ſilr nulla eſt
difficultas in occurſum fantaſmatū.vide
mus h̄ in pueris ⁊ ocioſis ꝙ in talibꝰ que
rūt oblectationē.qꝛ nullū ſentiūt in cōſi,
Meditatio derando laborē. Meditatio eſt ꝓuidꝰ
anime obtutꝰ in veritatis cognitōe ſeu in
quiſitione vehementer occupatꝰ. Medi
tatio ſortitur difficultatē ex eo ꝙ vltra ſen,
ſatiōes actuales vel fantaſmata paſſim
occurrentia.ipa nititur vltra ptingere vl' in
aliquo fixa ſtare. Expitur in ſe crebro q̄libʒ
ſtudioſus difficultatē q̄ eſt inſiſtendo ad
aliq̄d attente cōſiderandū cogitatiōes ſi
de diuerticulis ad alia. Sūt enī fortiſſimi
motꝰ actuales ſenſuū ſilr fantaſmatū.ꝓ
pterea motū ſenſualē vnire aut fātaſma
ta fluitantia cohibere vl' ſiſtere ad aliquā
certā cogitationē.operoſum eſt valde nō
habituatis ⁊ inſolitis. Contēplatio: eſt Cōtēplatio.
ꝑſpicax ⁊ liber (.i.expeditꝰ) animi cōtui,
tus vires ſpiritales ꝑſpiciendas vſqʒqʒ
diffuſus ⁊ in diuina ſpecula ſuſpēſus. vl'
ſic. Contēplatio eſt libera mentis ꝑſpica
cia in ſapientie ſpectacula cū admiratiōe
ſuſpenſa. Contemplatio facilitatē hʒ Tū
ex habitibꝰ ꝑ meditationē acquiſitis.tū
ꝓpter abſtractionē ⁊ ſeparationē intelli,
gentie a ſenſibilibꝰ.tum ſepius ꝓpter diui,
ne gratie colluſtrationē in diuina ſpecta,
cula ſubleuantē. Meditatio ſi debite fi,
at tranſit in cōtemplationē.ſicut cogita,
tio in meditationē. De cōtemplatione
qualiter fieri debeat ſine fantaſmatibus
Et qualiter affectꝰ ⁊ intellectꝰ ꝑ cōtem,
plationē purgentur .habitū eſt.j .tractatu
ca.xxix. Qualiter etiā phoꝝ differt a con
templatōe theologoꝝ.habitū eſt.j.tracta
tu.c.lj.de vita ſolitaria. Tribꝰ ꝯnoia,
tis cognoſcendi modis (vt dicit Cancel,
lariꝰ) tres correſpondent affectiōis maneries
Cogitatio enī ſicut eſt improuidꝰ animi
obtutꝰ ad euagationē ꝓnus. Ita cōſeqn
ter ad illā cogitationē ſi ſit de obiecto de
lectabili.ſequitur affectio improuida ⁊ va,
ga ſine vtilitate ⁊ fructu. Et nominatur li,
bido ſeu cupido vel cōcupiſcentia. Por
ro ad meditatōnē q̄ eſt ꝓuidus animi ob
tutus in veritatis inquiſitiōe ⁊ celeſtiū re
rū inuentione vehementer occupatꝰ. Cō
ſequitur q̄dam affectio alia a priori ad res
taliter queſitas ⁊ inuentas.ſi nō ſit indi,
ſpoſitio in anima. Et hec affectio eſt ꝓui
da ⁊ nō vaga cū difficultate ⁊ fructu . Et
vocatur deuotio vel cōpunctio aut oratio
id eſt affectus pius ⁊ humilis vehementer
⁊ fortiter tendens ⁊ nitens in amorē pri,
me veritatis ⁊ bonitatis. Deniqʒ cōtem
platio q̄ eſt libera ⁊ expedita cōſideratio
eoꝝ q̄ meditatio cum ingenti difficultate
ꝑquirit.habet ſuam affectionē in anima
diſpoſita.ſuāqʒ dilectionē ſilr liberā pu
ram expeditam ⁊ abſtractā. Et hac rōne
pōt vocari extacita dilectio vel iubilatio.
q̄ vltra dilectionē addit facilitatem ⁊ io,

tūditatē ineſtimabilē ⁊ exuperantē oēm
ſenſum. Et hec eſt ſapiā in miniſterio ab-
ſcondita. Hec eſt myſtica theologia q̄ ad
anagogicos ⁊ ſupmentales exceſſus de-
ducit q̄ aliq̄n Sapia. aliq̄n charitatiuus
amor. aliq̄n amor actualis fruitiuꝰ exta-
ticus ⁊ ſeraphicꝰ. aliq̄n oratio ꝑfecta. ali-
q̄n transfiguratio inuenit̄ appellari. Hec
eīm idem ſunt. aut ſeinuicē concomitant̄
gignunt vel ꝓſupponūt vt dictū eſt. ij. tra
ctatu. c. xvij. His oibꝰ ꝓprietates ⁊ cditi
ones amoris. in. ij. tractatu a. c. xiiij. dein-
ceps aduſq̄ capl̄m. xxij. deſcripte cōueni
enter aſſcribi poſſunt.

De ramificatiōe gratie in habitꝰ beati
tudinū. Capl̄m xxix.

A De ramifi-
cationegr̄e.

C Exto iuxta ordinē p̄miſſū in p̄mo
caplō huiꝰ tractatꝰ (dicto in p̄ce-
denti caplō de ſeptē habitibꝰ do-
nor expedientibꝰ anie potentias) Nūc di-
cendū aliq̄d erit de ſeptē habitibꝰ beatitu
dinū in q̄s gr̄a tercio ramificat̄ quoꝝ eſt
potētias anie ꝑficere, ꝓ eo ꝙ tales habitꝰ
faciūt hoiem in hac vita ꝓximū deo ⁊ cō
formē ipi ſummeq̄ glie ⁊ btitudini: in q̄ eſt
reqre ſummā ꝑfectionē. Ad btitudines
aūt ꝓpter ſui ꝑfectionē ⁊ plenitudinē. xij.
fructꝰ ſpūs. ⁊. v. ſenſus ſpūales ꝯſequun
tur q̄ nō dicunt habitꝰ nouos ſ ſtatꝰ dele
ctationū: ⁊ vſus ſpūaliū ſpeculationū q̄-
bus replent̄ ⁊ cōſolant̄ ſpūs iuſtoꝝ. Tā
dem cap̄. xxx. ſequenti de eiſdē determi-
nabit̄. In hoc igit̄. xxix. caplō p̄mo vide-
bit̄ de duplici beatitudine vie. ſ. ⁊ patrie.
atq̄ beatitudinis vie deſcriptōne: Scdo
de q̄libet beatitudine in ſe q̄d ſit. ⁊ de bti
tudinū ſufficientia numero ⁊ ordine: po-
ſtremo de duplici vita Actiua ⁊ cōtempla
tiua q̄s ꝑficiunt btitudines. Quātū ad p̄
mū Conſiderandū ꝙ ſeptē ſīt btitudines
ſm diſtinctionē graduū: q̄uis octo ſīt ſm
eſſentiā. vt infra dicet̄ Btitudines ſalua
tor enumerat Mat. v. in ſermone in mō-
te. ⁊ ſūt pauptas ſpūs: Mititas Luctus
Eſuries iuſticie Miſcdia: mundicia cor-
dis ⁊ pax. Sicut eīm in enumeratiōe do-
noꝝ eſt ordo artificialis. q̄r p̄mo mō po-
nunt̄ dona digniora. Ita in btitudinibꝰ
eſt ordo naturalis: vbi digniores vltimo
ponunt̄. Pro btitudinū clariori intelli-
gentia aduertendū ꝙ btitudo ꝓdicit̄ du-
plicit̄. Uno mō in re vt habet̄ in patria.
Alio mō in ſpe ſicut habet̄ in via in viris
excellentibꝰ in virtute q̄ ꝓpter excellentiā
in virtute vident̄ vitā humanā excellere
⁊ ad vitā btām quodāmō appropinqua
re. ⁊ tales dicunt̄ Heroyci ꝓut dictū ē ſu
pra ca. xvj. de virtute heroyca ſeu diuina
Et tales dicūt̄ beati quodāmō q̄r qd̄ pa
rū diſtat quaſi nihil reputat̄. ij. phiſic. Et
hoc mō. j. ethic. dicunt̄ pueri felices. Nō
ꝙ exerceāt actꝰ ꝟtutū in q̄bus cōſiſtit feli
citas ſm phm. ſ q̄r hn̄t ad hmōi bonā di
ſpoſitionē. dicunt̄ tales de ꝓpinquo ad b̄
diſpoſiti. Ergo q̄r ꝟtutes q̄s legiſlator nr̄
dn̄s ihs xp̄s Mat. v. deſcribit ſūt ſic emi
nentes. Iō dicunt̄ beatitudines. Beati

Btitudo

tudo vie deſcribit̄ in ſumma ꝟtutū guil-
helmi. Beatitudo eſt gratia nō cuicūq̄ ſ
vere ſapienti nota faciens ad ſuauitatē
cōſcientie ꝓpinq̄ glie. Hec deſcriptio ſu-
mit̄ ex ambro. li. de officijs. Dico inq̄t be
atā vitā cōſiſtere: in altitudine ſapientie.
ſuauitate cōſcientie. ꝟtutis ſublimitate.
Qd̄ dictū eſt Btitudo eſt gratia nō cuiq̄
ſ vere ſapienti nota. ſumit̄ ex eo ꝙ dicit:
btām vitā cōſiſtere in altitudine ſapiētie
ad eos eīm q̄ habēt ꝓfundā ſapiam ꝑti-
net cognoſcere ꝙ pauptas hoiē facit be-
atū. ſic de ceteris gratijs q̄s dn̄s cōmen-
dat. Bern̄. in ſermone. Quid tā abſcōdi
tū q̄ꝫ pauptatē eſſe beatā. Qd̄ dictū ē faci
ens ad ſuauitatē conſcie. ſumit̄ ex eo qd̄
ambro. dicit. In ſuauitate cōſcie btām vi
tam cōſiſtere. Pauptas ⁊ cetere gr̄e bea-
titudinū q̄s dn̄s cōmendat videt̄ hre mi
ſeriā vel antecedētē vel comitantē. Uel
eſſe ipā miſeria: tū ſm veritatē ad ſuaui-
tatē ſeu trāq̄llitatē cōſcie faciūt. Qd̄ dein
eſt ꝓpinq̄ glie. pt̄ ſumi ex hoc qd̄ ambro.
dicit ꝟtutis ſblimitate. Uirtꝰ ſblimis eſt
ꝟtꝰ ꝑfecta. ꝟtꝰ ꝑfecta ē ꝟtꝰ ꝓpinq̄ fini ſuo



ſiue gr̄a ꝓpinqua glie. tales ſunt beatitu-
dines q̄ dicūt cōſummatiōes ſiue ēminiū
qual'i via hrī pt̄. ita vt oēm culpā euacu-
et ⁊ oēm delectationē ⁊ bonū delectabili
ter opet̄ inquātū poſſibila ē facē viatori.
⁊ iō dicūt̄ iſte btitudines purgati animi:
q̄r. ſ. aiam purgāt vltia purgatione viato
ri poſſibili vn̄ vt dicit glo. Math. v. ꝑ ꝟtu
tes ad dona ⁊ ꝑ dona ad beatitudines ꝑ
uenit̄. vn̄ ꝟtutes dicūt iniciū bone opati-
onis ⁊ euacuationē culpe q̄ ad eſſentiam
dona aūt dicūt bonū ⁊ cōpeditū ꝓgreſſū
q̄r donū expeditū reddit actū ꝟtutꝫ vt ex-
pedite opet̄. Btitudines autē dicūt cōſu
matiōes vt dictū ē. Ex dictꝫ pꝫ differētia

B virtutū donoꝝ ⁊ beatitudinū. Quātum
ad ſcdm videndū ē de q̄libet beatitudine
in ſe. ⁊ p̄ q̄d dicat̄ beatitudo an ipā virtꝰ
an id qd̄ ꝓmittit̄ vt gr̄a exēpli reſpctū eiꝰ
qd̄ dicit xp̄s. Bti paupes ſpū qm̄ ipoꝝ ē
regnū celoꝝ an beatitudo ſit ipā pauper
tas vl' ꝓmiſſio regni. Sciendū vt dictū ē
Beatitudo eſt duplex vie ⁊ prie. btitudo
vie ꝯſiſtit i ꝑfecta euacuatiōe vniꝰ miſerie
viꝫ culpe. ſ. q̄ ad eſſentiā ⁊ q̄ ad occaſio-
nes. vn̄ q̄r iſte ꝟtutes. ſ. beatitudines eua
cuāt culpā ⁊ culpe occaſiōes. diſponūtq̄
ad beatitudinē patrie. iō dici pn̄t beatitu
dines. Btitudo aūt patrie ꝯſiſtit in omni
moda euacuatione vtriuſq̄ miſerie. ſ. cul
pe ⁊ pene. Et iſto mō ꝓprie dicūt̄ btitudi-
nes p̄mia p̄dictis ꝟtutibꝰ rn̄dētia. ſicut ē

Pauptas illud ipoꝝ ē ei regnū celoꝝ. vl' illud ⁊ ſatu
rabunt̄. Pauptas p̄ma ē beatitudo or
dināſ hoiem reſpectu bonoꝝ extrinſeco-
rū q̄ ſunt diuitie ⁊ honores reſpectu hoꝝ
bn̄ ſe hꝫ hō mō hūano ⁊ cōi. qn̄ nō querit
talia vltra gradū ſui meriti ſ ſm decenti-
am ſtatꝰ ⁊ ꝑſone ⁊ hoc facit ꝟtus politica
q̄ vtit̄ talibꝰ moderate ſ pauptas q̄ ſpūs
beatitudo dr̄ facit hoc excellētius q̄r facit
hoiem talia oia ꝯtēnere ⁊ a ſe abijcē quā
tū poſſibile ē. vt ꝯtemplationi diuine libe
riꝰ poſſit inherē. nā dr̄ i li. de ecclīaſticꝫ do
gmatibꝰ. bonū ē facultates cū diſpēſatōe
paupibꝰ erogare ſ meliꝰ ē intentiōe ſequē
di xp̄m totū ſil' donare. ⁊ abſolutū a ſolli-
citudine cū xp̄o egere. Igit̄ pauptas ſpi-
ritꝰ facit ꝯtēnere p̄dicta nō tāq̄ mala ſim
plicit̄. q̄r his hō bn̄ pt̄ vti ꝑ ꝟtutē politicā
liberalitatē. ſ tāq̄ minora bona maioris
boni ipeditiua ſicut ꝯtemnit̄ mr̄imoniū
tāq̄ minꝰ bonū ꝓpter ꝟginitatē ſuandā
Igit̄ pauptas abſolute ſumpta nō dicit
niſi carentiā diuitiaꝝ ⁊ bonoꝝ qd̄ non eſt
ꝟtuoſū. ſ pt̄ eē in mal' hoibꝰ vt pꝫ ad ſen
ſum. ſ pauptas ſpūs. ſ. volūtarie aſſūpta
ad liberiꝰ ſequēdū xp̄m ē virtus excellēs
⁊ ꝑfecta abdicās tpalia ſm rem ⁊ volūta
tē. ⁊ ſic dicit pctī excluſionē q̄ ad eſſentiā
⁊ q̄ ad occaſionē. Pauptas ſpūs adapta
tur dono timorꝫ. ⁊ expellit ſupbiā cui cō-
trariat̄ eo ꝙ pauptas ſpūs vera hūilitas
ē. huic beatitudini ꝓmittit̄ regnū celoꝝ
Ultime aūt ⁊ octaue beatitudini idem
ꝓmittit̄ p̄miū qd̄ p̄me. ſ nō eadē rōne q̄r
regnū celoꝝ duo in ſe compꝛehendit. ſ. exal
tationē ⁊ abundantiā. In beatitudine q̄
eſt paupertas ſpiritus ē ſumma rerū ab-
dicatio ſiue abiectio. Ideo ei ꝓmittit̄ re-
gnū celoꝝ inquātū dicit abundantiā. In
beatitudine vero vltima que ē ꝑſecutōes
pati ꝓpter iuſticiā. ē ſumma deiectio. Ideo
ꝓmittit̄ ei regnū inquantū noiat exaltati
onē. Un̄ q̄uis regnū celoꝝ omnibus be-
atitudinibus debeat̄. Iſtis tamē ſoluꝫ ꝓ
mittit̄. q̄r ꝑ quandā appropriationē iſtis C
magis debetur. Mititas. ſcd̄a eſt beatitu Mititas.
do ꝑficiēs hominē reſpectu motuū itrin-
ſecoꝝ iraſcibilis paſſiōis. Circa quas bn̄
ſe hꝫ hō mō hūano ⁊ cōi. qn̄ eos refrenat
ſic ꝙ nō nimis ipetuoſe excedit tn̄ aliq̄lē
ꝑturbatōnē eaꝝ ſentit. qd̄ fit ꝑ ꝟtutē poli
ticā patiaꝫ q̄ ē ſuſtinētia moleſtiaꝝ corpa
liū. ⁊ māſuetudinē q̄ ē ſuſtinentia ꝯtume
liaꝝ. Mititas aūt q̄ eſt btitudo facit h̄ ex
cellētiꝰ. q̄r reddit hoīm totalit̄ trāquilluꝫ
a motibus iraſcibilis. ꝑ omnimodā ſubie
ctionem ad regulam rationis vel diuine
legis. Mititas congruit dono pietatis et
expellit iram quia mitis eſt quem ira vel
rancor non afficit. cui reſpondet in p̄mio.

poſſeſſio t̄re viuentium. Ad hoc em̄ homines feroces mouēt bella ꝛ lites. ſequētes motus iraſcibilis. vt quaſi ſecuri poſſideāt terrā deuictis inimicis. ꝛ iō illi q̄ totalit̄ ſunt quieti a motibus iraſcibilis mō p̄dicto. bn̄ p̄mittit̄ poſſeſſio pacifica t̄re viuentiū. Luctus tercia ē beatitudo. perficiens hoīem reſpectu motuū ꝯcupiſcibilis q̄ ſunt circa oīa ꝯcupiſcibilia. ſicut ſūt delectationes ciboꝝ ꝛ venereoꝝ. i ſenſu guſtus ꝛ tactus. ꝛ melodiaꝝ. ſpectaculoꝝ ꝛ odoꝝ in ſenſu. auditꝰ viſus ꝛ olfactꝰ. In talibꝰ bn̄ ſe hꝫ hō mō cōi ꝛ hūano moderate talibus vtendo ꝛ ſupflua reſecando. qđ fit p temperantiā q̄ ē v̄tus politica. ſ; excellentius ſe hꝫ hō in talibus p beatitudinē luctus. oīa talia a ſe penitꝰ abdicando. ꝛ luctū voluntariū in hac vita aſſumēdo tā ꝓ trāſgreſſione culpe cōmiſſe q̄ꝫ ꝓ dilatione celeſtis patrie ita ꝙ totum ſtatum preſentis vite reputat exilium reſpectu celeſtis patrie. ſm̄ ꝙ dicit paulus ad Phil. Deſideriū hn̄s diſſolui ꝛ eſſe cum xp̄o. Vn̄ luctus ē dolor animi charitate informatꝰ q̄ facit cognoſcere miſeriaꝫ. ꝓpriā ꝛ lacrimabilē p̄ntis vite ſtatū ꝛ dilationē future glorie. Dr̄ i dicta deſcriptione charitate informatꝰ. qꝛ lugē đ malo inquātū auertit a deo amato ē ſolius charitatis. ſ; lugere de aliq̄ malo ſpūali ē cuiuſlibet v̄tutis. q̄libet em̄ v̄tus luget de ſuo ꝯrio. Dolorē aūt luctus inducat donū ſcie. q̄ ei addit ſciam iſtā. ſ. addit dolorē. Luctui ꝓ p̄mio rn̄det eterna cōſolatō. Cōſolari ei ē ſil' ſolari. ꝯueniēs em̄ ē vt illi q̄ in p̄nti vita ꝓ xp̄o voluntario luctu occupant̄ cū deo ꝛ angel' eternalit̄ ꝯſolēt̄. Cōſolatio euacuat inuidiā q̄ de bono alieno dolet ꝛ letat̄ de malo. Et q̄uis luctꝰ miſeria q̄dā videat̄. ꝯgrue tn̄ beatitudo ꝓpter annexā ſibi dulcedinē dr̄ Greg. dulciores ſunt lachrime penitentiū q̄ꝫ delicie regū. De luctus etiā deſcriptiōe diuiſiōe ꝛ obiecto pl'a dicūt̄ in. ij. tra. ca. xxv. circa finē ꝛ ſilr ca. xxiiij. Eſuries iuſticie q̄rta ē beatitudo p̄ficiēs hoīem q̄ ad alteꝝ i rōe debiti reſpectu cuiꝰ hō ſe bn̄ hꝫ q̄n reddit vnicuiq; qđ ſuū ē qđ ei debet̄. non nimis notabiliter ꝓcraſtinādo vl' retardādo h̄ fit p iuſticiā q̄ ē v̄tus politica ſ; excellentius p beatitudinē q̄ dr̄ eſuries vl' ſitis iuſticie. q̄n. ſ. q̄ſi q̄dā feruēti deſiderio īſolito talia exequit̄. ſicut eſuriēs vl' ſitiēs feruēter comedit ꝛ bibit. Eſuries iuſticie dono fortitudinis aptatur qui eſt in ſuſtinēdis piculis ꝓ iuſticia ꝛ fide. que expellit tedium boni hoc eſt accidiā. Cui reſpondet ꝓ p̄mio eterna ſaturitas q̄ conſiſtit in deſiderij humani repletione ſm̄ ꝙ dicitur in pš. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nam in p̄ſenti rationalis eſurit ꝛ ſitit ꝓ' mam veritatem cui modo datur p̄libatio fidei. Concupiſcibilis eſuerit ꝛ ſitit ſūmā bonitatē cui datur modo p̄libatio charitatis. Iraſcibilis ſummā ſublimitatē cui mō datur p̄libatio ſpei. Caro eſurit ꝛ ſitit ſuam glorificationē ſm̄ illud pš. Sitiuit i te anima mea q̄ꝫ multipl'r tibi caro mea. Sed in futuro rationalis ſatiabitur viſione dei Concupiſcibilis delectatione. iraſcibil' ſatiabitur fruitione. Corpus ſua glorificatione. Math. xiij. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris mei quo ad corpꝰ. Unde Iſa. iiij. Tunc videbis quo ad rationalem ꝛ affluens quo ad cōcupiſcibilē ꝛ mirabitur cor tuum quo ad iraſcibilem ꝛ dilatabitur quo ad corporis glorificationem. Gloria em̄ anime dilatat̄ ꝛ extēditur vſq; ad corpus Miſericordia. p quā ꝓ terrenis celeſtia mercamur. quinta eſt beatitudo reſpiciens hominem reſpectu ꝓximi in his que habent rationem doni. In talibus autem bene ſe habet hō modo cōmuni ꝛ humano p liberalitatē que eſt virtus politica in mediocribus ꝛ paruis donis. Et per magnificentiā in excellentibꝰ ꝛ magnis. ſ; excellentius hoc fit p beatitudinē q̄ vocatur miſc̄dia quando defectum alterius totaliter accipit quaſi ſuum. vn̄ dr̄ miſericors q̄ſi hn̄s cor miſeꝝ q̄n. ſ. accipit cordi defectū alterīꝰ. De opibus miſc̄die dictū eſt ſ̄. ca. xxvi. đ elemoſina.



Miſericordia appropriat̄ dono cōſilij qđ nos docet alijs dimittere minora vt nobis dimittant̄ maiora. vel conferre terrena vt obtineamꝰ celeſtia. Hec expellit auariciam. cuiꝰ ꝓprium eſt, cōgregare ꝛ nō remittere vel cōferre. Premiū huic beatitudini reſpondens eſt ꝯſecutio miſericordie. In celeſti em̄ patria q̄libet miſericordiā ꝯſequit̄. qꝛ vltra cōdignū ſibi retribuit̄. ſm̄ ꝙ dr̄ Ro. viij. Nō ſ't condigne paſſiōes huiꝰ tp̄is ad futurā gloriaꝫ ꝛc̄. Mundicia cordis q̄ clarificat̄ cor ꝛ mundat̄ ad videndū deū ꝛ ardentiſſime diligendū. ſexta eſt btītudo ordinans hoīem reſpectu dei q̄ntū ad intellectum ſpeculando In ſpeculatōe em̄ diuina bene ſe hꝫ hō mō cōi ꝛ humano p virtutes intellectuales. q̄ ſunt ſcientie ſpeculatiue (de q̄bus ſupra habitū eſt capitulis. iiij. ꝛ. v.) ꝛ potiſſime p metaphiſicā: q̄ docet ꝓprietates diuinas ex creaturis ꝯgnoſcere. vt ptꝫ. xij. metaphiſice. vbi oſtenditur eſſe vnū deū eternū. actū purū. viuentem vita nobiliſſima ſempiterna ꝛ optima. vn̄ ibidē phus vnitatē diuine eſſentie ꝓbat neceſſariam eſſe ad gubernationē vniuerſi. Cū dicit. Entia nolūt male diſponi. et melius gubernat̄ regnū vel multitudo p vnū. ꝛ gubernatio vniuerſi eſt optima. neceſſe ergo eſt dicere vnum gubernatorem Nđ p rōnes ꝓbat idem phus vlti. metaphiſice dicens. Vnꝰ ergo p̄nceps eſt. Si em̄ plures eſſent. aut omnino eſſent in viribꝰ equales. aut nō. Si v̄o vnꝰ alio maior eſſet in aliquo. minor nō eſſet deus. qꝛ nō oēm haberet pfectionē. Si oīno equales ꝛ diuerſi in eſſentia. tūc vnꝰ ſupflueret qꝛ fruſtra fit p plura qđ pōt fieri p pauciora. Relinquit̄ ergo ſm̄ catholicos ꝙ deus ſit vnꝰ in ſubſtantia ꝛ natura triplex i pſonis. ꝛ ſic neceſſariū eſt eſſe vnū deum Et Bern̄. Si licet dicere vniſſimꝰ eſt. qꝛ abſq; oī cōpoſitione qđ in nulla creatura reperit̄. Sꝫ phoꝝ ꝓbatio vnīꝰ dei eſt ſolū cōſiderando deū ex creaturis. Sꝫ excellentiꝰ hꝫ hoc fieri p beatitudinē. q̄ eſt mundicia cordis. p quā mens hūana đo cōiungit̄. ꝛ ſic de occultis ꝛ diuinis ſupra modū humanū illuſtrat̄. Sicut apli: frāciſcus ꝛ pl'es alij q̄ abſq; humano ſtudio fuerūt de diuinis excellētiſſime illuſtrati.

Beatitudini que eſt mundicia cordis cōuenit donū intellectꝰ q̄ eſt cognitō celeſtiū oculos cordis mundans ꝛ illuſtrās. Hac eliminat̄ gula q̄ corrūpit ꝛ excecat cor. vn̄ Oſee. iiij. Fornicatio ꝛ vinū ꝛ ebrietas aufert cor Premiū huic btītudini reſpondēs eſt viſio dei. qꝛ viſio dei enigmatica p fidem in p̄nti ꝛ facie ad faciē in futuro bene repromittit̄ habentibꝰ talē mūdiciā. ſm̄ ꝙ dr̄. j. Coꝝ. xiij. Videmꝰ nūc p ſpeculū in enigmate tūc aūt facie ad faciem. Qualiter aūt mens humana mundari dꝫ vt deū videat p cordis mundiciā q̄ ad intellectū ꝛ affectū dictū ē in. j. tractatu cap̄. xxix. Pax que ꝛ ſtatus virtutis eſt in quo eſt delectatio in deo. ſine cōtradictiōe carnis: mundi ꝛ dyaboli. ſeptima eſt beatitudo ordinās hoīem reſpectu đi q̄tum ad affectū qđ fit mō cōi ꝛ hūano p amorē naturalē. q̄n diligit q̄s deū ſic ſuū p̄ncipiū efficiens ꝛ ꝯſeruatiuū. lꝫ p̄ter hec alia diligat. Sꝫ excellentiꝰ hoc fit p beatitudinē q̄ eſt pax. q̄n. ſ. hō totaliter p affectū mentis deo ꝯiungit̄: ſicut bonitati ſūme. ꝛ ſic nihil aliud q̄rit ſed in ipſo quietat̄ ꝛ pacificat̄. Paci rn̄det donū ſapie. q̄ eſt delectari in deo q̄ eſt pax nr̄a. hec repellit luxuriā. q̄ animū nō pacificat ſꝫ vagū reddit ꝛ inſtabilē. Cui rn̄det p̄miū eſſe filiū dei. ꝓpriū eſt aūt ipiꝰ dei ꝙ ſeipo fruitur ꝛ in ſeipo quietat̄. Et iō q̄ p̄dicto mō ſ't pacifici rc̄tē filij dei vocabunt̄. Ind̄ pꝫ ꝙ pax eſt ſtatꝰ purgatiſſimi animi. Pacificiſq; magis attribuit̄ eſſe filios dei q̄ꝫ alijs. qꝛ lꝫ mīa maxime aſſimilet hoīem đo q̄tum ad opa exteriora. tn̄ q̄tū ad interiora magis aſſimilat pax. Perſecutōꝫ pati ꝓpē iuſticiā. eſt btītudo p̄ficiens hominē ad bn̄ patiendū. Sicut em̄ ad v̄tutē ptinet bn̄ agere: ita ꝛ bn̄ pati. In h̄ aūt bene ſe hꝫ hō mō cōi ꝛ humano q̄n ꝓ tribu

D Luctus.

E Eſuries iuſticie.

F Mi[…]

G Mundicia cordis.

H Pax.

Perſecutōꝫ pati ꝓpē iuſticiam.

latiõe imminẽte nõ recedit a ꝟtute. lꝫ h̃
ſuſtineat cũ aliq̃ anguſtia ⁊ dolore. ⁊ hoc
fit ꝑ virtutẽ fortitudinis q̃ eſt virtꝰ politi
ca. Sꝫ excellentiꝰ hoc fit ꝑ btitudine q̃ p̃t
dici q̃dam fortitudo diuina. Qñ talia ſu-
ſtinet nõ ſolũ patient̃ ſ ctiã letant̃. Sicut
martires q̃to acerbioribꝰ tormentis cru
ciabant̃ tanto magis in dño letabant̃. et
iõ dr̃ Math. v. Bti q̃ ꝑſecutionẽ patiun
tur ꝓpt̃ iuſticiã. Et ſubdit̃ p̃miũ. qm̃ ipo
rũ eſt regnũ celoꝝ. qđ idẽ ẽ cũ p̃mio p̃me
btitudinis. ſ. paupertatis. nõ tñ eadẽ rõe vt
dictũ eſt. Hec btitudo. ſ. ſuſtinẽtia ꝑſecu-
tionũ ꝓpt̃ iuſticiã annexa eſt paci. Cũ em̃
pacificꝰ ſit abſq; cõtradictiõe carnis mũ-
di ⁊ dyaboli. ptꝫ ꝙ idẽ paratꝰ ſit ſupare
mortẽ ꝓ xp̃o. in eodeꝫ gradu eſt cũ pace.
ꝓpter hoc dicũt doctores ꝙ octo ſũt bea-
titudines q̃tum ad eſſentiã ſ tm̃ ſeptem
q̃tum ad diſtinctionẽ graduũ qm̃ ſupra
pacẽ nõ eſt virtus alia. Dicit em̃ augꝰ. ꝙ
pax eſt finis ⁊ cõſũmatio oim virtutum.
Octaua igit̃ btitudo dicit̃ redire ad ca-
put. Tum q: idẽ p̃miũ ꝓmittit̃ qđ p̃me
btitudini. ſ. regnũ celoꝝ. Tũ q: oĩs pro-
bat vſq; ad p̃mã beatitudinẽ. Utrũ vere
ſint Greg. qualiſvnuſq̃ſq; apud ſe lateat
illata cõtumelia ꝓbat poſt beatitudineꝫ.
Bti q̃ ꝑſecutioẽ patiunt̃ ꝓpt̃ iuſticiã. ſe-
quit̃ alia. Bti eſtꝭ cũ maledixerint vobis
hoies ⁊c. Hec due nõ ſt̃ ſp̃ales btitudines
ſ ſt̃ aliaꝝ manifeſtatiue. ꝑ eas oĩes alie
btitudines ab vltima vſq; ad p̃mã ꝓban
tur ſi vere ſint vt dictũ eſt. Manifeſtant
alias. p̃mo q̃dẽ generaliter reſpectu oim
fideliũ. Scđo reſpectu apl'oꝝ in p̃mitiua
eccl'ia q̃ ſp̃ales paſſiões erant paſſuri. vñ
ꝙ p̃mo generalr̃ dictũ fuit. Bti q̃ ꝑſe. pa
tiunt̃ ꝓpt̃ iuſti. ⁊c. hoc determinat̃ in ſp̃a
li applicando diſcipul'. ⁊ dr̃ Bti eſtis cuꝫ
maledixerint vo. ho. Sufficientia bea-
titudinũ. Numerꝰ ⁊ ordo (vt dicit. s.
Bona. in breuiloquio) colligit̃ ex diſpo-
ſitiõibꝰ ad ꝑfectionẽ. Habitꝰ ei btitudinũ
dicunt̃ ꝑfectionũ habitꝰ q: fini approxi-
mãt. Diſpoſitiões ꝟo p̃ambule ſt̃ habitꝰ
donoꝝ. Timor ei facit recedẽ a malo. ⁊ a

I
Sufficientia beatitudinũ.

mali occaſiõe ⁊ q: radix oim maloꝝ cupi
ditas. iõ timor diſpõit ad paupertatẽ ſpũs
in q̃ ſimul iungit̃ hũilitas cũ paupertate vt
ſic elonget̃ vir ꝑfectꝰ a fomite oĩs culpe.
ſcꝫ a ſupbia ⁊ cupiditate. Et hinc ẽ ꝙ pau
ptes ſpũs ẽ fundamentũ totiꝰ ꝑfectiõis
euangelice. vñ p̃mo opt̃et hoc fundamẽ-
tũ ſternere q̃ vult ad ꝑfectõis culmẽ pue
nire Mat. xix. Si vis ꝑfectꝰ eſſe vade et
ven. om. q̃ ⁊c. Ecce ꝑfecta paupertas q̃ ni-
hil ſibi ꝓpriũ retinet. Et ſequere me. ecce
humilitas. q̃ facit ꝙ hõ abnegãdo ſeip̃m
tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequat̃ xp̃m: q̃ eſt totiꝰ
ꝑfectiõis ꝓncipaliſſimũ fundamentũ. di-
ſponit ergo timor ad ſpũs paupertatẽ. pie
tas aũt ad mititatẽ. Nã q̃ pie ad aliquẽ
afficit̃ nec illũ irritat nec ab illo irritatur
Scia ꝟo diſpõit ad luctũ. qm̃ ꝑ ſciam co
gnoſcimꝰ nos a ſtatu btitudinis relega-
tos in hanc vallẽ miſerie ⁊ lacrimaꝝ. For
titudo aũt diſponit ad eſuriẽ iuſticie. qui
ei fortis eſt tam auide ſe tenet cũ iuſticia:
vt malit a vita corpali ſepari q̃ a iuſticia.
Cõſiliũ diſponit ad miam. Nihil em̃ deꝰ
magis cõſulit in ſcriptura q̃ facere miaꝫ
qđ ſup oia reputat holocauſtũ. Intelle-
ctꝰ aũt diſponit ad cordis mundiciã. naꝫ
ſpeculatio ꝟitatis mundat cor nr̃m ab oi
bus fantaſijs. Sapia ꝟo diſponit ad pa-
cẽ. Nã ſapia iũgit nos ſummo ⁊ vero bo
no in quo eſt tranq̃llitas ⁊ finis nr̃i rõna
lis appetitꝰ. De vita actiua ⁊ contem-
platiua. Ex dictis colligitur ꝙ habitus
virtutum diſponit ad exercitium vite a-
ctiue. Habitus donorum ad ocium vite
contemplatiue. Habitꝰ beatitudinum ad
ꝑfectõnẽ faciũt vtriuſq;. De his duabꝰ
vitis ſignatis ꝑ Lyam ⁊ rachel. ꝑ petrũ ⁊
iohannẽ: ꝑ marthã ⁊ mariã: dicit Beda.
Actiua panẽ corporalẽ eſurienti vel pa-
nẽ doctrine porrigit: errantẽ corrigit: ſup
bũ ad hũilitatẽ reuocat: q̃ ſingulis expe-
diũt diſpẽſat. Cõtemplatiua. charitatẽ di
⁊ p̃ximi retinet. ſ ab exteriorbꝰ opatiõe
q̃eſcit. ſoli cõditoris deſiderio inheret: et
calcatis oibꝰ curis ad videndũ faciẽ ſal-
uatoris vel creatoris inardeſcit ⁊ deſide-

K
De vita actiua ⁊ contemplatiua.



rat miſcere ſupius ciuibus de eterna dñi
incorruptione gaudentibꝰ. Eſt autẽ tri
plex ꝓprietas in vtraq; ſm ꝙ mutuo ſe ex
cedũt. Prima ꝓprietas actiue ẽ diligẽtia
vtilitatꝭ ⁊ nccitatꝭ publice reſpcũ rõnal' ſe
cunda ẽ charitas erga ꝓximu cũ cõpaſſi-
one reſpectu ꝯcupiſcibilis. tercia fecundi
tas bonoꝝ opeꝝ in agendo cũ ꝑfectione
patientie reſpectu iraſcibilis. In his ꝯtẽ-
platiua excedit̃ ab actiua. Cõtemplatiue
prima ꝓprietas ẽ ꝯtuitus pulcritudis ſũ-
me maieſtatis cũ delectatiõe reſpectu rõ
nalis. ſcđa ẽ q̃es cũ ſecuritate reſpctũ ira
ſcibil'. tercia ẽ mũdicia cordis cũ bonitate
reſpectu ꝯcupiſcibil'. In hiſ ꝯtemplatiua
excedit actiuã. hec. s. bona. in Centiloq̃o
De vitis ꝯtemplatiua ⁊ actiua plura ha-
bẽtur in primo tractatu. xxx. xlv. ⁊ lj. capi
tulis.

De duodecim fructibus ſpiritus ⁊ q̃n
q; ſenſibus ſpiritalibus. Ca. xxx.

Fructꝰ. xij. ſpũs q̃s apl's enũerat
ad Gal'. v. delectatiões dicũt ꝯſe
quẽtis opa ꝑfecta btitudinũ. Cõ
ſequũt̃ ⁊ ꝑfectionẽ beatitudinum quinq;
ſenſus ſpiritales. de q̃bꝰ reſtat aliq̃d dicẽ
dũ i h̃ caplo ꝑ. de. xij. fructibꝰ q̃re ſic dicã
tur. deinde de q̃libet fructu in ſe q̃d ſit. ſe
cũdo videbit̃ de. v. ſenſibꝰ ſpiritalibꝰ. Qꝫ
tũ ad p̃mũ dicit s. bõ. iij. ſen. diſ. xxxiiij. ⁊ i
breuiloq̃o ꝙ ad btitudines ꝓpt̃ ſui ꝑfecti
onẽ ⁊ plenitudinẽ. xij. fructꝰ ſpũs ⁊. v. ſen
ſus ſp̃uales ꝯſequũt̃ q̃ nõ dicunt nouos
habitꝰ (licet iter fructꝰ noia ꝟtutũ q̃ ſunt
habitꝰ ponunt̃. nã ꝯſuetũ ẽ vt noia habi
tuũ ponãt̃ ꝓ actibꝰ ꝓpt̃ noim defectũ) ſ
ſtatus delectationũ ⁊ vſus ſpiritualiũ cõ
ſolationũ. q̃bꝰ ꝯſolãt̃ ⁊ replet̃ ſpũs iuſto
rũ. Poſtq̃ habitꝰ beatitudinũ ꝟtutum ⁊
donoꝝ ſunt i aia. Eſt ꝯſequẽter i ea ſtatꝰ
q̃etatiõis ⁊ delectationis. In illa delecta
tione duo ꝯcurrũt vicꝫ q̃dã ſpũalis refe-
ctio q̃ dr̃ fructꝰ (fructꝰ ei a frui dictꝰ ẽ) ⁊
ipiꝰ refectiõis ſpũalis ꝑceptio q̃ dr̃ ſenſuſ
ſpũal' q̃ dicit vſũ ſm quẽ illa ſuſcipit̃. qm̃
ſenſus ẽ cogcoſcẽ rẽ p̃ntem, ſupabũdanti

A
De. xij. fructibꝰ ſpũs ⁊ q̃nq; ſenſibꝰ ſpiritalibus.

f

us autẽ ꝯſolatio ⁊ delectatio ſpũal' i duo
denario nũero fructuũ ꝯtinet̃. nã duode
nariꝰ nũerus ẽ numerꝰ abundãs in q̃ in-
ſinuat̃ ſpiritualiũ chariſmatũ exuberẽtia
q̃bus fruit̃ ⁊ delectat̃ aia ſancta. ⁊ tunc ẽ
hõ ad ꝯtẽplationẽ ydoneus. ⁊ ad aſpectꝰ
ſponſe ⁊ ſpõſi q̃ fieri hꝫ ſm ſenſus ſpiri-
tuales. Sanctꝰ tho. p̃a. ij. q. lxx. dicit ꝙ
fructꝰ dicunt̃ delectatões ꝯſequẽtes actꝰ
virtutũ cardinaliũ ⁊ theologicaꝝ. Aduer
tendũ igit̃ ꝙ nomẽ fructꝰ a corpalibꝰ ad
ſpũalia traſfert̃. Dr̃ ei i corpalibꝰ fructus
illud qđ de terrenaſcentibꝰ vltimũ expe-
ctat̃. Iõ oĩe illud qđ de re aliq̃ q̃s ꝯſeq̃
tur quaſi mercedẽ laborꝭ circa illã impẽſi
ꝑ nois extenſionẽ fructꝰ dr̃. hoc aũt p̃t fie
ri dupl'r. vno mõ vt fructꝰ dr̃ qđ de re ali-
qua principalit̃ expectat̃ ſic fructꝰ noſtri
opis deꝰ ẽ. de h̃ fructu dr̃ Sap. iiij. bono-
rũ laboꝝ glioſior ẽ fructꝰ. Alio mõ dr̃ id
qđ q̃s ꝯſequit̃ ex tali opatione: nõ princi
palit̃ ꝓpter hoc operãs. ⁊ h̃ mõ delectati-
ones q̃ ſũt i bonis opibꝰ ⁊ actibus virtu
tũ poſſunt dici ⁊ ſũt fructꝰ bonoꝝ operũ.
Dicũt̃ etiã nucleus affectual' ꝟtutꝭ. q̃ ẽ ꝑ-
fectio vite actiue ⁊ igreſſus ordinatus in
ꝯtẽplatiuã ſicut ei ex nucleo pingueđo olei
exp̃mit̃ ita ex affectu ꝟtutꝭ ſapor deuotio
nis ꝓcedit. maxie diuini amoris ⁊ deſiderij
celeſtis ⁊ gaudij ſpũal' delectatiõis. vñ ſꝫ
phm. ij. ⁊. x. Ethi. Dis opatio ꝓcedẽs ex
hitu ꝑfecto hꝫ delectationẽ admixtã. ⁊ de
tali fructu loq̃t̃ Ambro. dicẽs. ꝟtutes fru
ctus dicũtur. q: ſuos poſſeſſores ſancta ⁊
ſincera delectatiõe reficiũt. dr̃ etiã fructꝰ
q̃dã accidẽtale p̃miũ rñdẽs ꝯtinẽtie qđ
ſaluator Mat. xiij. diuidit i. xxx. lx. ⁊. c. de
quo dicet̃ ca. xxxiij. huiꝰ tractatꝰ. Conſi
derandũ ſcđo ꝙ apl's ad Gal'. v. enũerat.
xij. fructus ſpũs. q̃ ſunt charitas gaudiũ.
pax. patientia. longanimitas. bonitas. be
nignitas. Manſuetudo. Fides. Mode-
ſtia. cõtinentia. caſtitas. Hec opa ſpũs di
ſtincta cõtra opa carnis ad que caro icli-
nat̃. dicunt̃ fructꝰ ſpũs ad ſilitudinẽ fru-
ctus material' q̃ ꝓcedit đ arbore ⁊ ꝑcipit̃

B

cum quadā ſuauitate.ſic iſta a ſpiritusſan
cto ꝓcedunt ⁊ mentē delectāt. Johes eti
am in Apoca. vidit lignum vite afferens
fructus.xij.hoc eſt xp̄m qui eſt refectō ce
leſtis.afferens fructus.xij. q̄ etiā dicūtur
fructus ſpiritus Gal.v. Nā indiuiſa ſūt
opa trinitatis ⁊ ꝑ ꝯſequēs filij ⁊ ſpūſſan
cti.Sciendum tñ q̄ iſti fructus alit habē
tur in via ꝑ gratiā.aliter in patria ꝑ glori
am.ſicut ſunt alij actus viatoris ⁊ comp̄
henſoris. Igit ſimul de viatoris ⁊ comp̄
henſoris fructibus h̄ dicet. Diſtinctio
autē fructuū accipit ſm q̄ mēs hominis
ꝑ ꝓceſſum ſpūſſancti in nobis bñ diſpo
nit.in ſe ⁊ ad id qđ eſt iuxta ſe ⁊ ad id qđ
eſt infra ſe. In ſe vo bñ mens diſponitur
qñ bñ ſe habet in bonis ⁊ malis. Prima
vo diſpoſitio mentis ad bonuꝫ eſt ꝑ amo
rē q̄ eſt prima affectio ⁊ radix aliorꝫ affe
ctionuꝫ.vt dī.ij.tracta.ca.xij. ꝓpter qđ in
C ter fructus ſpūs primo ponit Charitas.
Charitas. Ro.v.Charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ
noſtris ꝑ ſpm̄ſanctū q̄ datus ē nobis.dif
fert autē Charitas fructꝰ.a charitate vir
tute theologica. Nam charitas virtꝰ the
ologica dicit habitum ⁊ cauſat vnionem
habitualē.quēadmodum deus habitua
liter vnitur ꝑ gratiā ⁊ virtutes in paruulis
baptiſatis. ſ; neq; ſatis eſt vnio gratuita
ſi non actualiter participat.ideo requirit
actuale experimentū ⁊ ſentimētuꝫ ⁊ vnio
actualis affectus cū deo quā cauſat actu
alis charitatis feruor.Et ſic charitas ē p̄
mus ⁊ maximus fructꝰ.vñ ꝓdeūt alij fru
ctus Nominat etiā charitas fructꝰ amor
actualis.fruitiuus extaticus ⁊ ſeraphicꝰ.
de quo dictum ē.ij.tra.ca.xiiij.in ſexta di
uiſione amoris Nominat etiā amatio ⁊
inamoratio.vnde dictum eſt.ij.tra.c.xiij.
Charitas vo fructus patrie eſt in deuꝫ
viſum totaliter tranſformari. Ad chari
tatē ſequit Gaudium. ſecundus fructus
oīs eñ amās gaudet ex preſentia ama
Gaudium. ti glo.dicit Gaudium ē puritas ꝯſcienti
arum ⁊ eſt exultatio animi ſuper his q̄ in
ꝯſcientia ſunt exultātis. de q̄ legit nō eſt
impijs gaudē dicit dñs. Gaudiū p̄rie ē
in deo viſo delectari. Perfectio vo gau Pax
dij eſt Pax.tercius fructus.q̄tū ad duo
primo q̄tum ad quietem ab exterioribus
ꝑturbationibus.alr̄ nō eſſet gaudiū ꝑfe
ctum.Scđo q̄tum ad ſedationē deſide
rij interioris.nō eñ ꝑfecte gaudet de aliq̄
cui nō ſufficit illud. Pax fructus patrie
eſt in deo totaliter quietari. In malr̄ au
tē bñ diſponit mens. ꝓ qñ nō ꝑturbatur
ex imminētia maloꝝ qđ efficit Patientia Patien
quartus fructꝰ Cuiꝰ in via ē aduerſitati
bus nō frangi. In patria vo vbi nulla
eſt aduerſitas eſt in deo firmiter ſtabiliri
ſecundo vt nō ꝑturbet ex dilatione bono
rū qđ efficit Longanimitas expectatiōis Long
quītus fructus In patria vo longani tas.
mitas eſt equanimis expectatio boni fu
turi Anime eñ beatorū equanimiter ex
pectant gloriā corꝑis. Ad id autēꝫ qđ
eſt iuxta ſe.ſ.ad ꝓximuꝫ bene ſe hꝫ mens
hominis.ꝓ quidē ꝑ voluntatē bñfaciendi
qđ facit Bonitas. ſextus fructus. In Boni
patria vo bonitas ē diffuſio ꝓprij boni ad
ꝓximū ſm effectū. Nā bonū ē ſuiip̄iꝰ dif
fuſiuū. Bonum autē vniꝰ beati in alterū
redundat Nam q̄ſq; gaudet d̄ bono al
terius ſicut de ſuo ꝓprio. Secundo mēs
bene ſe habet ad ꝓximuꝫ ꝑ bñficij execu
tionē qđ facit Benignitas ſeptimꝰ fructꝰ
vñ dicūt benigni q̄s bonus ignis amoris Beni
feruere facit ad bñfaciendum proximis.
Benignitas patrie.i.bona igneitas eſt in
beatis ad amorem ꝓximi inflamās q̄tuꝫ
ad affectum. Unde in eis eſt vnus ardor
cordium vt dicit in illa ꝓſa Superne ma
tris gaudia. Tercio bene ſe habet ho
mo ad ꝓximum ꝑ hoc q̄ equanimit tole
rant mala ab eis illata qđ facit Māſue
tudo que cohibet iram ⁊ in via ē ire mode Ma
ratio. Sed in patria nō habet locū ira q̄
tum ad ſuum materiale quod eſt ebulitō
ſanguinis circa cor. ſ; q̄tum ad ſuum for
male.quod eſt appetitꝰ vindicte hꝫ locū:
q; beati vindictaꝫ appetunt obſtinatorū
pctōꝝ.ſm illud p̄s.Letabit iuſtus cuꝫ vi



derit vindictā: ⁊ qm̄ iſte appetitus mode
ratus eſt in btīs ſm regulā diuine iuſticie
Ideo ſm h̄ eſt ibi māſuetudo. Quarto
bñ ſe hꝫ hō ad ꝓximū q̄ nō infert ei no
Fides cumentū ꝑ fraudem vel dolū: qđ facit Fi
des ſi ꝓ fidelitate ſumit. Si vo ſumat ꝓ
fide q̄ eſt de inuiſibilibꝰ certitudo : vt di
cit glo.q̄ ſcꝫ credit in deū: ſic ꝑ eā bñ diſ
ponit mēs ad id qđ eſt ſ.ſe: ſubijciendo
deo ſuū intellectū: eū captiuādo in obſeq̄
um xp̄i: vt dicit apl̄s.ij. Cor.x. Qualiter
vo intellectꝰ ⁊ affectꝰ captiuari debeant:
habitū eſt.ij.trac.c.xvj.de raptu ſiue ſpū
In patria vero ſi fides ſumat ꝓ virtute
theologica nō eſt ibi: cū ſit de nō apparē
tibꝰ ad Heb.xj.ſed fidei i patria viſio cla
ra ſuccedit. Si aūt fides accipiat ꝓ fide
litate: ſic eſt in btīs maxime. Ad illđ qđ
eſt infra ſe: bñ diſponit mēs hoīs Primo
Modeſtia quidē in actionibꝰ qđ facit Modeſtia q̄
in dictis vel factis (ſm glo.) debitū mo
dū ſeruat. In patria vo excellēter ē mo
deſtia: nā vires inferiores ſūt oīmode ſu
perioribꝰ ſubiecte. Scđo bñ diſponitur
Cōtinen mens hoīs in interioribꝰ ꝯcupiſcētijs : et
tia ⁊ Ca hoc facit Cōtinētia ⁊ Caſtitas diuerſimo
ſtitas de tñ: nā ꝯtinēs vt dī.vij.ethi.eſt q̄ concu
piſcētias inordinatas ⁊ fortes patit: ſ; ab
eis nō deducit ſeu vincit ꝯ paſſiones for
titer ſe tenens: ſic ꝑ ꝯtinentiā in via ſe hō
abſtinet ab oī delectatiōe venerea: ſic ꝯti
nētia ꝑfecta eſt v̄ginitas : ſcđa viduitas.
Hmōi vo ꝯcupiſcētie non ſunt in patria:
ꝓpter qđ nō eſt ibi ꝯtinētia q̄tū ad ꝯcupi
ſcētias pati: tñ eſt ibi q̄tū ad non deduci.
nā bti nō pñt ad aliqđ malū flecti. Caſtꝰ
vo nō patit ꝯcupias nec vincit: ſic in via
caſtitas eſt purgati animi. Caſtitas auteꝫ
eſt in patria ꝓut importat oīmodā mūdi
ciā: nā in ea nō intrat aliqđ coinq̄natum
Apocal.xxj. Et h̄ habent.xij.fructꝰ ſpūs
q̄ ſignant Apoca.vl.ex vtraq; ꝑte flumi
nis ꝑ lignū vite afferēs fructꝰ.xij. Scūs
aūt Bonauē.ꝑ.xij.fructꝰ myſticat multi
plices ſtatꝰ dignitates v̄tutes et opa ſal
uatoris nr̄i: q̄ multifarijs saporibꝰ ⁊ ſpūa
libus ꝯſolationibꝰ cibāt deuotas aīas in
eis meditātes ⁊ reficiūt: recte fructꝰ nomi
nant. Ipē eñ ſctūs adinſtar.xij. fructuū
ligni vite: qđdā opuſculū deuotiſſimum
cōpilauit: in q̄ ſub q̄dā arbore imagiaria:
flores ⁊ fructꝰ germinante: pullulante ex
euāgelij ſilua: vitā paſſionē ⁊ glificationē
dñi nr̄i ihu xp̄i (q̄ vere lignū vite eſt: fru
ctuſq; ſublimis vteri virginal') paucis et
ordinatis correſpōdentibꝰ ſibi v̄bis i mo
dū faſciculi collegit: declaratio doctoruꝫ
omittit breuitatis grā. Q̄tuꝫ ad ſcđm
notandū q̄ Senſus ſpiritales ſunt.v. ſcꝫ D Senſus ſpiritales
viſus auditus guſtus tactus odoratus ⁊
dicūt intellectuales ꝑceptiōes circa veri
tatē ſpōſi ꝯtēplandā. His eñ ſenſibꝰ aīa
ſctā ad ꝯtēplationē ⁊ ad amplexꝰ ⁊ aſpe
ctus ſpōſi eſt ydonea. Nā viſu videt ſpō
ſi xp̄i ſumma pulcritudo: ſub rōne ſplen
doris. Auditu audit ſumma armonia ſb
rōne v̄bi. Guſtat: xp̄i ſumma dulcedo: ſb
rōne ſapie cōprehēdentꝫ v̄bū ⁊ ſplendorē
Odorat xp̄i ſūma fragrantia ſb rōne v̄bi
inſpirati in corde. Tactu aſtringit ⁊ pal
pat xp̄i ſumma ſuauitas ſb rōne v̄bi icar
nati int hoīes habitātis. Que q̄les ⁊ q̄t
ſunt ſenſus ſpūales: ſi q̄nq; vel vnꝰ ſolū.
Et cur dicunt ſpūales ⁊ interiores. Qua
liter in ſctis anglis reperiunt: ⁊ quō per
tinēt tā ad intellectū q̄ ad effectū. Quali
ter inſuꝑ ſuauitas huiꝰ dulciſſimi nomis
Ihs: dulciſſime marie ſenſibꝰ ſpūalibꝰ ⁊
nō corporeis ſentit: dictū eſt.j.trac.c.xvj.
dubio.iij. ¶ De grā q̄tū ad q̄tuor exerci
tia meritorum. Caplm xxxj.

Eptimo iux ordinē p̄miſſum in p̄ A De grā q̄tū ad q̄tuor exercitia meritorum
ſ ca.huiꝰ trac.reſtat dicēdū de q̄tu
or exercitijs meritoꝝ. Et qm̄ fru
ctuum ſpūs ſupabundantē delectatiōnē
ſenſuūq; ſpūaliū delicioſaꝫ illuminatōeꝫ:
nemo nouit niſi q̄ ꝓbat : nemo aūt ꝓbat
niſi ꝑ grām diuinitꝰ datā: q̄ nemini datur
niſi ei q̄ ſe exercet ad illā: iō deinceps ꝯſi
deranduꝫ eſt de grā q̄ ad q̄tuor exercitia
meritoꝝ. Primo de exercitio grē in credē
dis: cuiuſmodi ſūt articuli fidei. Scđo in

diligēdis: cuiuſmodi ſunt illa q̄ ſpectant
ad ordinē diligēdi. Tercio in exequēdis:
cuiuſmodi ſunt ꝓcepta legis diue. Quar
to in poſtulādis: cuiuſmodi ſunt petitio-
nes orōnis dñice. De credēdis aūt (pro
De creden dis ut dicit. s. Bonauē. in breuilo.) hec tenē-
da ſunt. Qꝛ lꝫ ꝑ fidem aſtruimur credere
plurima q̄ ſunt ſupra rōnē: ⁊ gñaliter oia
q̄ ꝯtinent ⁊ aſſerunt in canone ſacre ſcri
pture. Spāliter tñ et ꝓprie articuli fidei
ſunt credendi: q̄ ꝯtinent in ſerie ſymbo
li aplici. Qui quidē ſunt vno mō. xij. ſi ha
beat ad eos q̄ ſymbolum ediderūt. Alio
mō. xiiij. ſi ꝯſiderem⁹ q̄ radicaliter ſūt cre
denda tāq̄ oim credendoꝝ fundamentū
De. xij. alias. xiiij. credibilib⁹: ꝯtentis in
q̄tuor ſymbolꝭ: dictū eſt s̄. c. xxiij. De dili
De diligē dis gendis aūt hec tenēda ſunt: qꝛ lꝫ oia ope-
ra diuina ſunt valde bona: q̄tuor tñ ꝓprie
ſunt ex charitate diligēda: ſcꝫ de⁹ etern⁹:
qd̄ nos ſumus: ꝓximus nr̄: ⁊ corp⁹ ꝓpriū
In quoꝝ dilectione ſeruādus eſt ordo ⁊
modus: vt de⁹ ꝓ diligat ſup oia ⁊ ſup ſe.
Scdō qꝛ nos ſum⁹ ſub deo ⁊ ꝑ deo. Ter
cio qꝛ ꝓxim⁹ nr̄ ſicut ⁊ nos. Quarto cor-
pus nr̄m infra nos ⁊ infra ꝓximū tanq̄
min⁹ bonū ꝑcipuū. Ad h̄ aūt exequēduꝫ
dat vn⁹ charitatꝭ habit⁹ ⁊ duplex mādatū
in q̄ pendet vniuerſitas legis ⁊ ꝓphetarū
nō ſolū q̄tū ad vetus teſtm̄ verūetiā q̄n-
tū ad nouū. De ordine diligēdoꝝ: dictuꝫ
eſt s̄. c. xxv. De exequēdis ſeu de exerci-
B tio gr̄e reſpectu: agēdoꝝ ꝓceptoꝝ: ⁊ ꝯſili-
De exequē dis orū diuinoꝝ. Attendendū eſt qꝛ eſt prece-
ptū nature: diſcipline ⁊ ſcripture. Pre-
ceptū nature eſt duplex: innatū ⁊ datum.
Innatū eſt duplex: qddā reſpectu dei qd̄
dā reſpectu ꝓximi. Reſpectu dei ē illud
Deut. vj. vicꝫ. Diliges dñm deū tuum ex
toto corde tuo: ex tota aīa tua: ⁊ ex tota
fortitudine tua. De hoc ꝓcepto dictuꝫ eſt
ca xxv. de actu charitatis. Reſpectu ꝓxi
mi ē duplex: vnū ꝑ bñficētiā Math. vij.
Quecunq̄ vultis vt faciant vobis hoies
⁊ vos eadē facite illis. Aliud eſt de inno-
cētia Thob. iiij. Qd̄ ab alio oderis fie. ti.

vide ne alteri aliqn̄ tu facias. Datum
ꝓceptū nature eſt duplex: vnū ad conſer-
uationē indiuidui Geñ. ij. Ex omni ligno
paradiſi comede. Aliud eſt ad cōſeruati-
onē ſpeciei Geñ. j. Creſcite ⁊ multiplica-
mini. Preceptū diſcipline eſt duplex qd̄
dā ad ꝓbationē obediētie Geñ. ij. De li-
gno ſcie boni ⁊ mali ne comedes. Qddā
ad ꝓbationē fidei Geñ. xxij. Tolle filium
tuū vnige. quē ⁊c. Precepta ſcripture
ſunt in. iiij. generib⁹ ꝯphēſa. Quedam
ſunt cerimonialia: vt nō arabis in boue ⁊
azino. Quedā ſacramētalia: vt de vitula
rufa ⁊ alijs ſacrificijs ⁊ circūciſione. Que
dam iudicialia: vt oculū pro oculo: dentē
ꝓ dente. Quedā moralia: vt. x. ꝓcepta de
calogi: q̄ dicunt moralia: qꝛ cū fide ſunt
ad ſalutē hoim neceſſaria. In fide em̄ et
moribus eſt ſalus hoim ꝯſtituta: fuerunt
aūt cōſcripta digito dei in duabus tabu-
lis lapideis. In ſignū gemine charitatis.
Diuine ſcꝫ ⁊ humane. Decē ꝓcepta ꝑ
ordinē in his ꝟſibus ꝯtinent. Sperne de
os: fugito ꝑiuria: ſabbata ſerua. Sit tibi
pr̄is honor ſit tibi mr̄is amor. Nō ſis oc-
ciſor: mechus: fur: teſtis iniqu⁹. Vir iniq̄
thoꝝ: reſq̄ caueto ſuas. Hec q̄tuor ꝓce-
ptoꝝ fuerūt in veteri teſtamēto tāto mul
tiplicato numero: vt q̄ſi nō eſſent plures
dies in anno: nec oſſa in hoie q̄ precepta
data dei pplo. Lex aūt euāgelica ſupueni
ens: cerimonialia ⁊ ſacramentalia figura
lia euacuauit adimplēdo. Iuducialia tē-
pauit auferēdo: moralia ꝯſummauit adij
ciēdo. Adiecit aūt q̄tuor ꝯditiones nobi-
liſſimas: vicꝫ documēta inſtructia: ꝓmiſ
ſa incitātia: ſacramēta adiuuātia: ⁊ conſi
lia ꝑficiētia: que ſunt pauꝑtatis altiſſime
caſtitatis mundiſſime: et obedientie ſiue
humilitatis ſubiectiſſime. Hec nanq̄ cō-
ſilia elongant a malo q̄tum ad culpam ⁊
q̄tum ad cauſam. Et omne malum orit
ex triplici radice: ſcꝫ concupiſcentie car-
nis: ⁊ concupiſcentie oculorum et ſuper-
bie vite. Hinc eſt qꝛ tria ſunt cōſilia euan
gelica perfecte nos elongantia a tripli



radice predicta: que ideo ſunt conſilia: qꝛ
vt perfecte faciant recedere a malo: nō ſo
lum ſeꝑant a licitis: verumētiam a licitis
ꝯceſſis que poſſunt eſſe occaſio mali: ad
cōſilia implenda inuitat dominus noſter
Jeſus xp̄us eum qui vult eſſe perfectus
De diuerſitate preceptoꝛis dictum eſt. j.
C tract. ca. xlv. de legibus. De poſtulan-
De poſtu landis dis: de exercitio gratie reſpectu petendo-
rum hoc tenendū eſt: qꝛ licꝫ deus ſit libe-
raliſſimus: ⁊ pronior ad dandum q̄ nos
ad accipiendum: tñ a nobis vult exorari
vt occaſionem habeat largiēdi dona gra-
tie ſpūſſancti. Vult aūt orari non ſolum
oratione mentali: que eſt aſcenſus mētis
in deum: verūetiam vocali: que eſt petitio
decentium a deo: nō ſolum ꝑ noſmetipſos
verūetiā per ſanctos tanq̄ coadiutores
nobis diuinitus datos: vt qd̄ minus di-
gni ſumus impetrare per nos: impetrare
valeamus per ſanctos: ⁊ quia quid orē-
mus ſm̄ qꝛ opoꝛtet neſcimus: ne vagare-
mus incerti: formā nobis tribuit domin⁹
⁊ deus noſter xp̄us in oratione quā com
poſuit: in qua ſub ſeptenario petionū nu-
mero: vniuerſitas comprehendit peten-
dorum. Licet aūt expoſitiones orationis
dominice: a catholicis tractatoribus mul
tiplicate ſint ferme ſuper numerū: duorū
tamen expoſitiones hic interſerunt: ſan-
cti vicꝫ Bonauēture ⁊ beatiſſimi Fran-
ciſci ſeraphicoꝝ: que inter ceteras expo-
ſitiones nō minus vident inflāmare affe
Expoſitio orōis dñi-ce. s. Bo-nauēture Pater nr̄ ctum q̄ illuminare intellectum. Expo
ſitio orationis dominice ſcti Bonauē
ture Pater noſter priuilegiata ē hec ora-
tio in tribus. In dignitate: qꝛ eſt a xp̄o cō
poſita. In breuitate: vt citius ſciatur: vt
melius retineat: ⁊ vt frequētius dicat: ⁊
in fecōditate: qꝛ om̄es petitiōes ꝯtinet: et
vtriuſq̄ vite neceſſaria cōplectit. Pa-
ter nr̄ diuidit in exordiū: pater nr̄ in tra-
ctatū: ſanctificet nomē tuū: ⁊ in ꝯcluſio-
